4. 13.
1. 23.

SVMMA BVLLARVM, SIVE CONSTITVTIONVM APOSTOLICARVM.

Tam veterum, quam recentiorum magis practicabilium.

VSQVE AD SANCTISSIMVM D. N. VRBANVM Diuina prouidentia Papam VIII. inclusiuè.

Nimia lucubratione, diuturnisque laboribus composita, & nunc primum in lucem edita.

PER IOANNEM ANTONIVM NOVARIVM V.I.D. Prothonotarium Apostolicum, ac Metropolitanæ Ecclesiæ Neap. Canonicum, eiusdemque Curiæ vnum ex Consultoribus.

Duplici Indice decorata, quorum primus Titulos, alter verò Bullas pro faciliori Lectoris ingressu continet.

COLLEGII SOCIETATIS IESV NEAPOLIS

NEAPOLI, Apud Lazarum Scorigium, M.DC.XXXV.

Digitized by Google

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Princip

FRANCISCO BONCOMPAGNO

S. R. E. PRESBITERO CARDINALI, ac vigilantiſſimo Archiepiſcopo Neapolitano.



Ogitanti mihi Eminentiſsime, & Reuerendiſsime Domine Cardinalis, Parthenopęam Ciuitatem, eiuſq; incolas, & conciues aliquo munuſculo locupletare, in animum venit, quo præſertim dono eidem reſpõderem, illo nẽpe, quo me à teneris annis eadẽ locupletem erexit legalibus ſiquidem lucubrationibus, & præſertim Apoſtolicarum bullarum ſanctionibus, quæ mihi frequentiores, & magis neceſſariæ viſæ ſunt in cauſis forenſibus pertractandis, nec dum à Doctoribus in examen productæ fuerunt, quorum ſtudio etiam, atque etiam delectaris; Has meas vigilias tuæ tutelæ cõmitto, veluti aureũ vellus apud Colchos ab Oeta rege

Digitized by Google

draconis custodiæ commissum, ne à prædoni. bus raperetur, sic præclare mecum agetur, si liber iste nullius inuidi vngue lacerabitur, si tui draconis præsentia muniretur, quod quidem non diffido cum tot tantisque muneribus me dignatus sis cumulare (tui digiti opus) vt ad æthera euehere non piguerit, ac si aliud nihil in tuæ mentis acie peruolutaris, nisi me seruulum tuum ad tanti decoris fastigia promouere, vt meo exili animo impar esse satis agnouerim, quare si ipse tamquam lunaris globus aliquo radiorum splendore rutilans appareo, tale iubar à te tanquam ab vniuersi orbis sole in me deriuasse haud inficias ibo, si Canonicatus honore præfulgeo, à te præfulgeo, si inter tuos Consultores assideo, à te assideo, deniq; si per aliquorum ora viuus volito à te factum volito, nec vnquam dubitaui tot de tuo solio reportasse munera cum sis progenies excelsa, ex excelso Gregorio XIII. Pontifice Romano, qui quantum terroris inflixit erronibus, tãtum honoris adidit virtutem sectatoribus, sic tua vestigia populus admiratur, tuam probitatem grex veneratur, tuam iustitiam omnes sectantur:

Digitized by Google

tur: tua ergo, Eminentiſsime Domine, meus liber ſequetur veſtigia, qui tanti Pontificis ſequutus es progeniem, atque egregia facinora eiuſdem ſeruos obſequendo, quod ſi mihi cõtingerit à tuis benignis oculis non reluctari, facis mihi certe animum ad alia meis laboribus cumulanda, quæ tantæ vrbi, in qua Paſtor egregius præſides grata fore confido. Vale.

Amplitudinis Tuæ Eminentiſs. & Reuer.

Addictiſſimus ſeruus

Ioannes Antonius Nouarius.

Digitized by Google

Imprimi potest.
Riccius Episcopus, & Deputatus.

SVmmam Bullarum, siuè Constitutionum Apostolicarum, tàm veterum, quàm recentiorum magis practicabilium, à Perillustri, & Admodum Reuerendo Dom. Ioanne Antonio Nouario V. I. D. Prothonotario Apostolico, Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonico, ac eiusdem Curiæ præclarissimo Consultore, dissertissimè compositam, vidi, in qua nihil, aut orthodoxæ fidei, aut bonis moribus dissentaneum reperi; imò, multa inspexi, quæ ingenij acumen ostentant, animi pietatē redolent, quæque abstrusa illustrant. Quare dignissimam iudico, quod ad vtilitatem publicam cudatur. Datū in Conuentu S. Mariæ Salutis Neapol. die 25. Iulij 1634.

Fr. Dionysius à Canusio Reformatus Ord. Min. strictioris obseruantiæ Deputat.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vic. Gen.

Digitized by Google

Illustriss. & Excellentiss. Domine.

PErlegi de ordine Vestræ Excellentiæ luculentissimâ glosemata super bullis aliquibus Summorum Pontificum edita summo studio per perspicacissimum I. C. ac admodum Reuerendum D. Ioan. Antonium Nouarium Canonicum benemeritum huius nostræ Cathedralis Metropolis, & ipsa visa, ac diligenter enucleata existimo vtilissima fore pro literariæ Reipublicæ comodo, cum nil contineant, quod dignè redargui possint, sed potiùs commendatione digna, vt quamprimum prælo dari possint, si ita Excellentia sua mandare dignetur. Datum ex ædibus nostris Neap. die 1. Septembris 1634.

Excellentiæ vestræ

Additissimus seruus

Ioannes Baptista de Thoro I. C. Neap.

Visa retroscripta relatione. Imprimatur;

Tapia Reg. Enriquez Reg. Rouitus Reg.

Digitized by Google

IOAN. ANGELVS FADA, ex Societate Iesu.

AD CANDIDVM LECTOREM.

BVllarum veterũ, ac recentiorum Summa, à D. Ioan. Antonio Nouario satis benemerito Canonico Neapolitano, quanto studio, ac sedulitate fuerit confecta, ex eadem colligitur, siquidem ingeniũ perspicacissimũ demõstrauit, ad reducẽdũ, ac colligendum quasi vniuersum compendium antiquarũ, & nouissimarũ constitutionũ sub Alphabetico methodo, & quidquid affluenter, & per extensum in hoc dicendi genere afferri potuerat, substantialibus, & breuibus verbis illud perstrinxit, in hunc redigendo librum, vt ad illum quisque possit ex occasione confugere, in quo reperiat collectum quidquid authoritate Apostolica, ac Sac. Congreg. Emin. DD. Cardin. siuè Rota Romana varijs locis, & temporibus sancitum sit. Opus quidem non minus vtile, quam necessarium, non solum Prælatis sæcularibus, & regularibus; sed etiam parochis, Sacerdotibus, Clericis beneficiatis, & non beneficiatis etiam exemptis, & Religiosis. Vnusquisq; itaq; animo, lętoque vultu librum hunc accipiat, pro communi omnium vtilitate.

Digitized by Google

D. ANGELI CASABVRII
Sacerdotis Neapolitani, & Cathedralis
Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis
beneficiati.

AD AVCTOREM.

Epigramma.

DVm pandis bullas orbi, dum Iura Nouari
Eripis è tenebris, reserans statuta Quirini
Excelso throno, & Romana condita in arce,
Qui Petri diuino afflati numine, nauim
Innixi specula super alta rexere, thiara,
Et quibus ex triplici micuerunt tempora, mentes
Exacuis cunctis altas, nitidamq; reseruas
Legalis normæ speciem, semitamq; securam
Imbuis ipse gregem, gressus ad sydera monstrans:
Illa tibi sedes ò si mutauerit alma
Exuuias ostro muricis, roseumq; Galerum
Ornarit frontem, cunctorum viscera promens
Gaudia, qui tanta es fatigatus dona labore.

Digitized by Google

IOSEPH NOVARIVS V. I. D. APPROBATVS.

Authoris frater in Zoilum.

DISTICON.

Zoile ne fratris laceres, nomenque librumque
Si tua lingua vorat, nomen ad astra volat.



Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM, & Bullarum.

DE Abbatissa. pag. 3
Bulla Gregorij Decimitertij.

De adulterio. pag. 7
Bulla Sixti Quinti.

De Agnis Dei. 12
Bulla Gregorij Decimitertij.

De alienatione rerum Ecclesiæ. 13
Bulla Pij Quarti, & Pauli Secundi.

De alienatione rerum regularium prohibita. pag. 15
Bulla Gregorij Decimitertij.

De altari portatili. 23
Bulla Urbani V. & Sixti IV.

De Apostatis à fide. 27
Bulla Gregorij Decimitertij.

De apostatis à religione. 31
Bulla Gregorij Decimitertij.

De apostatis, & eiectis à religione. 34
Decreta Sac. Congreg.

De Apostolorum liminibus. 45
Bulla Sixti V.

De

Digitized by Google

De appellationibus. 52
Bulla Pij IV. & Pij V.
De Archiuo. 56
Bulla Sixti V.
De armis. 59
Bulla Pij IV. & Pij V.
De aromatariorum libris. 59
Motus proprius Iulij III. & Clem. VIII.
De assassinio. 61
Bulla Clem. VIII.
De Astrologia iudiciaria. 70
Bulla Sixti V.
De baldachino erigendo per locorum Ordinarios in Ecclesijs regularium. 73
Decretum Sac. Congreg.
De bannitis & eorum fautoribus. 79
Bulla Pij IV. & Gregorii XIII.
De beneficijs vacantibus per promotionem ad Episcopatum. 82
Bulla Iulij III.
De beneficijs vacantibus Episcopali sede vacante. 83
Bulla Pij V.
De beneficiorum fructibus non exactis in vita beneficiati. 86

Bulla

Digitized by Google

Bulla Iulij III.

De beneficiorum fructibus prohibitis testari. pag. 89

Bulla Pij IV.

De beneficiorum possessione capienda. 94

Bulla Pij V.

De beneficiorum priuatione. 99

Bulla Pij IV.

De beneficiorum reseruatione. 103

Bulla Pij IV.

De beneficiorum reseruatione ob hæresim. pag. 104

Bulla Pij V.

De beneficiorum resignatione, & permutatione. 105

Bulla Pij V.

De beneficiorum resignatorum publicatione, pag. 114

Bulla Pij V. & Greg. XIII.

De beneficiorum resignatorũ possessione infra certum tempus capienda. 125

Bulla Gregorij XIII.

De blasphemia. 129

Bulla Pij V.

De

Digitized by Google

De cambio. 136
Bulla Pij V.
De Canonicis Cardinalibus. 137
Bulla Pij V.
De Canonicis regularibus. 137
Bulla Gregorij XIII.
De Capitulo Odoardus. 138
Bulla Clem. VIII.
De Capitulo sede vacante. 140
Literę Apostolicæ Clem. VIII.
De casibus reseruatis. 152
Decretum Clem. VIII.
De clausura. 153
Bulla Gregorij XIII. Pij V. Pauli V. S. D. N. Vrbani VIII. & Decretum S. Congreg.
De Concilio Tridentino. 171
Bulla Pij IV.
De concursu. 175
Bulla Pij V.
De consecratione virginum. 180
Bulla Clem. VIII.
De conseruatoribus. 181
Bulla Gregorij XV.
De contractibus censualibus. 190
Bulla Nicolai V. Pij V. & Gregorij XIII.

De

Digitized by Google

INDEX.

De dato, & promisso pro iustitia, vel gratia obtinenda à Sede Apostolica. 209
Bulla Gregorij XIII.
De diaconis seluaticis. 218
Decretum S. Cong.
De duello. 224
Bulla Clem. VIII.
De electis à religione vti incorrigibilibus. 227
Decretum S. D. Urbani Papæ VIII.
De electorum bonis à religione. 231
Bulla Gregorij XIII.
De excommunicatorum vitatione. 233
Bulla Leonis X.
De exemptorum priuilegijs. 238
Bulla Gregorij XV.
De fabrica Sancti Petri. 253
Bulla Pij V.
De festis diebus. 255
Bulla Pij V.
De feudis. 259
Bulla Sanctissimi Vrbani VIII.
De fidei professione. 261
Bulla Pij IV.
De gratiarum reuocatione. 263
Bulla Gregorij XV.

Digitized by Google

De habitu clericali. 264
Bulla Clem VII. Pauli III. & Sixti V.
De Hebreis. 272
Bulla Clem. VIII.
De Hereſi. 274
Bulla Martini V. Clem. VII & Pauli V.
De Hereticorum, & maleficorum denunciatione. 279
Bulla Gregor. IX. & Innoc. IV.
De horis Canonicis. 279
Bulla Leon. X. & Pij V.
De illegitimis inhabilibus ad beneficia. 280
Bulla Gregorij XI.
De illegitimis ad beneficia parentum non ſuccedentibus. 286
Bulla Clem. VII.
De illegitimis inhabilibus ad ſucceſſionem clericorum. 292
Bulla Pii V.
De immunitate Eccleſiaſtica. 303
Bulla Gregor. XIIII.
De inceſtu. 348
Bulla Sixti V. & Gregorii XIIII.
De indultu Cardinalium. 349
Bulla S. D. N. Vrbani Papæ VIII.

de

Digitized by Google

De libris prohibitis. 350
Bulla Sanctiſsimi D.N. Urbani Papæ VIII.
De libris impreſsione. 352
Bulla Leonis X.
De locatione bonorum Eccleſiæ. 357
Bulla Pauli IV. Sixti V. & Clem. VIII.
De Medicis. 357
Bulla Pij V.
De Miſſarum celebtatione. 359
Bulla Pij V. Decretum S. Congreg.
De Miſſarum celebratione prohibita in oratorijs priuatis abſque licentia Summi Pontificis. 365
Decretum Sacræ Congr.
De Miſſarũ celebratione, & reductione. 368
Decretum Sacræ Congr.
De Monaſteriorum ædificarione. 385
Bulla Clem. VIII. & S.D.N. Vrbani Papæ VIII.
De Monetarijs. 391
Bulla S. D. N. Vrbani Papæ VIII.
De monialium numero in monaſterio præfigendo. 401
Bulla Gregor. XIII.
De monitorialibus literis in forma ſignifi-

Digitized by Google

cauit. pag. 405

Bulla Pij V.

De munerum largitione. 412

Bulla Clem. VIII.

De nouitijs recipiẽdis ĩ monaſt. deſignatis. 412

Bulla Clem. VIII.

De nouitijs recipiendis præcedere informatione. 416

Bulla Sixti V. Gregor. XIII. & Clem. VIII. & Decretum S. Congr. 518

De nullitatibus ſententiæ. 422

Bulla Clem. VIII.

De officio ſuper cadauera defunctorum ad eccleſias mendicantium delatorum faciendo. 434

Decretum S. Congr.

De officium ſocietate. 438

Bulla Pauli IV.

De oratorijs priuatis. 441

Breue Apoſtolicum S. D. N. Vrbani VIII.

De ordinandis prima tonſura, vel minoribus in regno Neap. 446

Decretum S. Congr.

De ordinandis regularibus. 448

Decretum S. Congr.

De

Digitized by Google

De ordinandorum titulo, & pœnis prohouentis,& promoti absque eo. 452
Bulla Pii II. Sixti V. & Clem. VIII.
De ordinatis ab alieno Episcopo ratione beneficij tenuis redditus. 461
Literæ Apostolice Pauli V.
De ordinandis extra tempora, ante ætatem legitimam, vel absque literis dimissorialibus Ordinarij. 465
Bulla Pii II. Sixti V. Clem. VIII. & S.D.N. Vrbani VIII.
De Pœnitentiarijs pro regularibus. 476
Decretum Clem. VIII.
De percussione clerici graui vel leui. 478
Extrauag. seu Const. Ioann. XXII.
De pollutione Ecclesiarum. 498
Bulla Leon. X.
De Præcedentia in processionibus. 502
Bulla Gregorii XIII.
De processionibus, & qui ad illas compelli possint. 511
Decretum S. Congr.
De processionibus regularium extra claustra. pag. 516
Decretum S. Congr.

de

Digitized by Google

De recipiendis Nouitijs non precedente infor
matione. 518

Decretum Sac. Congreg.

De regularibus curam animarum habentibus.
pag. 519

Bulla Gregorii XV.

De regularibus deliquentibus extra clauſtra.
pag. 521

Bulla Clem. VIII.

De regularium & ſecularium prædicatione.
pag. 529

Bulla Gregorii XV.

De Regularium numero in ſingulis Monaſte-
riis conſtituendo. 532

Bulla Clem. VIII. *& Pauli* V.

De Religioſi sindebitè vagantibus. 534

Bulla Pauli IV.

De Religioſis recurrentibus ad Curiam Ro-
manam pro eorum grauaminibus expo
nendis. 535

Decretum S. Congr.

De Reſidentia Canonicorum, & Parochorũ.
pag. 538

Bulla Pii V.

de

Digitized by Google

De residentia Patriarcharum Primatuum Archiepiscoporum, & Episcoporum. 540

Bulla Pii IV.

De Sacerdote non ordinato ministrante, vel sacramentalem confessionem audiente. pag. 541

Bulla Clem. VIII. & S.D.N. Vrbani VIII.

De sacrilegio. 543

Bulla Sixti V.

De sequestro apponendo in fructibus beneficij reseruati prouisi per sãctam Sedem Apostolicam, & Ordinarium. 549

Bulla Pii IV.

De simonia 554. & 555

Bulla Pii IV. & Pii V.

De sindicatu Vicarij. 564

Bulla Gregor. XIII.

De sodomia. 565

Bulla Pii V.

De sollicitatione in confessione, 570

Bulla Gregor. XV.

De spolijs clericorum. 575

Bulla Pii V.

De subcollectoribus. 577

Bulla Sixti V.

De

Digitized by Google

INDEX.

De tertiarijs. 578

Decretum S. Congr.

De visitatione militum diui Ioannis curam animarum habentium. 581

Bulla Pii V.

De vsuris. 582

Bulla Sixti V.

FINIS.

Errata quamplura in impressione libri huius, à benignis Lectorum oculis emendentur.

Digitized by Google

IOANNIS ANTONII NOVARII IVRIS CONSVLTI,

AC CANONICI NEAPOLITANI Commentaria super Bullas.

PROOEMIVM.

NIhil herclè magis vtile perspiciens, quam in Praxi quotidiana sectari, dum inter talia Apostolicarũ Bullarum explicationem non esse vltimam aspexi, cum earum vsus, frequens necessariusq; quotidie sit, publicæ vtilitati mentem figendo, nulli parcendo labori, hanc assequi prouinciã mihi persuasi. Alios hac de materia scripsisse Stephanum Praeterea Quarantam olim huius nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicum dignissimum, ac Cherubinum qui super illas, eleganter quidem, & erudite scripsere breuissimis tamen cancellis, se continuere, multaque eorum tempore memoranda omisere,

Digitized by Google

pluraque post modum omninò scitu digna huicq; rei necessaria ex varijs Eminentissimorum Concilij interpetrum declarationibus, summique Rotæ Romanæ auditorij decisionibus, & modernorum scriptorum opinionibus, quæ nec præuidere potuerunt, accreuere. Poterat autem de recenti editus liber, vel ex toto hunc nostrum supplere laborem, vel magna saltem ex parte leuare, Author est Pater Ioannes Baptista Scortia ex Illustrissima, sanctissima, ac doctissima Religione Societatis Iesu, sed quia, & idē simile pariter progressus est iter, tale opus omni conatu prosequi non omisi. Accedat, quia in dies Sanctissimorum Pontificum auctę sunt constitutiones, præcisè Sanctissimi Domini nostri Vrbani VIII. mei præcipuè benefactoris (quem Deus Optimus Maximus, pro totius orbis vtilitate, & quiete incolumem diu seruet) quæ cum & commentaria pariter, vt & antiquæ desiderarēt, nec vllus, vsque adhuc lucubrationes super illis emiserit; Eo maximè ad talem laborem me accingere libenter præparaui. Et hæ quidem studij huius [redacted] & calamum super hac materia assumendi nos impulere.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa eligenda est per triennium, & non in vita, siue contradicant moniales, siue Abbatissa nu. 5.*
2 *Abbatissa electa vltra triennium nequit exercere per triennium.*
3 *Locatio bonorũ Ecclesiæ facta vltra triennium, est inualida quoad triẽnium.*
4 *Abbatissa eligi potest minori tempore triennij.*
6 *Sorores duæ non possunt ad inuicem succedere in Abbatiatu.*
7 *Abbatissa electa ad beneplacitum, non censetur electa ad triennium.*
8 *Abbatissa potest eligi vltra triennium à monialibus non professis regulam à Sede Apostolica approbatam.*
9 *Abbatissa finito triennio non tenetur renunciare Abbatiatui, sed expectet creationem nouæ Abbatissæ.*
10 *Abbatissa vltra triennium confirmari potest à Pontifice.*
11 *Abbatissa finito triennio nõ est confirmanda, si non reperiretur alia monialis idonea.*
12 *Abbatissa finito triennio nõ est eligenda ad idem officiu, nisi post aliud triennium, & quid in ordine Sancta Clara nu. 13.*
14 *Officiales monasterij præter Abbatissam aliqi possunt vltra triennium.*

DE ABBATISSA.

Super Bulla Gregorij XIII.

1 EX dispositione huius constitutionis iucip. hac perpetua valitura constitutione colligitur Abbatissam, seù præfatàm quarumcumque monialium esse eligendam per triennium tantum, non autem ad vitam, alias electio nullius roboris erit, & ita etiã firmarunt *Nauarr. conf. 3. de regul. conf. 1. de caus. pos. & propr. & conf. 7. de stat. monac. Minad. de regul. p 2. q. 6. artic. 6. & Bald. in sum. verb Abbatissa.*

2 Cuius tenor ampliatur primo, vt si Abbatissa fuerit electa contra dictam formam, & sic vltra triẽnium, neque poterit exercere per triennium, *iuxta conf. Roman. 66.* firmantis electionem esse faciẽdam per annum, ita vt si ea fuerit facta

Digitized by Google

per plures annos, nec per annum valida censebitur, sequitur *Capic. decis.49. & Cabed. dec.84.nu.7.* & cum ratione, nam bulla dat formam, propter quam redditur actus indiuiduus, & ideo succedit regula vtile per inutile vitiari *c. vtile de regul.iur.in 6.c.non debet eod.l.1. item quæritur ff. de aqu.quotid.& æst.Seraphin. decis.483.n.8. Tusc.conclus. 373.num.1. & Mantic.de tac.& ambig.conuenct.to.2. lib.16. tit.36. nu.3.*

3 Hinc infertur locationē factam vltra triennium de bonis Ecclesiasticis non valere etiam per triennium, *Gam. decis.Lusit.fin.Farin. decis.* 30. *par.* 1. *tom.* 1. Et proinde Monasterium nō tenetur recipere Abbatissam vltra triennium, vt videmus de officiali creato à Barone vltra annum, quē vniuersitas non tenetur recipere ad tradita per *Mastrill. de magistr. lib.1.q.27. [illegible] & addita per nos in Schol. ad l. neminem C. de suscept. & præpos. lib.10.*

4 Amplia secundo, vt nec Abbatissa possit eligi minori temporis spatio, quā triennio, quia moniales nequeunt ad eorum beneplacitum eligere Abbatissam, faciunt scripta per *Nouarinm fratrem in prag. 5.sub rubr.de Baron.nu.3.*

Contrarium tamen iudicauit S. Cong. Eminentissimorum Cardinalium Episcopo Arianen. 18. Septembris 1595. vt licet vicet vigore dictę bullæ Abbatissæ non possint esse perpetuæ, non tamen prohibetur, quin singulis annis mutari possint.

5 Ampliatur tertio siue contradicant monīales siuè ipsa Abbatissa, cum id sit officiū, quod sine sumptu exercetur *Crauett. cōs. 459. Aym. cons.269. num.3. facit decisio Franc. 264. & vide quæ scripsi in l.ab honoribus C. de muner.& honor. non continuand.*

6 Ampliatur quarto, vt duo sorores secundum carnem non possint sibi ad inuicem succedere in Abbatissatu, vel Priotatu in ordine Prædicatorum, vt declarauit S. Congr.regul. 3. Aprilis 1615. in vna vlixibonen.

7 Ampliatur quinto, vt si fuerit electa Abbatissa ad beneplacitum monialium, censetur electa per triennium tantum, arg.notatorum

rum per *Amend. ad Franc. decis.* 409. *nu.* 11.

Contrarium tamen verius esse censeo, nam officiales non possunt eligi ad beneplacitum, quia dicerentur perpetui, quę perpetuitas ab hac bulla reprobatur, videatur *Boer. decis.* 149. *Franc. Marc. dec.* 192. *par.* 1. *Capiblanc. de Baron. prag.* 3. *nu.* 139. *& pragm.* 5. *num.* 7. *& Illustrissimus Dominus Regens integerrimus Tapia in pragmat.* 5. *Caroli fol.* 107. *nu.* 1. *quos refert, & sequitur Mastrill. decis.* 188 *num.* 7. *addo Nouarium fratrem in suo sollemni tractatu de grauaminibus vassallorum grauam.* 188. *vbi lepidè loquitur.*

8 Declaratur modo, vt sub huius constitutione ordine non includantur moniales, quæ verè non sunt professæ regulam à sancta Sede Apostolica approbatam, *Nauarr. conf.* 82. *de Regul. lib.* 3. *Castellin. de elect. can. c.* 5. *nu.* 13.

9 Declaratur secundo vt Abbatissa finito triennio non teneatur officio Abbatissæ renunciare, vt inquit *Nouarius frater in nou. iur. pontific. consil.* 3. *de de elect.* sed debet expectare nouam creationem Abbatissæ, allegat *Rodriq. q. reg. tom.* 1. *q.* 16. *artic.* 3. & ratio est in promptu, quia vti superioris officium gerens tenetur illud prosequi vsque ad successorem in eo *argum. tex. in l. meminisse ff. de offic. præsid.* & proinde Abbatissa finito triennio potest constitui pro parvo tempore donec altera eligatur *Mirand. de monial. q.* 7. *artic.* 9.

10 Declaratur tertio, nisi sancta Sedes Apostolica aliud expressè statueret, vel contrarium seruaret secundũ *Nauarr. consil.* 4. *de regul. regul. & consil.* 2. *de stat. monac. & alij relati per Barbos. de potest. Episc. alleg.* 27. *nu.* 60. *p.* 2. & proinde quoties peteretur confirmatio à sancta Sede Apostolica, illaque obtineretur non obstaret dispositio huius conflit. & hanc cautelam notent moniales.

11 Declaratur quarto dispositionem dictæ bullæ declarari quoties in monasterio non reperiretur alia monialis magis idonea prius electa, nam non obstante triennio elapso iterum eligi posse dicerem, prout à simili videmus, quod à simili

Digitized by Google

simili videmus, vt in defectum aliorũ idoneorum & habilium poterit vniuersitas eligere alium idoneũ officialem non obstante *text. in ab honoribus C. de maner. & bonor. non continuand. vbi nostra additio.* Nisi verba S. C. T. licet loquatur in alio casu nõ obstarent, habetur enim ibi *& in c. identitatis de elect. in 6.* Abbatissam debere eligi non minorem 40. annis, & quæ octo annis post expressam professionẽ laudabiliter vixerit, quod si de his qualitatibus nulla reperiretur in monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi posse, ex quibus tutius esset hanc opinionem amplecti.

12 Declaratur quinto vt finito triennio non possit ad idem officium eligi post aliud triennium absq; Sedis Apostolicæ, aut S. Cõgr. licentia eligi, vt habetur in [illegible] clarauit eadẽ S. Congr. in omnibus monialibus habere locum testatur *Castellin. loc. cit. c. 17. nu. 9.*

13 Sed in ordine sãctæ Claræ debent vacare per sex annos in eadem monasterio ex *constit. speciali bulla Pauli V. referente Portell. in dub. regul. tit. de Abbat. & Prior. nu. 4.*

14 Declaratur sexto, vt sub præmentionata constit. nõ comprehendantur aliæ officiales monasterij, ita vt absoluto triennio possint perseuerare in officio ex quo tam præfata constitut. quam Cõc. Trid. nihil omninò de his disponunt, sed S. Congr. censuit moniales, quæ à Capitulo sui Monasterij electæ sunt in officiales, vt bona illius monasterij administrent, possunt in huiusmodi officio administrare, & perseuerare, quandiu superioribus monasterij visum fuerit, & sic videtur non currere triennium istis officialibus, nec confirmatio superioris est necessaria, nec circumstantiæ aliquæ, de quibus in prædicta bulla.

SVMMARIVM.

1 *Adulterorum pœna remissiuè.*

2 *Adulterij pœna tenetur præstans domum ad committendum adulterium.*

3 *Adulterij pœna tenetur, opẽ & auxilium præstantes.*

4 *Adulterij pœna cessat non præ-*

Digitized by Google

precedente probatione matrimonij in processu.

5 *Adulterij pœna non potest exequi ex officio, nisi esset notorium, & quando dicatur notorium nu. 6.*

7 *Adulterij pœna cessat in sponsa de futuro.*

8 *Adulterium probatur concludenter nec sufficiunt testes singulares.*

9 *Allegationes in iure V.I.D. Ioannis Dominici Nouarij authoris genitoris in adulterij materia.*

DE ADVLTERIO.

Super Bulla Sixti V.

1 IN hac bulla ædita de anno 1586. incip. ad cõpescendum reponitur pœna contra adulteros. *S. Concilium Tridentinum sess. 24 cap. 18. in fine de reformat. & habetur per Illu. D. Ricc. collect. 235. & per Nouarium fratrem in nou. iur. Pontificei conclus. vn. de adult.*

Vltraque liceat hic afferre decisionem Senatus dolani apud Criuell. 23. vbi de pœna istius criminis discurrit, & vide *Coler. decis. German. 176. Papon. libr. 1. tit. de adulter. Reusner. de. cis. Ianẽnsi 19. lib. 3. Maynard. decis. Tholos. 2. lib. 4.*

2 Ampliatur vt huiusmodi pœna habeat locum etiã in præstante domum adulterio committendo, habetur per *Farin. tit. de delict. carn. q. 141. num. 49.* etiam si adulterium non esset sequutum *Marsil. in l. 1. §. Diuus Adrianus num. 5. ff. ad l. Cornel. de Sicar.*

3 Ampliatur, vt eandem pœnam incurrant opem præstantes, & ad hũc casum ille dicitur opem præstasse quo arte, & fallacijs maritũ extra duxit, vt adultero liceret vxorem ingredi, *Nat. cons. 151. lib. 1.*

4 Declaratur primo cessare pœnam adulterij, vbi in processu, matrimonij probatio non præcedit in specie, & sic nõ sufficiunt verba enunciatiua, *Ascia determ. 159. Mascard. de probat. verb. adulterium, Bart. in l. vxor §. si quis vxores ff. ad l. Iul. de adult. Marsc. cons. 1. nu. 4.* Habuit in facto D. geuitor obseruandissimus V.I.D. Ioanes Dominicus Nouarius in causa Nicolai Angeli de Sancta Lucia, ob non probationem matrimonij in specie, qui fuit liberatus ipso

Ad-

Digitized by Google

Aduocato primario patrocinante, vt refert *Nouarius frater in suo iur. pontific. nouo conclusione 1. de adulterijs.*

5 Declaratur secundo, vt hæc pœna adulterij non possit ex officio exequi vt pluries tempore, quo Illustrissimus, & Reuerendissimus D. meus Riccius Episcopus fungebatur officio Vicarijs Generalis in nostra Curia Archiep. Neapolitana determinatum fuit, *Nouarius frater plures referens loc. citat. num. 7.* verũ

6 si adulterium esset notorium posset ex officio procedi, & dicitur notorium, quando vxor passim admictit viros ad se venire adulterando causa, vel quando vxor recederet à marito, & adhereret concubinario, vel quando mulier confessa est in iudicio se cognitam ab alio, vel aliter, vt declarat *Viuius decis. 241.* & quando sit notorium vide *Petr. ad Gram. decis. 31. Asciam determ. 71.*

7 Declaratur tertio, vt nõ teneatur pœna constitutionis cognoscens sponsam de futuro alicuius, & quãuis contrarium sentiat *glos. in c. discretiones de eo quod cogn. consanguin. vxor. sua, & alij quos refert Nouarius frater num. 10.* prima opinione firma, tamen nostra videtur verior, & probabilior sententia, cum per sponsalia de futuro cõtrahatur ius ad rem tãtum, non autem in re, vnde euenit, quod sponso per verba de futuro, non competit ius accusandi de nece suæ sponsæ *iuxta dec. Rotæ Venet. Triuis. 15. p. 2.* & si etiã infertur, quod vxor per spõsalia de futuro non amictit tutelam suorum filiorum, *Afflict. decis. 357.*

8 Declaratur quarto, vt ad incurrendam pœnam alicuius constitutionis requirũrur certæ probationes, ita vt ad probationem adulterij testes singulares non admittantur, *Rota in dec. 441. num. 1. par. 1. Triuis. dec. 21 p. 2.* & in hoc genere probationis multa docet *Viuius dec. 242. Cappella Tholos. dec. 309. & adde Rot. corã Emin. Verospio in Rota Romana separationis Bon. 1629* & quomodo ad illud probandũ testes deponere debent, & ex quibus actibus, & præsumptionibus, *Mascard. conclus. 58. cum seq. vol. 1.*

9 At

Digitized by Google

9 At quia circa hanc materiam reperi quandã allegationẽ pluribus ab hinc annis editã per D. Ioãnem Dominicum Nouarium I. C. meum genitorem volui illam ad vnguem inſerere.

Si lecturam proceſſus, & informationis captæ per Cur. Terræ Piſtitij attendimus contra Franciſcum de Chirutia pro aſſerto ſtupro in perſonam Portię de Dragone de maſello, vtiq; omnino fatendum eſt ipſũ in aliquo non exceſſiſſe, & pœnam non merere. Nam ſi eadẽ Curia probauit, Portiam viduam, & vti contra viduam fundauit ſtuprum certe ſtuprum in vidua hodie eſt impunibile *ex doctrina Iulij Clari communiter ſequuti in ſua pract. in §. ſtuprum num. 4. verſ. cæterum*, quod eſt principale fundamentum excludens inquiſitionẽ prædictam, vt procedi non potuit.

Sed ſi prætẽderetur violentia, ratione cuius poſſet ſubſtineri inquiſitio hæc violentia non probatur. Nam ipſamet principalis illam aſſerit, ſed quãtenus aſſereret, nec creditur mulier aſſerenti ſe vim paſſam, vel tentatam de ſtupro *Caruet. in conſ. 41. nu. 2. Grammat. in conſ. 45. nu. 1. Baiard. in §. ſtuprum nu. 4. vbi ex dicto Brun. in tract. de ſponſalibus concluſ. 18. num. 10. tom. 10.* refert notabile exemplum, de quodã Iudice, qui condemnauit accuſatum de violentia ad dandum mulieri certam quantitatem pecuniarum, qua conſignata, dedit accuſato licentiam auferẽdi ab illa muliere pecunias prædictas, & dum fecit omne poſſe ſuum, prout potuit auferre ob mulieris reſiſtẽtiam, præmandauit fieri reſtitutionem pecuniarũ accuſato, quia ſi reſiſtentiam tam magnam fecit pro pecunia ſua iã feciſſet pro defenſione corporis, referẽs illud Ouidij nõ licet appellas grata eſt vis iſta puellis

Præterea violentia in ſtupro probatur per acclamationes, plantum, & ſubitaneum conqueſtum cum vicinis, & alijs late *Maſcar. de probat. concluſ. 1411. in. cip. violentia*, quorum nullum in proceſſu fuit deductum.

Plus vltra, vbi non fuit conqueſtus infra octo dies, voluntarie mulier præſumitur ſtuprata, vt in pro-

Digitized by Google

prijs terminis vltra constitutionem regni loquētem in meretrice uim passa loquitur *Camia in ritu M. C. §. 71. nu. 21.*

Cessat etiam asserta violentia, & non creditur mulieri de ea deponēti ex prægnatione, & partus cōceptione, immo per solum copulæ carnalis interuentum cessat violentia, *Host. in cap. continebatur de desponsat. impub.* vix enim si teneretur ligata manibus, & pedibus, mulier posset violentari, & partum concipere.

Probata est etiam vilitas inquisitæ, & solita ire per nemora, fontes, & alios similes actus facere, adeo vt fanteſca appellari posset, quæ nō præsumitur virgo, vidua, nec maritata, & ideo talis coitus est impunibilis, *Socin. in cons. 148. volum. 1. Grammat in decis. vltima. Baiard. in §. stuprum nu. 2.*

Constat etiam per defensiones de inhonestate vitæ huius mulieris, quę inhonestitas facit stuprum impunibile, *Gramm. in decis. 107. num. 9. & Natt. in cons. 41. num. 12. & 13.* immo dicūt huiusmodi inhonestatem probari per testes singulares, cessantibus enim vestibus legis cessat legis dispositio *l. 4. §. tetie ff. de damno infecto cum vulg.*

Vlterius ex depositione eiusdem principalis appareret non velle querelare, ergo fuit consensus, & uolēs præsumeretur passa, si ei uti principali crederetur, unde non immerito per *Ritum M. C. S. 73.* fuit prouisū quod in stupro uoluntario, mulier stuprata accusare non potest, fatetur eadem principalis frequentationem coitus, quo casu prætensum stuprum non est principale, cum præsumatur ex diuturnitate purgatum, & redactum ad cōcubinatum *Baiard. ad Iul. Clar. in §. fornicatio nu. 130.*

Depositio Portiæ principalis asserentis se cognitā nec probat, immo nec inditium aliquid facit, *Vmins in decis. 247.* qui in propriis terminis dicit adulterium, non probari per mulieris confessionem, quæ asserit se ab aliquo cognitam, sic etiam docet *Boer. in decis. 319. Gramm in cons. 45. n. 1. Campag. in cap. regni frequens de testim. disrob. n. 75.* sicut nec creditur mulieri dicenti se ab aliquo prægnantem dovet idem *Boer. decis.*

decis. 299. quod eo magis est in casu, de quo agitur, quia hæc Portia, primo exa minata asseruit cum iuramento fuisse cognitã, & deinde periura aliter deponit, ratione cuius periurij, nullo modo creditur vulgatis iuribus.

Sequitur depositio Roscllæ matris dictæ Portiæ, quæ vltra quod est mater principalis, & quærelam exponens deponit de auditu, à Portia de Sarcone, quę in processu nil deponit, vnde habetur, ac si non esset examinata.

Totus punctus esset in depositione Corneliæ de Nicolao Angelo Sansone, quæ prætenditur à parte quærelãte, immo fuit quærelata de prætenso lęnocinio. Vnde cum attribuatur societas criminis nullam fidem facit, eo magis, quia non deponit de actu proximo, nec de alijs extremis, ex quibus copula prętendi possit.

Nec creditur Antoniæ, vti non solum minoris, sed quasi infantis ob eius ætatem, & quia discordat à Cornelia matre, hæc enim asserit, *che in sua casa venne Portia di Dragone di Masiello, e da là vn pezzo venne Francesco, li quali Portia, e Francesco dissero a Tonna si ne fosse vscita, e che quelli si serrorno la porta, e Cornelia matre dicit, che la figlia fu mandata à chiamare da Francesco a Portia, e che venuta si chiusero*, ecce quanta diuersitas & cõtrarietas est inter matrem, & filiam, quæ vti sociæ criminis non probant. *Salic. in l. fin. C. de accusat. Dec. cons. 189. num. 10. Alex. cons. 475. Marsil. sing. 209. Viuius*, vt alios omittam in re tam clara in *sua commun. opin. conclus. 361.*

Io. Dominicus Nouarius V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Agnus Dei benedicti sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibentur minio notari, vel deaurari, & venales exponi, Simoniacè, & nu. 2.*

Digitized by Google

DE AGNIS DEI.

Super Bulla Gregorij XIII.

1 AGnos Dei benedictos minio notari, vel deaurari, aut colorari, & venales exponi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ interdictum est quibuscumque constitutis in quacumque dignitate per hanc cõstitutionẽ, siuè motum proprium incip. omni certe studio emanatũ per sanctissimũ recolendæ sem per memoriæ Gregorium Decimumtertium nobilissimæ familiæ Boncompagnorum, vt referunt *Azor. institut.moral.tom.1. lib.9. cap.9.quæst.1. & Quarant. in sua summ. in ver. Agnus Dei*, qui tamen in hac materia sicco pede pertransit verba simpliciter ipsius cõstitutionis referens.

Ego tamen cum *Sãchez in sua sum lib.2. cap.43.to.1. num.28* pro choronide aduertẽdum esse cẽseo, quod postquam quis in excommunicationem incurrit similes agnos Dei depingendo, miniando, vel deaurando, possit illos, sic depictos, & deauratos tenere, quia hoc non videtur, interdictum, & propterea nõ ob id destrui debent, & dũ in prefata constitutione interdicitur similes Agnos Dei teneri, id infinitiuum coniugitur cum dictione, Venales, vt constat ex contextu dictæ constitutionis siuè bullæ. Itaque interdicitur illos venales proponere aut tenere, dum autẽ concludit Pontifex illos habendos, deferendos, & custodiendos albos, & mũdos, tantum est dicere non esse depingendos, sed vt benè dicuntur à Pontifice custodiendos esse, at vbi peccando depicti sunt, non interdicit eos retineri, vt etiã nouiter sentit *Scortia in select. Summorum Pontific. cõstit. theorem.330.*

2 Et quatenus eadem Bulla prohibeat hos Agnos Dei vendi, declara hanc conclusionem procedere in venditione simoniaca, qualis est si ratione benedictionis vendantur, aut carius ratione illius, at secus si vendantur ratione solius materiæ ex qua conficiuntur, & habito respectu ad impensas in eis conficiendis, & ad Almam

Vr-

Digitized by Google

Vrbem Romã asportandis ita *Sanchez loc. mox citato num. 29.*

Et quamuis *Azor. d.to. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 9. q. 4.* fuerit in opinione per præfatam bullã Gregorij prohiberi, venditionem etiam ratione materiæ, ita quod totum contrarium sustinet?

Ipse tamen à prima sententia tamquam veriori nõ recedẽdum esse puto, quia non reperio in ipsa bulla aliquid continens specialẽ prohibitionem vẽditionis, quæ alias nõ erat Simoniaca, sed solam vendentibus excommunicationem infligit, ita quod ubi Pontifex id prohibeat oculi mei nõ aspiciunt, & ideò rogatus de voto in hanc quandoq; descendi opinionem quam quam pariter tutatur *Scortia d. theorem. 330. vers. verum*. & post alios quos refert firmauit *Diana ref. 12. tract. 6. par. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quadraginta annorum datur aduersus Ecclesia rem malè alienatam.*

DE ALIENAT. rerum Ecclesiæ.

Super Bulla Pij IV.

1 PEr præsentem cõstitutionem reuocatur bulla Pauli IV. & sancitur, vt aduersus rem Ecclesiæ malè alienatam, possit opponi præscriptio 40. annorum, vt est videre apud *D. Rice. collect. decis. 2334.* cui te remitto, & ad saturitatem, vide *Redoan. de reb. Eccles. nõ alien. q. 79. c. 3. & Molin. de iustit. disp. 79.*

SVMMARIVM.

1 *Commissarij siue executores Apostolici quibus committuntur rescripta si in euidentem, quæ obseruare tenentur.*

Super Bulla Pauli II.

1 PEr hanc cõstitutionem incip. cum in omnibus æditam de anno 1465. Cõmissarij quibus à Romano Pontifice cõmittuntur rescripta si in euidẽtem, sunt ipso facto excommunicati si sint inferiores, & Episcopi

Digitized by Google

pi per annum suspensi ab exequutione officij,& obligati ad restitutionem damni illati Ecclesiæ, si eorum conscientiæ prodigi vel sordes alienationi cõsenserint, aut decretum,& authoritatem interposuerint. Hi verò qui dolo vel fraude scienter in detrimentum Ecclesiæ procuratuerint alienationem, siue decretum sũt ipso facto excommunicati, & non possunt nisi à Summo Pontifice absolui, vide *Genuens. in praxi Cur. Archiep. Ro. nu. 12. & Nald. summa verb. bona nu. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares cum decreto duorum fratrum possunt alienare bona immobilia iux. ea bullam Greg. sed contrarium nu. 2.*

3 *Permutatio bonorũ est prohibita regularibus.*

4 *Alienatio cum pacto de retrouendendo est interdicta regularibus.*

5 *Transactio non potest fieri à regularibus de bonis monasterij.*

6 *Alienatio bonorum regularium, non tenet cum authoritate Summi Pontificis.*

7 *Alienatio bonorũ regularium est prohibita etiam ex causa necessitatis.*

8 *Alienatio bonorum regularium est prohibita de vno monasterio ad aliud.*

9 *Alienatio bonorum regularium prohibetur absque licentia S. Congreg. quilibet esset contraria consuetudo.*

10 *Bona regularium non possunt concedi in emphiteusim.*

11 *Alienatio bonorum regulariũ an saluari possit præscriptione.*

12 *Census prohibentur imponi super bonis ad monasteria pertinentibus,& quid si pecunia ad cambium, vel mutuo acciperetur cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis nu. 13. refertur declaratio S. Congr. nu. 14.*

15 *Menniales prohibentur alienare bona monasterij.*

16 *Alienatio bonorum regularium iuramento firmata non tenet.*

17 *Pignoratio bonorum regularium inualida est.*

18 *Infeudatio bonorum regularium prohibetur.*

19 *Alienatio bonorum non prohibetur Clericis Regularibus Theatinis.*

20 *Bona*

Digitized by Google

20 *Bona regularium non incorporata Monasterio alienari possunt.*

21 *Bona mobilia non pretiosa quæ seruari non possunt alienari non possunt per regulares.*

22 *Oblationes facta monasterio, vel ipsius imagini an possint alienari.*

23 *Pœna non tenentur regulares ex alienatione nulla.*

24 *Alienatio bonorum religionis non possidentis bona in communi non tenet.*

25 *Absolutio ab excommunicatione contracta ab alienationem à regularibus an sit reseruata sanctissimo.*

De alienatione rerũ regularium prohibita.

Super Bulla Gregorij XIII.

1 POst extrauag. ambitiosæ de rebus Eccles. nõ alienan. emanata fuerunt priuilegia apostolica ad fauorem ordinum regulariũ alienandi bona tam immobilia, qua mobilia prætiosa cum decreto duorum fratrum; de quibus habetur per *Laraccam in consil.* qui fusè de eis loquitur, & apud *Confect. in recollect. priuil. mendic.* & præcipuè per bullam æditam à Gregor. XIII. incip. Apostolicæ Sedis sub die 8. Decẽb. 1579.

2 Sed hodie Sacra Congregatio Cardinaliũ Conc. Tride. edocta rerum experimento, quãtum Religiones accipiant detrimentũ ex bonorum immobilium & prætiosorum mobilium distractionibus quas crebro faciebant regulares dictis apostolicis priuilegijs innixi ex speciali Sanctissimi Domini nostri benefactoris Vrbani VIII. reuocauit prædicta priuilegia prohibendo alienationem omnium rerum, & bonorum immobilium, ac mobilium prætiosorum, & omne pactum per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalitios, hipotecam, locationem, & conductionem vltra triennium, concessionem in feudũ, vel emphiteusem (præterquam in casibus à iure permissis absque expressa licentia eiusdem congregationis, sub pœna priuationis omnium officiorũ, quæ hunc obtinebant vocisque activæ, & passiuæ, ac

per-

perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrãt, permanentibus in suo robore alijs pœnis contentis in dicta extrauag. ambitiosæ, talesque alienationes pacta, cẽsus, hipothecas locationes conductiones, & cõcessiones contra huiusmodi prohibitiones faciendas ipso iure nullas, & irritas decernit ad fauorem quarumcumque personarum atque ordinum, tam mendicantium quam non, militarium, etiam S. Ioannis Hyerosolimitani Congregationum, societatum, aut cuiusuis alterius instituti non obstantibus quibuscũque statutis, vel consuetudinibus, immemorabilibus, exemptionibus, & priuilegijs etiam motu proprio, & ratio est euidens nã prohibitus alienare nec poterit pignori dare, hipothecare, aut obligare, *Cauale. decis. 6. p. 3.* nec tacitè nec expressè *Senaphin. dec. 747.* & de prædicta declaratione Sac. Congreg. meminit *Nouarius frater in iur. pontific. nouo enucleat. 1. de rebus regular. non alienand.*

3 Amplirtur primo conclusio præmentionata, vt nec possit fieri permutatio *Gaualer. decis. 288.* quamuis testator dispoſuerit, vt posset fieri permutatio absque licentia Sacræ Congregationis *Macer. resolut. 112. casu 34. lib. 1.* & quod nequeant permutari *Ias. in l. fin. nu. 102. C. de iur. emphyt.* facit quod inquit *Giurba decis. 111. num. 25.* ea ratione, quia permutatio est similis emptioni *l. fin. ff. ex quibus caus. in poss. eat.* nec non vicem emptionis obtinet *l. 2. C. de rer. permut. & fuit decisum per Rot. Roman. in vna Palatij 11. Martij coram Emin. Card. Pamphilio,* vt in simili dicitur de permutatione rei emphiteuticæ in qua cõsensus directi domini est necessarius *Ludouisius decis. 473. nu. 7.*

4 Ampliatur secundo, vt nec possit fieri alienatio cũ pacto de retrouendendo, *Macer. resolut. 99. lib. 1.* nam venditio cum pacto de retrouendendo est vera venditio ad latè tradita per *Afflict. decis. 338. Cotta in memor. verb. pactum Tiraq. de iure retract. lignag. §. 1. gl. 2. num. 12. & Gratian. discept. forens. 526. num. 23. tom. 3.*

5 Am-

Digitized by Google

4 Ampliatur quarto, vt nec possit fieri transactio absque licentia sacræ Congregationis per ea quæ cumulat *Macer. resol. 38. lib. 1. & Illust. D. Coccin. omni laude dignus in dec. 301.* ex quo transactio est species alienationis, & eidem decreto subiacenda venit, *Bartol. & in l. nulli de transact. sæpius decisum fuit à Rota in vna Auersana tenimenti 27. Iunij 1582. coram Rubeo, & alibi, vt per Marchef. 1. par. de commiss. fol. 112. num. 1. latè Gratian. discept. forens. cap. 846. num. 6. & 7. lib. 5.* & facit nam eadem sollemnitas requiritur in alienatione bonorum minorum, quæ & in transactione *Verall. decis. 195 par. 3. & latè Vrsellius in conclus. 85. tit. de alien. rer. Eccles. num. 82. vbi num. 83. pluribus modis hoc declarat.*

5 Ampliatur quinto, vt nec teneat alienatio bonorū regulariū, cum authoritate maioris pœnitentiarij, *Marta decis. 86.* & iuxta hāc decisionem consului in causſa Venerabilis Monabilis Monasterij Sāctæ Mariæ de Monte Carmelo ciuitatis Auersæ.

7 Ampliatur sexto, vt licet regula sit, quod prohibitus alienare ex cā necessaria *ad tex. in l. peto §. prædium ff. de leg. 2. Vrsill. a Affli. decis. 191. num. 1.* maximè pro soluendo ære alieno *Ludouisius decis 299.* Tamen ad hūc effectum alienatio bonorum regularium est inualida licet sit facta ex necessitate soluendi æris alieni, *Rota Romana decis. 203. par. 4. Osasc. decis. 171. Balb. decis. 22. Coccin. decis. 374. nu. 3. 391. nu. 1. & 445. nu. 1.*

8 Ampliatur septimo quāuis bona regularium alienarentur de vno monasterio ad aliud, *ita Quarant in sum. bullar. verb. alienatio bonorum Ecclesiasticorum nu. 15.* quidquid dicat *Triuis. decis. 56. num. 17. p. 2.* & prima opinio videtur verior teste *Gratian. discept. forens. c. 515. nu. 9. lib. 3.*

9 Ampliatur octauo, vt huiusmodi licētia Sacræ Cōgregationis pro alienandis bonis regularium non possit omitti non obstante quacumq; cōsuetudine in contrarium *Villagut decis. 52. nu 41.*

10 Ampliatur nono, vt nec possint in emphiteusim cōcedi, vt hic, & latè *per Dom. Riccium decis. 32. p. 2.*

Digitized by Google

11 Ampliatur nono, vt alienatio bonorum regulariũ nulla præscriptione saluetur si sit facta inconsulta Sacra Congregatione faciũt dicta per *Triuis. decis. 58. p. 1. & Cauall. com. contr. com. q. 13.*

Tu autem recurras ad bullam Pij IV. per nos superius relatam de alie. rer. Eccles.

12 Ampliatur decimo, vt non solum prohibeãtur cẽsus imponi super bonis ad monasteria pertinentibus, vt ait *Rota apud Cenc. de cens. decis. 28. num. 4. & decis. 28. nu. 3. & decis. 40. nu. 5. Verall. decis. 1. verb. alienatio*, sed loco censuum huiusmodi pecunias ad cã-

13 bium, vel mutuo accipi cũ solutione lucri cessãtis vel damni emergentis, ex quo eluderetur mens sacræ Cõgregationis, ita habetur *in declaratione eiusdem sacræ Congregat. latæ sub die 21. Ma[illegible] incip. cum post [illegible]m*, quæ S.C. consulere voluit Religionum idemnitati, & ideo quamuis S.C. solum prohibuit impositionem censuum, adhuc prohibuisse censetur receptionem pecuniarum ad cambium, vel mutuo cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis, nã sicuti ex impositione censuum plurimum patiuntur damnum, ita & pari modo ex receptione mutui, vel monetæ ad cambium, vbi enim eadem est ratio ibi, & debet esse eadem iuris dispositio *l. illud ff. ad l. aquil. l. à titio ff. de furt.* & ita *declarauit S. Congreg.* sub his verbis.

Cum post editum decretũ de rebus regularibus non alienandis compertum sit regulares, qui eodem decreto prohibentur census imponere super bonis ad eorum monasteria pertinentibus loco censuũ huiusmodi pecunias ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, vel damni emergẽtis. Cumque ex huiusmodi contractu eludatur mens sacræ Cõgregationis, cui in primis in votis fuit consulere religionum indemnitati, quæ ex impositione censuum huiusmodi plurimum læduntur S. Domino nostro approbante decreuit, ac declarauit huiusmodi contractus esse contra mentem decreti, vt supra editi, ideoque non licere regularibus pecunias, vt proponitur accipere, ac si acceperint

Digitized by Google

perint in ipsius decreti pœnas ipso facto incidere. Datũ Romæ 21. Maij 1626. Cosm. Card. Torres. Loco † Sigilli. Prosper Fagnanus.

15 Ampliatur vndecimo, vt sub hac prohibitione non solum cõprehendantur superiores regularium masculini generis, sed etiam fœminini generis, nam & moniales quoque sub hoc nomine comprehẽduntur, *vt latè sentit Nouarius de elect. & variat for. q. 34. sec. 1.* firmans, quod sicuti religiosi gaudent priuilegio fori, ita & moniales, *ex cap. de persona 21. q. 1. Panorm. in cap. cum monasterium n. 3. de elect.*

16 Ampliatur duodecimo, quamuis dictæ alienationes fuissent iuramento vallatæ, vt ibi, ex vulgata ratione, iuramentum regulari secundum naturam contractus, nec adimere naturam contractus, cui adijcitur, *l. sed & si possessori §. ità si iurauero vbi Iaf. ff. de iureiur.*

17 Ampliatur decimotertio, vt prohibeatur etiam pignoratio, nam prohibita alienatione à iure, videtur prohibita pari modo pignoratio, *ad text. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. Ioann. And. in cap. imperialem col. 1. de probib. feud. alien. per Feder. Menoch. de arbitr. iudic. casu 422. de Pont. de potest. Proreg. titul. 8 §. 6.* verbum enim alienationis à lege siuè constit. probatum, continet pignorationem, secus si ab homine, *ita refert decisum in S. Cons. Gizzarellus in decis. 74. nu. 7. & 8.* prout è contra idem esset dicendum permissa alienatione permissam esse pignorationem, *l. sicut §. sed si promiserit ff. quib. mod. pignor. vel bypot. solu.*

18 Ampliatur decimoquarto, vt quamuis appellatione alienationis non veniat infeudatio, *iuxta tradita per Illustrissimum Dominũ meum Regentem Tapiam in decis. 5. nu. 100. Gratian discept. forens. 745. num 63.* Attamen in hac materia expressè per hoc decretum S. Congr. fuit prohibita infeudatio.

19 Declaratur primo, præfatæ conclusionis series, vt sub præfato decreto non includantur Clericorum Regularium Theatinorum superiores, quos exclusos voluere Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Car-

Digitized by Google

dinales, vt apparet ex declaratione sequentis tenoris, iuxta quam consului nobilem religionem Theatinorum Ciuitatis Panormitanæ ob venditionem territorij nuncupati Ticarazzi facta Illustrissimo Principi Valguarnarę.

Generalis Clericorũ Regularium exponit humiliter Illustrissimis vestris dominationibus, qualiter eius Religio nullo vnquam tẽpore possedit bona aliqua immobilia omnino ea retinendi, cum id expresse prohibeant constitutiones eiusdem religionis; à tali enim possessione voluntariè se abstinent vt eo liberius, & promptius paupertatem Christi Dòmini imitetur, & licet stabile quoddam Panormi eidem Religioni relictum nondum alienatum sit; hoc fuit inopia emptorum, & multitudo litium; nunc vero temporis, Præposito domus eiusdem Ciuitatis iniunctũ est à Capitulo Generali, vt quam citissime quocumq; modo illud vendat, & quocumque prętio qua propter humiliter eadem Religio postulat ab hac sacra Cõgregatione declarari nõ comprehendi sub prohibitione nuper ædita de rebus Regularium non asienandis promittendo, prout opus est ex nunc, & in futuro iuxta formam Constitutionum eiusdem Religionis firmiter obseruaturam suptadictum institutũ, nec vllo vmquam tempore recepturam, seu accepturam bona aliqua immobilia titulo, vel elemosinæ, vel emptionis, vel quocumque alio, nisi ad effectum ea vendendi vel pro vsu fabricæ Ecclesiæ, seu monasterij & in tantum intendit tale decretum gratiosum, sibi suffragari, in quantum huiusmodi institutum est seruatum, &c.

Sacra Cõgregatio Card. Concil. Trid. interpretum censuit Religionem Clericorum Regularium Theatinorum quamdiu institutum superius propositum retineat quoad bona immobilia non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus regularium nõ alienandis.

Cos. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus
S. Congr. Secr.

Vnde

Digitized by Google

Vnde alienatio bonorũ in dicta religione, siue omnino, siue per constitutionem census redimibilis, siuè per concessionẽ in emphiteusim fieri potest à Prę positis, cum consensu duarum partium vocalium illius domus, cuius bona sũt alienanda siue sint mobilia etiam prætiosa siuè immobilia cuiuscumque qualitatis, & valoris, & in quocumque loco existẽtia, obtenta tantum facultate Præpositi generalis, non autem Summi Pontificis, aut Sacræ Congreg. dummodo pecunia, quæ ex venditione recipitur in domus reparationem, vel ædificationem, vel in alias eius necessitates conuertatur, *vt constat ex priuilegijs Clem. VII. Gregor. XIII. vt refert Peregrin. in 1. part. sui compend. tit. de alien. bon.* vbi etiam infert cum prædictis sollemnitatibus posse bona eiusdem religionis obligari, hipotechari, de illis compromitti super illis transigi liti cedi, actionem in non possessorem renunciari, & alia agi.

Declaratur secundo bo- regularium posse alienari in consulta sacra Congregatione, quãdo nõ esset incorporata Ecclesiæ, & ageretur de iure quærendo non autem quæsito *D. Riccius resolut. 82. p. 1. & ita fuit iudicatum in vna Mediolan. bonorum 18. Martij 1595. coram Iusto, & in eadem 7. Februarij 1597. coram Eminentissimo Pamphilio.* Et tunc res dicuntur incorporatæ, quando per officiales deputatos ad id fuit res descripta in libro mensæ, aut hoc fuit declaratum per Prælatum, *Guid. Pap. decis. 154. Abb. in cap. vt super & in c. 2. vbi Card. q. 12. de feud. Bellon. dec. 9.*

Verum animaduertas, quod bona relicta alicui Ecclesiæ regularium post mortem alicuius, illo viuẽte non possunt alienari absque licentia sacræ Congregationis, quia Ecclesiæ cõpetit *ad text. in l. 1. & 2. C. com. deleg.* & etiam hipotecharia *l. fin. C. de sacros. Eccles.* & appellatione rerũ veniunt iura, & actiones, *l. rei appellatione, & l. bonorum ff. de verb. signif. latè Nouarius frater quæst. forens. p. 2.*

21 Declaratur, vt huiusmodi conclusio non procedat in rebus mobilibus non præ-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

prætioſis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, *& habetur per Bonacin. de alien. bon. Eccleſ. diſp. 2. q. vnica punct. 1. nu. 6. & habetur etiam in hoc decreto.*

22 Declaratur tertio, vt oblationes ſacræ imagini regularium factæ præter vota aurea, & argentea magni valoris poſſint alienari per ſuperiorem inconſulta ſacra Congregatione idem *Bonacin. loc. cit. num. 6.* Habui in facto in cauſſa Reuerendi Patris Spatæcentæ Correctoris Sanctæ Mariæ Caſtri Maris Ordinis Minimorum, nam fuerunt ei oblatę multę res aureæ minimi valoris tempore incēdij Montis Vesuuij, & conſului potuiſſe licitè alienari.

23 Declaratur quarto, vt hanc pęnā non incurratur per ſuperiores regularium, ſi alienatio fuerit nulla ex aliquo capite, nam pœna non committitur ex alienatione nulla *Caball mill. loq. 109.* nam quod nullū eſt nullum producit effectum *vulg. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. l. ſi autem nullā C. de legit. hered. cap. quod nullum, & cap. nō præſtat de reg. iur. in 6.* Vnde nulla, & non facta parificantur *Pariſ. de cōſid. q. 46 nu. 30.* & quod nullum eſt nihil eſt, *Alex. conſ. 33. vol. 1. Becc. conſ. 12 nu. 54. quos refert Macer. reſol. 78. n. 10. lib. 1.*

24 Declaratur quinto, vt alienatio bonorum religionis fieri poſſit ſine aliqua ſollemnitate, quando poſsidere non valeret bona in communi, prout ſunt Eccleſiæ fratrum Sancti Franciſci de obſeruantia, & Capuccinorum, dummodo pretium conuertatur in Eccleſiæ neceſsitatem, vel vtilitatem, etiam ſi teſtator, vel donator alienationē prohibuiſſet, iuxta *gloſ. in c. 1. verb. dominium de relig. dom. in 6. Dec. in c. in præſentia num. 271. de probatio. Soccin. reg. 110 n. 3 Armill verb. alienatio n. 29 & Redoan. de reb. eccleſ. non alien. q. 19. nu. 36.*

25 Declaratur ſexto, vt abſolutio ab excommunicatione ob talem alienationem contracta non ſit reſeruata Sanctiſsimo, vt refero ego ipſe in deeiſ. Cur. Archiepiſc. adhuc non impreſſa in ordine n.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Altaris portatilis vſus, quibus conceditur.*
2 *Altare vnde dicitur.*
3 *Altare duplex eſt.*

De Altari portatili.

Super Bulla Vrbani V. & Sixti IV.

1 VSus Altaris portatilis conceditur Religioſis, ſiuè Monacis Ordinis Carthuſienſis, vt conſtat ex *Bulla Vrbani V. incip. ſinceræ deuotionis affectus edita de anno* 1363. Sic etiam cōceditur Fratribus Minoribus *cap. in his de priuileg. & habetur in Bulla Sixti IV. incip. regiminis vniuerſalis Eccleſiæ edita de anno* 1474 Ita pariter Fratribus Prædicatoribus conceſſum fuiſſe ab *Alexandro VI. & renouatum à Gregor. XIII. fatetur Rodriquez quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 43. *artic.* 4. alia ſimilia adducens conceſſa Patribus Societatis Ieſu, quæ pariter habentur *apud Henriquez in ſum. lib.* 9. *cap.* 27. *§.* 3 *lit. T. & penes Suarez tom.* 3. *diſput.* 81. *ſect.* 3. *verſ. quarta exceptio.*

Ita quod tales vbicumq; fuerint ſine parrochialis iuris præiudicio valent cum altari viatico, ſiue portatili celebrare prout de Epiſcopo habente tale priuilegiū loquitur *text. in cap. fin. de priuileg. in* 6.

2 Pro cuius materię ornatu antequam ad ſpecialia deueniamus ſcire debent Tirones altare dici, quaſi alta res ſeù alta arca de cuius ethymologia inſtitutione, & vſu *Durant. in ſuo tract de ritib. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 21. *nu.* 4. *& 6. & plenè.*

3 Quod quidem Altare duplex eſt aliud ſcilicet ſtabile, ſeù fixum, aliud portatile; Altare fixum appellatur tota menſa, in qua integrum ſacrificium fit, & de hoc eſt intelligendus *text. in cap. ſi motum de conſecra. diſt.* 1. *& in cap.* 1. *de conſecrat. Eccleſ* dum ibi probatur, quod ſi motum fuerit Altare debet [illegible] conſecrari, & ita confirmat *Suarez tom.* 3. *diſput.* 81. *ſect.* 5. *verſ. ſed quæri poteſt vtrum abſque fractione.* Altare verò portatile dicitur paruus ille lapis quem contra dicimus continens in ſe foramen cum conſeruatione,

&c

& ſigno ſuper poſito, & facilè de loco ad locum moueri poteſt, tantæque debet eſſe latitudinis ſecundum *Palud. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4* quod in eo poni poſsit pes calicis, & hoſtia consecrata explicant *Gregor. in ſyntag. iur. lib. 2. cap. 1. à num. 15. Henriquez in ſum. lib. 9. c. 28. & Graff. in deciſ. aureis par. 1. lib. 2. cap. 42. num. 4. & cap. 22. num. 5. aſſerens cap. 21. num. 2.* in conſecratione altaris eſſe ponendàs dictas reliquias.

Altare verò portatile deſinit eſſe ſacrum, & execratur, ita vt de nouo indigeat conſecratione quando dictũ altare notabiliter fractũ in reſiduo nõ poteſt cõmodè contineri pes calicis, & hoſtia cum patena ſine periculo laberi, ita quod ſacerdos peccat mortaliter celebrando in tali Altare, ſic poſt *Nauar. in manuali c. 25. nu. 83.* nouiter aduertit *Raguellus in voce canonic. in titulo de Miſſa in Eccleſia quæſt. 33.* aut quando omnia cornua, quæ iunguntur ſunt fracta, intãtum, quod mouetur ſigillum ſepulchri exiſtentis in lapide, ſiuè lapis ſit in ligno, ſiue non, vel quando frangitur, vel amouetur ſepulchrum à loco, in quo ſunt reliquiæ, ita *Bartolom. ab Angel. in ſuo tract. de miſſ. dialog. 5. §. 384. 388. 390. & 392 Vaſquez diſput. 233. cap. 3. n. 13. par. 3. Reginald. in ſua praxi for. pœnitent. lib. 29. num. 191. Conineb. de cenſu. quæſt. 83. art. 3. dub. 2. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 26. quæſt. 10. & cap. 27. quæſt. 12.*

Vt etiam execrata Eccleſia cenſetur etiam execratum dictum Altare, licet non è contta, quia altare habetur, vt acceſſorium reſpectu Eccleſiæ, & Eccleſia vti principale *arg. text. in cap. 1. de conſecrat. Eccleſ.* vbi propter executionem altaris motu, aut fractione contingentem Eccleſia de nouo non eſt cõſecranda, quamuis id ſolùm procedat in altari portatili, & nõ infixo, *vt poſt Sylueſtr. in ſua ſumm. in ver. altare q. 11* conſiderauit *Mirand. in ſuo manual. citat. quæſt. 39. art. 7.* vbi aſsignat rationẽ quia conſecratio Eccleſiæ conſiſtit in parietibus, & ſeparata eſt de conſecratione altaris, quare illa violari poteſt collapſis, vel combuſtis parietibus remanente in

tacta

tacta consecratione altaris, prout è contra poterit destrui Altare Ecclesiæ muris illesis existentibus:

Et istud Altare non debet esse de auro de argento, de ligno, vel alia simili materia, sed de lapide *Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 21. nu. 9. Vgolin. de potest. Episcop. cap. 30. num. 1.* licet sufficiat quod sit paruus lapis super quo fit sacrificium quamuis alia pars altaris sit lignea vt *post Diuum Thomam, & Panormit. tutatur Francisc. Marc. decis. 121. lib. 1.* vbi assignat rationē quare tale altare debeat esse lapideum, quia de facili potest haberi, & quia lapis significat Christum, cuius passio in sacrificio missæ super altari refertur.

Hæc altaria ab Episcopis consecrantur siuè sola siuè ara cum Ecclesia, plura; siuè vnum solum *cap. cum sis de consecrat. Eccles. vnguntur crismate cap. altaria de consecrat. dist. 1. Fusc. de visit. d lib. 1. cap. 22. Vgolin. de potest. Episcop. cap. 30.*

Quæ quidem aliquando desinunt esse sacra, seù execrantur, ita vt de nouo indigeant consecratione, & loquendo primò de altari fixo, vbi tota tabula altaris consecratur execratur, siuè violatur si fuerit enormiter læsum, vel sigillum sub quo reliquiæ conduntur frangantur, siuè lapis sub quo sunt reliquiæ amoueatur, quod relinquitur arbitrio Episcopi, qui ex re oculis subiecta facilius agnoscere poterit an sit secuta execratio, *Piasec. in sua praxi Episcop. cap. 5. n. 8. par. 1. Miranda in suo manual. prelat. quæst. 39. artic. 3. concl. 1.* vbi quod etiam violatur & execratur tale altare fixum si mota fuerit iunctura, qua mensa stipiti adhæret, & hoc siuè sepulchrum sit in latere altaris, siuè etiam & multò magis si sit sub ipsa mensa, vel si quid de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam moueatur. Vt pariter quando reliquiæ essēt sublatæ ab altari, execratū etiam diceretur *Fusc. de visitat. d. lib. 1.*

Sed aduertere debes tale priuilegium altaris portatilis *secundum Nauarr. in suo Manual. confessor. cap. 25. num. 81.* esse reuocatum à *Concil. Trident sess 22. post Canones in decret. de obseruandis, & euitandis in celebratione missæ*, & ita post ipsum

Digitized by Google

sum tuetur *Beia in respons. cas. conscient. par. 4. cas. 33. vers. & quamuis Camerot. de sacrament. tract. 4. de euchariſt. in tit. de sacrific. miſſ. dub. 15. Suarez diſput. 81. ſect. 3. vers. quarta exceptio tom. 3. Durand. de ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 6. num. 3. & num. 8. Coninch. de ſacram. quæſt. 83. num. 226. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 26. q. 7.*

Ita quod hodie Religioſi prædicti eorum priuilegijs vti non poſſunt circa vſum talis altaris portatilis niſi poſt Concil. Trident. à Sede Apoſtolic. ipſa fuerint confirmata quemadmodũ priuilegia Societatis Ieſu confirmaſſe Paulum III. & Gregor. XIII. cum derogatione Concil. fidelis teſtis eſt mihi *Henriquez in ſua ſum. lib. 9. cap. 27. §. 3. in commentar. lit. T.*

Contratium tamen in hoc ſentit *Rodriquez in quæſtregulari 9. art. 3. & q. 43. ar. 5.* vbi tuetur Concil. loc. proxim. cit. non reuocare dicta priuilegia, quod tamen intelligit quãdo ſcilicet Epiſcopi regularibus ita celebrantibus non prohibet vt Concil. requirit.

Sed Valer. in different. inter vtrumq; for. in ver. miſſa different. 2. nu. 1. teſtatur Pium V. viuæ vocis oraculo confirmaſſe prædictũ priuilegium patribus prædicatoribus, & minoribus quoad forum conſcientiæ non obſtante Concil. Tridentiuo, & ita nouiſsimè ſequitur licet eum non alleget *D. Ricc. in deciſ. 218. par. 3. nu. 5.*

3 Verum quo ad priuilegium Epiſcoporũ, de quo in *d. cap. fin. de priuileg. in 6.* licet dubitet *Nauar. in cõſ. 5. ad ti. de priuileg.* ſi ſit ſublatum per d. Concil.

4 Ego tamen intrepidè affirmo nullatenus ſublatum eſſe, vt plena manu comprobat *Beia in reſponſ. caſ. conſcient. par. 4. cit. caſ. 33.* & deciſũ fuiſſe refert *Azor. loco ſæpius cit. cap. 26. qu. 4.* & iuxta hanc ſententiam declaratum fuiſſe per Illuſtriſsimos Cardinales Concilij interpetres teſtantur, *Valer. & D. Ricc. locis mox cit. in ver. hac tamen regula pag. mihi 197. iſte num. 3.* Quibus addo *Armendariz in addit. ad recompilat. leg. Nauar. lib. 1. tit. 18. l. 7. de de Epiſcop. num. 73.* firmans id etiam poſſe tali priuilegio Epiſcopos vti ob valetudi-

Digitized by Google

tudinem, & num. 74. dicit decisum die 19. Iunij 1586. licere Episcopo non valenti commodè accedere ad Ecclesiam domi celebrare, vel celebrari sibi facere, quod ante Concil. Trident. non prohibebatur vigore tex. in cap. concedimus, & in cap. missarum de consecrat. dist. 1.

Sed qua pœna puniatur sacerdos celebrans in altari portatili D. Riccius decis. 218. p. 3.

Ad materiam vide latè Megal. in promptuar. iur. verb. altare.

SVMMARIVM.

1 Bulla Gregorij XIII. dispositio recensetur.
2 Apostasia quid sit, & quis dicatur Apostata nu. 3.
4 Apostata fidei ab hæretico an differat.
Baptizatus contra formam veram, & necessariam, si ad reprobam sectam se transferat non est apostata.

De apostatis à fide.

Super Bulla Gregorij XIII.

1 DE apostasia à fide loquitur *Bulla Gregorij XIII. incip. in Ecclesiis præsertim insignibus*, vbi irritat quascumque tam sedis Apostolicæ dispositiones, quam aliorum, de beneficijs in personas propter genus, aut hæresim, & à fide apostasiam, siuè proprio siuè stirpis suo agnatorum vitio contaminatas per Canonicas sanctiones aut statuta à sede Apostolica cõfirmata, aut priuilegia ab eadem data prohibitas & §. 2. illam de Papæ dispositionem pertinere decernit modumque quoque ea impetrandi rescribit §. 3.

Quare ad dilucidationem præsentis materiæ opus est scire quid sit Apostasia, & quis dicatur apostata, & ideò scire debent.

2 Tirones, quod Apostasia est temerarius recessus à statu fidei, vel obedientiæ, aut religionis quam quis professus est se tenere *cap. non obseruetis 26. q. 1. Goffred. Hostiens. & alij in cap. 1.*

Digitized by Google

extr. de Apostat. Aluar. in speculi. Pontific. in tit. de apostasia in princip. vbi plura scribit circa hanc materiam apostasiæ.

Ex qua diffinitione colligitur triplicem esse apostasię speciem, scilicet apostasia, inobedientia, quæ est transgressio præcepti *cap. si quis venerit, & cap illud de maiorit. & obedient.* de qua materia, vt omnes vno cōtextu allegem videndus est *Farin. in suo tract. de hæres. quæst.* 183. §. 5. Apostasia à religione, siuè ab ordinibus, de qua plena manu discutiemus infra super Bulla Gregorij XIII. vbi lubeat videre; Tandem altera apostasiæ dicitur à fide, de cuius materia erit sermo noster.

3 Apostata igitur fidei est ille, qui in totum recedit à fide Christi, vt si Christianus efficiatur Indeus, vel Turca iuxta dispositionem *text. in l. 1. 2. & pen. C. de apostat. cap. contra christianos de hæretic. in 6. & latissimè Farin. de hæres. qu.* 183. §. 2. Ibi sacrificantem Dęmoni, vel Idoli Apostatam fidei dici firmat *nu.* 17. *ex Aflic. in constitutione Regn. cap. 1. num.* 4. *de hæretic. rub.* 3. *Decian. in tract. crimin. lib.* 5. *cap* 72. *nu.* 3. vbi quod qui se vouet, vel tradit Dęmoni, vel cum eo paciscitur dicitur apostata à fide, *ut* Negromantici, & malefici incantatores, sequitur *Riccius. in suo tractat. de iur. personar. lib. 6. cap.* 2. vbi num. 3. firmat, quod ad hoc, vt quis dici possit apostata fidei duo copulatiuè requirūtur videlicet, quod recesserit à fide Christi, & quod recessus sit omnimodus *ex cap. Iulianus* 11. *q.* 3. *Alberic. in l. si quis de facto n.* 2. *C. de apost.* vnde infert quod quamuis Christianus recedat à pluribus articulis fidei, tamen si adhuc in reliquis fidem retineat, & nomen Christianum adhuc habeat non erit censensus Apostata, sed hæreticus, vt probat *tex. in cap. non potest* 2. *q.* 7. *& in cap. beatus* 7. *q.* 4. *Carus in loc. Theologic. lib.* 12. *cap.* 9. *Simanc. de catholic. institit. cap.* 7. *Royas alios adducens de hæretic. par.* 1. *nu.* 486.

4 Non differt autem apostata fidei ab hæretico, quia Apostatæ verè dicūtur hæretici *cap. excommunicamus de hæretic. Bossius in tit. de apostat. nu.* 3. *Grilland. de hæretic. quæst.* 2. *num.* 8. *Gregor.*

Digitized by Google

gor. in paratlit. iur. canonic. lib. 1. cap. 5. cap. 7. nu. 3. Bursat. consil. 280. nu. 10. 18. 19. & 50. vbi dicit, quod apostasia non constituit speciē diuersam ab hæresi Reportorium Inquisitorum in ver. apostasia pariter asseuerans Apostatam pari passu ambulare cum hæretico, & esse eiusdem speciei *Graff. in decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 27. nu. 18. Graff. alios adducens in suo tract. de effect. cler. effect. 4. n. 109. & plenè discutit D. Ricciull. de iure personar. cap. 4. lib. 6. vbi expēdit sensum tex. in l. 3. C. de apostat.* Quinimò multò grauius peccant committentes apostasiam à fide quam heretici *glos. in rubr. C. de apost. Villadieg. in tra. contra hereticam prauitatē q. 5 num. 6. D. Ricc. in praxi resol. 11. num. 1. verb. quoad primam par. 3.*

5 Limita tamen in penas apostasiæ non incurrere baptizatum contra formā veram, & necessariam si ad reprobam sectam se transferat, dumodo tamen sciat nullitatem baptismi nec curat iuxta ritum Ecclesiæ baptizari, *Alphons. de Castr. de iusta heretic prauit. lib. 1. cap. 8. dub. 3.* qui aliud esse asserit quando baptizatus ignorat defectum putatq; se rectè esse baptizatum, quia tunc si à fide recedat, quamuis post recessum nullitas detegatur erit adhuc apostatarum numero computandus refert, & sequitur *D. Ricciull. ind. tra. cap. 3. qui cap. 5.* quærit qui coactè, vel per vim, & metum abnegat fidem Cattolicam vel Idolis sacrificat corde tamen fidelis est possit tantanquam apostata reputari & quidem duos distinguit casus, quorum primus est quando coactio est præcisa siue absoluta, nempe quia retinēs, & ligatus circumciditur, vel eius genua flectūtur ab alio ante Idola, vel manus eorum fuerunt cōprehensæ, vt thurificarentur, & in tali casu non solū apostasiæ labem euadit, sed neque incidit in peccatum *cap. maiores §. Ille verò extra de baptismo cap. presbyteros 50. dist. Simanc. de cathol. instit. tit. 17. nu. 29.*

Secundus casus est quando vis non est præcisa, sed conditionalis, nempè quia datur electio moriendi, seù tormenta patiendi, vel fidem abnegandi, aut Idolis sacrificandi, & tunc quā-

tum

tum ad essentiam, neque apostata potest reputari, neque hereticus, quia eum corde credat; non adest error pertinax, qui ipsum separare possit à communione fidelium *cap. primum 22. q. 2. gl. in cap. non solùm in ver. negare 11. q. 3. Decia. in tract. crim. lib. 5. cap. 18. vers. 13. & 28. Azor. institut. moral. lib. 8. cap. 9. 10. & 11. Graff. decis. aur. lib. 2. cap. 8. Sanchez in sua sum. lib. 2. c. 7. num. 8. tom. 1.* subdens ab hoc peccato absoluere posse quemlibet confessarium, & latius videndus erit *Farin. de hæres. quæst. 183. §. 3.* vbi tractat de Apostatante à fide coacto, & per vim, *& §. 4. eiusdem quæst.* luculenter cumulat pœnas huius apostasiæ fidei asserens illos puniri pœna mortis sicuti hæretici, & pœna confiscationis bonorũ ad *text. in l. 1. C. de apostat. de quo latius qu. 190. §. 1. eod. tract.* ad quem pro dilucidatione talis materiæ lectorem delego, ne illum transcribere videar.

SVMMARIVM.

1 *Apostatarum Religionis bona spectant ad Cameram Apostolicam amplia., vt num. 2. 3. & 4. declara vt nu. 8. 9. 10. & 11.*
5 *Bona rectorum à religione cui acquirantur, & nu. 6.*
7 *Bona regularis fugitiui sub habitu clericali an acquirantur Cameræ.*
12 *Bona Religiosi vagantis extra claustra. si fuerint acquisita extra ea non spectant ad Cameram.*
13 *Apostata quis vero dicatur.*

De Apostatis à Religione.

Super Bulla Gregorij XIII.

INter cœteras pœnas, quas incurrebant apostatæ religionis vigore *bullæ cuiusdã incip. postquã diuina bonitas* est illa, vt bona acquirerentur illis monasterijs, quibus primò professi fuerãt, *quam Pius IV. per bullam incip. sedis Apostolicæ solertia editam anno* 1560. reduxit ad terminos iuris, & sic *cap. pen. de apost. & cap. fin. de regul.*

2 Verum hodie attenditur *bulla Gregorij XIII. incip. officij nostri partes edita de anno* 1577. per quam mãdatur bona religiosorum apo-

Digitized by Google

apostatarum pertinere ad Cameram Apostolicam, de qua materia recurres ad vtilem tractatum in lucem quam primum emanandũ per Admodum Illustrem Dominum Toraminũ Auditorẽ meritissimum Nuntiaturæ Apostolicæ.

2 Ampliatur primo, vt si aliquis regularis apostata transiuerit ab vno ordine ad alium, & ab illo redijt ad statum sæcularem, in quo multa bona acquisiuit, eius bona tunc spectant ad Cameram Apostolicam, *Nauarr. cons. 80. de regul. q. 3. Diaz. in tract. crim. verb. apostata*, nisi transiret de vna religione ad aliam absque licentia Superioris, nam diceretur apostata iuxta sententiã. *Quarant. in sum. verb. casus reseruati vers. secundo declara, quam sequitur Dom. Riccius resol. 11. p. 3. nu. 15. in fine, & ref. 19.*

3 Ampliatur secundo, vt dicta constitutio comprehendat bona quomodocũque acquisita siuè ex testamento siuè ab intestato, siue industria religiosorum parata sint *Thesaur. relig. lib. 6. q. 166. quem refert & sequitur Barbos. in collect. Doct. super c. Abbates nu. 2. cauſ. 18. q. 2. tom. 4.*

4 Ampliatur tertio, procedere etiam in milite Hyerosolymitano, qui post professionem dereliquit habitum, vt habetur per *Illust. D. Riccium decis. 201. p. 3.*

5 Declaratur primo, vt bona electi à religione non acquirantur Camerę apostolicæ, ita in terminis *Illust. D. Ricc. decis. 245. p. 4.* & ratio est, quia electus desinit esse monacus *Abb. in cap. 1. de infant. & languid. expos.*

6 Quod intelligas quando electus esset ordine iudiciario, & sic per sentẽtiam nõ autem de electo, vt incorrigibili, nam tunc eius bona acquirerentur Camerę, argum. eorum, quæ adduit *Nauarr. in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 36. & consil. 51. de regul.*

7 Declaratur secundo, vt bona acquisita per monacũ fugitiuum sub habitu clericali non applicentur Camerę secundum aliquorũ opinionem, quod non esse credendum firmat idem *D. Riccius in prax. resol. 289 par. 2.* nam apostata diceretur, qui defert habitum regularẽ coopertum, *Anan. in rubr. de apost. nu. 3. Tuse.*

con-

concluſ. 329. *num.* 2. etiam quod comparet in habitu clericali, & allegaret cauſam timoris, *Triuiſ. deciſ.* 19. *p.* 2..

8 Declaratur quarto, vt bona acquiſita per eum, qui monacalem habitum non defert in cella in balneis, & ſimilibus locis ſecretis non acquirantur Camerę, quia ille non diceretur apoſtata *Maſcard. d. concluſ.* 112. *n.* 3. nam ſolum pœna prædicta ſibi locum vendicat in monaco exhibente ſe ſine habitu, & in habitu laicali in conſpectibus hominum.

9 Declaratur quinto, vt bona eius, qui ex religione egreditur, & in longinquas partes proficiſcitur non acquirantur Cameræ, niſi poſtquam ſic viuat, vt animum redeundi ſe non habuiſſe oſtendat ex traditis per *Silueſt. in ſumm. verb. apoſtata num.* 9. *verſ. in profeſſo*.

10 Declaratur ſexto, vt ex ſola habitus dimiſsione incidat quis in excommunicationem tantum, non autem in alias pœnas, & ſic bullę, licet non appareat de animo deſerendi religionem *Aebill. de Graſſ. deciſ. vnic. de apoſt.*

11 Declaratur ſeptimo, & adhuc, vt quis propriè, & verè dicatur contraxiſſe apoſtaſiam *iuxta conſ.* 1. *de apoſt. Calder.* duo ſunt neceſſaria, nempe quod religioſus vagꝰ exiſtat, & quod habitum dimittat, ita vt ſi habitum retineat, quantumcumque vagetur nunquam dicitur apoſtata ſequitur *Clar. in prax. crim. §. fin. q.* 78. *verb. apoſtata*, licet non deſinãt, qui contrarium firment, prout eſt *Maur. alleg.* 13. *& Maſcard. de probat. concluſ.* 12. *lib.* 1.

Sed tamen concordabis has opiniones, vt prima procedat in apoſtaſia vera, & propria, vt incurratur omnes pœnas. Secunda verò, vt vendicet ſibi locum in apoſtaſia non vera, ſed minus propria, quæ largè ita appellatur per quam ſola excommunicatio contrahibur, vt per *Aebill. de Graſſ. deciſ.* 1. *de apoſt.*

12 Declaratur octauo, vt bona religioſi vagantis extra clauſtra, & poſtea redientis ad monaſterium, ibiq; decedentis, ſi ea fuerint acquiſita extra clauſtra, non applicentur Cameræ, nam bulla loquitur de religioſis vagantibus, & morantibus extra

Digitized by Google

extra claustra, vt colligitur ex illis verbis si decesserit sine facultate testandi, hæc enim facultas non potest considerari in monaco, *Auth. ingressi C. de sacr. Eccles. tradit Lap. allegat.* 129. *num.* 18.

13 Ex quibus censeatur regularis apostatare ad effectum incurrēdi pœnas apostasiæ *D. Riccius decis.* 176. *par.* 3. & ex quibus causis possint excusari idem *decis.* 177. *eadem par.* 3. & an regulares apostatantes excusentur si clerici sęculares fiant idem *decis.* 202. *p.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Regularis quãdo potest trãsire ad artiorem religionẽ amplia num.* 10. 11. 12.

2 *Regularis translatio de vno monasterio ad aliud duobus modis fit.*

3 *Regularis bona acquisita post translationem in secundo monasterio cui acquiruntur nu.* 4.

5 *Monialis translata de vno monasterio ad aliud tenetur professionem emittere nu.* 15. *declara nu.* 7.

6 *Monialis non dicitur eiecta, si fuerit traducta ad aliud monasterium.*

8 *Regularis transiens de vna religione ad aliam non obseruato decreto S. Cõgr. dicitur apostata.*

9 *Moniales non possunt transire de vna religione ad ad aliam non obseruato decreto S. Congr.*

13 *Forma tradita à S. Congr. est obseruanda ante transitum ad strictiorem religionem.*

14 *Religio strictior qua dicatur.*

16 *Apostata, & fugitiuus regularis, potest ab Episcopo loci, vbi degit carcerari, & tradi superioribus regularibus, vt ipsos puniant.*

17 *Apostata an dicatur regularis recedens à monasterio absque licentia superioris cum habitu.*

18 *Professus legitimè, non ejicitur à religione nisi sit verè incorregibilis.*

19 *Incorregibilis quis dicatur, & quæ requirantur num.* 20.

21 *Incorrigibilitas probari debet concludenter, & requiritur sententia declaratoria.*

22 *Eiectus à religione manet sub potestate Episcopi.*

23 *Eiectus absque causſa, est restituendus ad honores,*

Digitized by Google

& ad bona sibi ablata.
24 Eiectio si fuerit iusta, vt iniusta ad quem spectat.
45 Eiecti an teneatur obseruare substantialia religionis.
26 Eiecti à religione remanent suspensi.
23 Eiecti an possint redire ad religionem.

Decreta S. Congregationis Concilij.

SACRA Congregatio Cardinalium Concilij Trid Interpretum, Regularium eiectorum, & fugitiuorum statui consulere, illorumq. scandala summouere, & succrescentem numerum frãgere operæ pretium existimans, auditis Religionum Superioribus, neque diligentissimè perpensa, cõmunicato etiàm consilio cum Sa. D. N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis Suæ facultate, infrascripta decreta edidit.

Ac primò, vt infecta semina, è quibus praui eiusmodi fructus potissimum, prodeunt, deinceps nè serantur in vinea Domini, censuit, esse innouandas, & Sanctissimi authoritate innouat Constitutiones, & Decreta generalia sanct. me. Clementis VIII. ad Regulariũ reformat. ac Nouitiorum receptionẽ, professionẽ atq; institutionẽ spectantia dictrictèq. præcipit Generalibus, atque alijs omnibus Ordinum Superioribus, vt illa exactè obseruẽt, atque, vt obseruentur, efficiant sub pœnis statutis in ijsdem Constitutionibus.

A quibus tamen excipiendum censuit, caput illud, quo decernitur, ne in Conuentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiẽdos hactenus designatis, & approbatis, seu imposterum designãdis & approbandis Nouitij ad habitum vllatenùs recipi possint, nisi priùs à Congregatione Reformationis Apostolicæ, vel à proprijs locorum Ordinarijs expressè, & nominatim approbati fuerint. A cuius quidem decreti obseruatione Sacra Congregatio iustis de causis censuit Regulares esse absoluendos, prout, authoritate Sanctissimi Domini Nostri, absoluit, atque exemit.

Deindè, vt apostatandi oppor-

opportunitas Regularibus præripiatur, statuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi priùs Superiori legitimè constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumq. regularis rectà se transferat ad arctiorem. Quod vt re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia inuigilet.

Rursus statuit, vt fugitiui, & Apostatæ, siue habitum regularem deferant, siue non, possint, ac debeāt ab Episcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres cōijci, ac Superioribus Regularibus consignari, secūdùm regularia instituta puniendi, vtque ipsi quoquè Superiores teneantur eos pèrquirere, ad religionem reducere atque efficere, vt apprehendantur; salua tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa *decreto Concil. cap. 3. sess. 6.* Quòd si Apostatæ huiusmodi citrà montes infra quatuor, vltrà montes verò infra octo menses à præsentis Decreti publicatione inchoandos, suaspōtè ad suam quisque Religionem redierit, tùm pœnarum omnium ipsis propter Apostasiam inflictarum, aut infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur. Itatamē vt debeant à Superiore absolutionē humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationē polliceri; Superior verò è contra benignè illos tenea tur excipere, ab huiusmodi pœnis absoluere, & paterna charitate complecti.

Ad hæc, vt in posterùm è Religionibus nullus legitime professus eijci possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi nō solùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris cōmunis dispositione requiruntur, sublatis nec in parte Statutis, & Constitutionibus cuiusq; Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: verùm etiam vnius anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus; proindeque vnaquæque Religio priuatos habeat carceres in qualibet saltem Prouincia. Elapso autem anno si nihilominus non resipuerit, sed

animo indurato in sua pertinacia perseueraverit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrũ putre eijci tandem possit, sed ab ipsomet Generali tãtùm de consilio; & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumque nonnisi instructo secundùm eorum stylum, & Constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad Sacrorum Canonum præscriptum. Interea tamen vsque ad primũ generale Capitulum, seu Congregationem proximè celebrãdam, si quempiam ex iustis, & necessarijs causis expellere oportebit, eiectio fieri possit à Generali cum consilio,& assensu sex Patrum, vt supra, quos idẽmet Generalis eligere debeat infra quatuor menses à præsentis Decreti publicatione; seruata tamen in reliquis forma superiùs p̃scripta. Sic verò eiecti, quãdiù non rederint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarij loci iurisdictioni,& obedientiæ subsint, proindeque Generalis illicò expulsionis sententiam eidẽ Ordinario notificare tenea tur. Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores seriò admonet, ac per Iesu Christi viscera obtestatur, vt, memores paternæ charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, vt lucrentur animas fratrũ suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequã grauissimum, atque extremum expulsionis remediũ experiantur. Idque eò magis, quòd subditorum sanguinem, qui ex malo negligẽtium, & sui officij immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus in supremo Dei iudicio de eorundem Prælatorum manibus sit requisiturus.

Præterea statuit, vt ijdem Superiores nemini ex Religiosis expulsis literas testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam reijcientes, vel iubentes aliam ingredi Religionem.

Item, vt eiecti extrà Religionem degẽtes sint perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarijs locorum facultate dictam

Digitized by Google

stam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Ac postremò censuit, esse innouandam, & suæ beatitudinis authoritate innouat *Constitutionem fel. rec. Gregorij Noni* relatam *in c. final extra de regul.* ac præterea declarat, eam Constitutionem in ijs quoquè vendicare sibi locum, seruandamque esse, qui iustè, diffinitiuèque, ac iuris ordine seruato expulsi fuerint; dummodò tamen in in expulsis huiusmodi subsit spes euidens emendationis ex literis saltèm testimonialibus Ordinarij, cuius conscientiam in his literis concedendis Sacra Congregatio seriò onerauit.

Ne qua verò difficultas in suprascriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboriatur, Sacra Congregatio, Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque approbante, vniuersis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus quoruncūque Ordinū, vel Congregationum, Monasteriū, Conuentū' Collegiorum, Domorum' ac locorum Regularium vbiq; locorum existētium iniungit, serioque mandat, vt illa diligenter obseruēt, atque obseruari procurent in omnibus Cœnobijs, ac Monasterijs, Collegijs, ac Domibus quorumcumq; Monachorum, ac Regularium vbiquè locorum existentibus, efficiantque vt tàm Decreta supradicta fel. rec. Clementis VIII. quàm præsentes Ordinationes in singulis eiusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica mensa.

Si quis verò ipsorum aduersus ea, quæ superius præscripta sūt, vel eorū aliquid quo quo modo facere, vel moliri præsumpserit; ipso facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum quæ tunc obtinebit, vocisq. actiuæ & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterùm obtinenda pœnaq. huiusmodi sit Sanctitati Suæ, ac Sedi Apostolicæ reseruata, ijsdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi potestate penitùs interdicta & nihilominùs sit irritum;

&

& inane quicquid secùs, à quoquam actum extiterit. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis in fauorem quarumcunq. personarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationū, Menasteriorū, Conuentuum, Domorum, ac locorum Regularium, quorumcunque, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clausis aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiā Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nūcupatis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, & cū quibusuis etiā derogatoriarum derogatorijs, aliisq. efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam cōmunicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiā si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq. totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbū, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, seruanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū, nihil penitus, omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibns quò ad ea, quæ supradictis quomodolibet aduersantur, illis aliàs in suo robore permāsuris, specialiter, & expressè, Sanctitatis suæ authoritate, derogat, cæterisq. contrarijs quibuscunque. Dat. Romę die 21. Septembris 1624.

C. Card. de Torres.

Locus † sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Sa-

SAcra Cõgregatio Emi-
nentissimorum Cardi-
nalium Concilij Trident.
interpretum cupiens con-
sulere statui regularium a-
postatarum, & ejectorum
habito verbo cum S. D. N.
Vrbano VIII. sub die 21.
Septembris 1624.

1 Primo statuit nullum re-
gularem permitti ad artio-
rem religionem transire,
nisi prius superiori legiti-
mè constiterit eam religio-
nem paratam esse illum re-
cipere, qui licentiam petit,
& tunc regularis rectò se
transferat ad arctiorem ad
quod omni studio superior
inuigilare debet, & meritò
nam transitus de vna reli-
gione ad aliã, vt licitus sit,
non temeritate leuitate, o-
dio, ira, contemptu, vel alia
qualibet animi perturba-
tione, sed studio perfectio-
ris vitæ faciendus est secun-
dum *Mirand. q. 31. artic. 6. conclus. 1. Sanchez in sum. c. 7. num. 11. & 12.*

2 Sed prò choronide hu-
ius conclusionis, est scien-
dum monaci trãslationem
ad alium monasteriũ duo-
bus modis fieri posse, pri-
mo, vt talis qui traducitur
fiat filius secundi monaste-
rij, & liberetur à consortio,
& filiatione primi. Secun-
do modo, vt remaneat mo-
nacus primi, sed in secundo
moretur causa pœnitentiæ
vel simili.

2 In primo casu acquisita
per eum post trãslationem
factam in secundo mona-
sterio illi acquiruntur, in
secundo autem casu primo
acquiruntur.

4 Item non desinas ani-
maduertere, quod mona-
cus translatus de vno mo-
nasterio ad aliud, si deferat
iura sua ad secundum, illi
ea acquirit, si sit diuersi or-
dinis, at secus si eiusdem or
dinis, cum habeamus regu-
lam, quod bona monachi
ingressi monasterium ad
illud spectent etiam si non
sint post illius obitum du-
ratura, vt ait *Rot. apud Se-
rapbin. decis. 1361. num. 2.
& 3.*

5 Præterea neque monia-
lis translata à primo mona-
sterio menialis secundi fie-
ri potest, nisi in eo profes-
sionem emiserit, & vt pro-
fessionem emiserit, & vt
professa in vno monaste-
rio possit profiteri in alio,
tunc requiritur licentia
superioris primi monaste-
rij, sed si forte sit translata
causa pœnitentiæ, tunc ali

debet

debet per monastarium, à
6 quo transfertur. Prout etiã neq; diceretur ab vno monasterio electa si fuerit ad aliud traducta cum habitu religionis, & illi à priori monasterio fuerint præstita alimenta, vt pulchrè de his omnibus dixit *Rota decis. 109. num. 2. & seqq. par. 2. in recent.* sed illud quod fuit dictum de monialibus de vno monasterio ad aliud translatis, quæ secundi fieri non possint, nisi in eo professionem emiserint, & sic qui iuxta regulam primi viuere teneantur, & non secundi.

7 Declara non procedere quando Papa indulgeret illas secundũ regulã secundi monasterij viuere posse, & præsertim quando non ex causa pœnitentiæ, sed ex eo quia illud secundum monasterium illis indigeret, vt melius ad clausuram reduci posset, quia tali casu si illis possessio Monasterij, & Ecclesia postea tradita fuisset faciendo eas siue earum procuratores deosculari altare, & pannos illosque cõtrectari faciendo, & easdem siue eosdem ad ostium maioris Ecclesiæ conducendo illudque claudi, ac aperire faciendo inuenetarium supellectilium, nec non sacristiæ atque libros baptismi illis consignando tunc, & eo casu ipsæ vti regulares possent curatum ecclesiæ suæ regularis deputare, quę talis præsumitur, quoties inter sepia monastarij reperiatur ecclesia, quod ea dicitur pars integralis, & successoria ad constituendum monasterium, *Rota decis. 14. part. secunda diuers. & cæteri DD. alleg. à Rota in Ianua Parochialis Veneris 21. Februarij 1631. coram Illustrissimo viro insigni D. meo Coccino.*

8 Ampliatur primo, præfata conclusio, vt apostata dicatur, qui transit de vna religione ad aliam non obseruata forma hius decreti *Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 17.* sed contrarium verius esse putat. *Quarant. in summ. bullar. verb. casus reseruati vers. secundo declara, & sequitur D. Riccius resol. 11. p. 3. nu. 16. in fin. idẽ ref. 19. gl. in c. 2. q. 13. verb. monacus, Nauarr. cons. 51. de regul. Azor. instit. moral. lib. 17. c. 14. q. 6.*

19 Ampliatur secundo idẽ procedere in monialibus, nam rationes in hoc decre-

to

to traditæ ad honeſtatem huius tranſitus ſuadendam procedunt æquè in monialibus, & ideo moniales ad aliam religionē perfectiorem hodie tranſire poſſunt ſeruata forma dicti decreti per ea, quę ſcripſit *Mandoſ. in ſignatur. grat. verb. licentia col. 9. verſ. quæ dicta ſunt Illuſtriſſimus Dom. Regens Tap. in auth. ingreſſ. C. de ſacr. Eccleſ. verb. ingreſſ. c. 9. nu. 37. latè probat D. Ricciull. lib. 8. cap. 5. num. 4. de iur. perſ.* aſſerens neque Concil. Trident. neque cōſtit. Pij V. prohibuiſſe hanc translationem, imo hoc approbaſſe S. Congreg. ſuper negotijs Epiſcoporum, & regularium, & ſignanter in vna *Nannaten. 16. Ianuarÿ* 1615. *& in Redonen. 31. Ianuarÿ* 1617. *& Bonacin. de elauſ. diſp. 2. q. 9. puncto fin. ſect. 1. §. 7. num. 11.* quidquid contrariū aſſeruerit, *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 8. q. 1.*

10 Ampliatur tertio in conuerſis, & oblatis, vt docent idem *D. Regens Tap. loc. cit. cap. 9. nnm. 39. & cap. 6. n. 57 Rodriq. tom. 3. q. 21. art. 2 & q. 52. art. 7. D. Ricciull. d lib. 8. cap. 4. num. 21. verſ. caterū & Sanchez in ſumm. c. 7. n. 9.*

11 Ampliatur quarto, vt hodie non ſufficiat peti licentiam ſit ſuperioris, & non obtineri, iuxta *text. in cap. licet de regular. & voluerūt Rodriq. q. regular. tom. 3. q. 52. art. 3. Sair. in claui. reg. lib. 6. cap. 5. nu. 23. Reginald. in prax for. pœnit. lib 18. nu. 412. ſed neceſſe ſit obſeruari formam tradita ab hoc decreto Sacra Congreg. Eminentiſſimorum Cardin.*

12 Ampliatur quinto, vt ſuperior negans licentiam abſque cauſa legitima regulari tranſeundi ad ſtrictiorem religionem maximè ſi coſtiterit de forma tradita à Sacra Congr. peccet mortaliter, & meritò puniri debeat *Mirand. q. 31. art. 7. concluſ. 1. S. Fauſt. in theſaur. relig. lib. 5. quæſt. 342.*

13 Declaratur primo, vt forma tradita per ſacrā Congreg. debeat obſeruari, ante quam regularis tranſeat ad ſtrictiorem religionem, & ideo licentia tranſeundi ad eam petenda eſt ante tranſitum expectando debito tempore reſponſum ſuperoris, quia quoties in aliquo actu requiritur petī licentiam neceſſe eſt ante actum illum peti, vt per

Digitized by Google

Azor. lib. 12. cap. 14 q. 6.

14 Declaratur secundo, vt vt religio strictior secundū aliquos dicatur ratione p fectioris, ac fructuosioris religionis, *vt per Diuum Thom. 2. 2. q. 189. art. 8. Siluestr. verb. religio. 4. q. 1. not. 3 & q. 2. in fin. Cucch. instit. maior. lib. 3. tit. 1. nu. 136 Nauarr. comment. 4. de reg. nu. 2. & 3.* Verum communis opinio est, vt dicatur ratione asperioris, arctioris, & durioris instituti, *Rodriq. tom. 3 q. 52. artic. 4. Sanchez d. c. 7. num. 21. Leff. de iust. lib. 2. cap. 41. dub. 13. nu. 100. Mirand. quæst. 31. ar. 3.*

15 Declaratur tertio, Vt trāslatus ex vna religione ad aliam debeat esse de nouo nouitius & in eadē profiteri, *Rebuff. in tract. nomin. q. 114. nu. 115. Nauarr. conf. 60 de regul.* & ideo debet sedere in capitulo iuxta tempus quo emisit professionē in posteriori, *idem Nauarr. conf. 11. de maior. & obed. Sanchez loc. cit. nu 86. Mirand. q. 21. art. 13 concluf. 1.*

16 Secundo statuit, vt fugitiui, & apostatæ, siue habitum regularem deferant siue non, possint ab Episcopi loci vbi degunt carcerari, ac superioribus regularibus consignari, vt ipsos puniant iuxta instituta regularia salua tamen facultate ordinarij locorum attributa per *S. C. Trid. sess. 6. c. 3.* & meritò nam apostatæ omnes possunt compelli per eorum superiores, vt habitum assumant, & religiosè viuant *Menoch. de arbitr. iudic. casu 546. num. 48. Declan trac. crim. lib. 5. c. 73. n. 24. & alij relati per Graff. effect. cleric. 1. nu. 1067.*

17 Quare notabis, vt recedens à monasterio absque licentia superioris etiam si deferret habitum religionis, si non habeat animum redeundi diceretur apostata, *D. Riccius resol. 14.* secus si haberet animum redeundi, *idem resol. 15.* & quis dicatur apostata, *vide Graff. latissimè de effect. cleric. effect. 1. num. 1047. vsque ad. num. 1054.*

18 Tertio statuit, vt nullus legitimè professus è religione eijci possit, nisi verè incorrigibilis sit.

19 Sed quis dicatur verè incorrigibilis, eadem S.C. in hoc capite sanciuit, vt vt incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solum concurrant omnia, prout de iure communi requiritur

tur, verum etiam probetur vnius anni ſpatio in ieiunio & pœnitentia, quo anno elapſo ſi non reſipuerit, ſed pertinaciter perſeuerauerit, tanquam pecus morbida eiici tandem poſsit ab ipſo Generali de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus religionis eligendis in ſingulis capitulis, cõſtructo proceſſu, & probatis cauſsis expulſionis.

20 Quæ autem requirantur de iure communi, ad hoc dicatur quis incorrigibilis, dicas quando regularis ter à ſuo ſuperiore reprehenſus, & monitus non ſe emẽdat, & deſiſtit à delictis *cap. contingit il 4. de ſent. excom. Gemin. in cap. neminem 45. diſt. Butr. & Felin in cap. cum non ab homine de iudic. Vgo conſ. 65. num. 2. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. num.* 130. vel differt iniunctam pœnitentiam facere, aut fugat capit occultando ſe, ea non peracta *Diaz in prax. cap. 142. num. 1. & 2. D. Riccius deciſ. 87. p. 1. ex text. in cap. vt fama de ſent. excomm. Decian eod. nu.* 130 Prout etiam magis propriè ad hunc effectum incorrigibilis, quis propriè, & verè dicitur, qui correctionis ſuę, & melioris vitę nullam ſpem reliquit, *ita Decian. in d. cap. cum non ab homine nu.* 17. *de iudic. Decian loc. cit. verſ. item fugiens.* Vnde omnes paruipendentes, & contemnentes pœnas impoſitas, & mandata ſuorum ſuperiorum, & deliberatè illis reclamantibus volunt delinquere, *Gloſ. & omnes DD. in cap. metropolitanum 2. q. 7. faciunt dicta per Felin. in cap. quidam num.* 11. *de iureiur.*

21 Bene verum eſt aduertendum religioſum non dici verè incorrigibilem in terminis, de quibus loquimur, qui fuerit de diuerſis delictis inculpatus, niſi concludenter probetur talia delicta commiſiſſe. *Alex. conſ. 72. vol. 1. Vgo cõſ. 63.* imo requiri ſententiam declaratoriã incorrigibilitatis antequam è religione eiiciatur ex dictis per *Foller. in praxi crim. verſ. audiantur excuſatores n. 40 Capic. deciſ. 112. nu. 6. Clar. in §. fin. q. 36. nu.* 29. quamuis contrarium ſentiat, & extra communem *Farin. tract. crim. q. 8 num. 5.*

22 Dubitari tamen poſſet primo, an eiectus à religione maneat ſub poteſtate

Digitized by Google

Episcopi, *Nauarr. in cap. non dicatis num. 3. & cap. nullam* 18. *q.* 2. *num.* 46. *& conſ.* 79. *de regul.* inquit tenerí statim adire Episcopũ originarium, eique aperire suam eiectionem, ac paratum suis iussionibus parere idem voluit *Vgol. de pot. Epiſc. cap.* 28. *§.* 9. *Tuſc. conclus.* 325. *&* 328. *lit. M.* quos refert,& sequitur *D. Riccius deciſ.* 95. *p.* 3. vbi concludit Episcopum esse eius Abbatem, & declarauit eadem sacra Congregatio in hoc capite mandando, vt tales eiecti in habitu laicali incedant, atque Ordinarij loci iurisdictioni,& obedientiæ subsint, & proinde per Generalem statim sequuta expulsione siuè eiectione, sententia eiectionis erit denuncianda dicto Ordinario.

23 Et quid si aliquis fuisset eiectus absque causa, an esset ad honores restituendus,& omnia sua bona, sibi ablata, vel retenta recuperet, affirmatiuam opinionẽ habes apud *Gratian. diſcep. forenſ. cap.* 455. *nu.* 6.

24 Quæritur secundo, ad quem pertineat perquirere an iustè vel iniustè fuerit eiectus regularis. *adeas Carlin. in clement. 1. §. quia vero verſ. addo quarto,* vbi asserit hoc spectare ad Episcopũ, quod notent regulares pro quotidiana praxi, ex quo multi sunt eiecti, etiam culpa ipsorum, qui relicto habitu viuunt clericaliter, & laxiori vita priori, vnde eorum dolus contra regulam patrocinari non debet, & propterea ad præscriptum præmentionati decreti Cõgregationis, Generalis ordinis, qui seruatis seruandis processit in expulsione, statim sententiam expulsionis Ordinario loci notificare debet.

25 Quæritur tertio an eiecti existentes in sæculo teneantur obseruare tria substantialia religionis, puta vota obedientiæ castitatis,& paupertatis. Communis opinio Doctorum est affirmatiua, de qua videndus est *Roder. q. reg.* 30. *artic.* 20. *tom.* 1. *Cordub. ſuper reg. c.* 2 *q.* 2. *& Nauarr. in cap. non dicatis nu.* 33. *& ſeqq.* Verũ loco obedientiæ suorum superiorum regularium, tenentur eam præstare Episcopo loci Ordinario per ea quæ supra diximus.

26 Quæritur quarto an eiecti aliquo ordine insigniti nisi aliud obstaret possint

ad

ad sacros ordines promoueri. Communis erat opinio, & de ea nemo dubitabat, potuisse teste *Nauarr. consil.4.de stat.monac. Rodri. q.reg.38.art.24.tom.1.* Hodiè verò vigore supradictorum ducatorum eiecti à religionibus remanent ab ordinum exercitio, vt in §. 10. sublata ordinarijs locorum facultate dictam suspẽsionem relaxandi, aut moderandi.

27 Quæritur quinto an eiecti petentes humiliter habitum, & conuertantur teneantur superiores illos recipere in religionem. Dicendum est affirmatiuè interuenientibus tamen duabus conditionibus. Primo, vt sint parati corrigi secundum ordinis disciplinam. Secundo præcedente Summi Pontificis licentia siuè dispensatione, & ita declarauit Paulus Papa IV. in in suo motu proprio quem refert *Compend. priuil. Paraſel. fol.* 180.

Vnde si eiectio fieret ab ordine, & religione sollemniter, & actualiter restitutio solumodo Summo Põtifici est reseruata. Secus verò si fieret tantum verbaliter absque priuatione, & spoliatione habitus, nam de iure communi ministri, & religionum Prælati generales, vel quasi Episcopalem iurisdictionem habentes possent huiusmodi sic verbaliter tantum eiectos ad religionem restituere.

SVMMARIVM.

1 *Apostolorum limina Episcopus italus tertio quoque anno, vltra mõtanus quinto quoque anno.*
2 *Procurator ad visitandum limina, quæ secum portare debeat, & agere in Romana Curia nu. 3.*
4 *Relatio status Ecclesiæ Cathedralis Castellanatus.*

De Apostolorum liminibus.

Super Bulla Sixti V.

1 STatuitur per hanc bullam, vt si Episcopus sit italus tenetur tertio quoq; anno, si vltramõtanus quinto quoque anno ad recognoscendam Sedem Apostolicam, & eam venerandam, & ad consultanda dubia, negotia, & difficultates quæ

Digitized by Google

quæ in sua indiçecesi se obtulerunt, & si Episcopus sit impeditus, negotijs, infirmitate senectute bello, peste, paupertate, debet mictere suum procuratorem cũ speciali mandato.

2 Qui procurator debet secum portare speciale mandatũ sui Episcopi, testimonium à medicis in infirmitatis, senectutis, vel ætatis, vel testimonium à potestate seculari, vel Ecclesiastica, impedimenta belli, vel pestis, debetque etiam portare relationẽ distinctam, & claram omnium ecclesiarum illius diœcesis, & reddituum quos habent, per quos parochos, vel beneficiatos gubernantur, & numerum omnium monasteriorum tam virorum, quam mulierum, & numerum religiosorum, & explicare an viuant, mendicando, an habeant certos redditus, & si sit aliquod de nouo petendum à Romano Pontifice, vel declarandũ, debet portare omnes rationes, & scripturas necessarias, vt Romanus Põtifex cognita veritate possit determinare, & tãdem debet esse ita instructus in negotijs totius diocesis, vt si interrogatus fuerit à Summo Pontifice possit eum de omnibus certificare.

3 Cumque deuenerit ad Romanam Curiam, nomine sui Episcopi debet oscular pedes Sanctissimi eiq; dare literas, quas portat, reddere rationem infirmitatis, vel impedimenti sui Episcopi accipere benedictionem, deinde se præsentare corã Illustrissimo Secretario S. Congr. Episcoporum, tradere ei omnes relationes, & scripturas, procurare vt in Congreg. Eminentissimorum Cardinal. videantur, & examinentur. Visitare septem Ecclesias, & offerre ei cereum, accipere testimoniũ à Notario publico talis visitationis, ac à Secretario dictæ Congreg. testimonium suæ præsentationis, & licentiã ad reuertendum. Et tãdem deosculari pedes Sanctissimi, ac accipere benedictionem ad reuertendum.

Quæ omnia à me fuerũt peracta vti Vicario Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Antonij de Matthæis Episcopi Castallaneten. in iure, & in praxi Iureconsulti expertissimi, & Præsulis integerrimi, ex di-

Digitized by Google

dispensatione Sanctissimi in Christo Domino diuina prouidentia Vrbani VIII. mei benefactoris, tempore quo in dicta Ecclesia Vicariatus onus & honorē, constitutus in ætate viginti triū annorum gerebam, cuius statum de verbo ad verbū transcribere placuit.

Status Ecclesiæ Castellanaten. Eminentissimi, & Reuerendiss. Domini.

4 MVneris mei esser, vt hoc tertio triennio à Pastoralis oneris initio personaliter, & per me ipsum, vt alias feci Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli limina visitarem, verum aduersa valetudine impeditus (vt ordinarij mihi medentis medici fide testatum habeo) facere id non possum. Vicarium meum generalem vti certum nuncium suffeci, qui oneri meo satisfaciat. Protestans quod si Deus dederit ante finem futuri triennij per me met satisfaciam.

De statu Ecclesiæ meæ Castellaneten. multa retuli in alijs visitationibus per me ipsum, ac per nuncium certum meo nomine factis, quibus adhereo, & hęc referenda, & illis addenda censui magis necessaria.

Ecclesia Castellaneten. est in Regno Neapolitano in prouincia Hydruntina, & suffraganea Archiepisco patui Tarentin. est receptitia, habet quatuor dignitates Archidiaconatus Cātoratus Thesaureratus, & Archipresbyteratus, viginti Canonicos, sexdecim Sacerdotes de massa, seu de mensa communi participantes, qui omnes in ea faciunt capitulum, res & negotia capitularia iunctim pertractant.

Habet etiam nonnullos alios Sacerdotes, Diaconos & Subdiaconos, & minorū ordinum Clericos, qui de massa seu de mensa capitulari non participant, & antequam ad participationē illius amictantur tenentur seruire per certū tempus. Nempè clerici in exercitio minorū ordinum per quinquennium, Subdiaconus in ministerio Epistolæ per triēnium, & Diaconi per ministerium in Euangelio per biennium, quo seruitio cōpleto

Digitized by Google

pleto intra numerum quadraginta participantium, qui certus est, & augeri nõ potest, quando locus vacat admictuntur iuxta ordinẽ promotionis.

Omnes participantes de massa, seu mensa capitulari dominicis, & festis diebus seruitium diuisum est inter eos per classes singulis diebus hebdomadæ tertia pars illorum conuenit, & seruitio vacat, quo ad dignitates Canonicos, & Sacerdotes massam, seu mensam capitularem participantes permissum est ex indulgentia Sacræ Congregationis super negotijs Episcoporum, vt in Synodo diœcesana Reuerendissimi Episcopi mei antecessores testatum habeo, adeo vt seruitio Ecclesiæ, singulis diebus in dictis dignitatibus Canonicis præsbiteris participantibus Diaconis, Subdiaconis, & Clericis adsint, & adesse debeant triginta vel circa.

Aduentus verò, & quadragesimæ diebus, licet teneantur conuenire omnes ex eiusdem S. Congregationis decreto, attamen nõ conueniunt, & ad conueniendum compellere non potui, humiditatem, & frigiditatem Ecclesiæ, quæ verè magna est allegantes, propter quas Antecessores Episcopi, vt dicunt, ne singulis diebus conuenirent indulserunt.

In prima visitatione quã feci, reperi Ecclesiam non habere distributiones quotidianas, sed deficientes à seruitio Ecclesiæ amictere certa pũcta pro pœna, quæ nõ excedebat summa quatuor granorum in die pro quolibet deficiente, institui distributiones quotidianas de redditibus prędictę massæ, seu mensæ communis. Postea vero habito recursu ad Sacram Congregationẽ super negotijs Episcoporũ ab ea latum fuit decretum sub die 20. Iulij 1621. vt Episcopus cum interuentu vnius Canonici à Capitulo deputando redditus Ecclesiæ excuteret, vt debita illorum portio retractis oneribus in distributiones quotidianas erogaretur, & si in statu reddituum formando non concordarent res deferretur ad eandem sacram Congregationem, & excussione facta repertũ fuit non adesse introitus liberos, & sine oneribus ex diminutione futurum, ouiũ

het-

herbaggiorum, & aliorum introituum.

Vnde in proxima præcedenti visitatione de consensu omnium pro augendo, & promouendo diuino cultu factum est decretum, vt pœna, quæ pro singulo die à deficiente erat granorum quatuor, in futurum sit granorum sex cum dimidio, hoc modo distributa, videlicet pæna sit deficientis ad matutinũ vnius gran. ad laudes alterius gran. ad primam medij gran. ad tertiam medij gran. ad sextã medij gran. ad nonam medij gran. ad missam conuẽctualem vnius gran. ad vesperas alterius gran. & ad cõpletorium mediũ gran. sub qua pœna sedulò seruitur, & seruitio chori satisfit. Atque ideo tametsi distributiones verè non sint ad formam S. C. T. pœna prædicta vice illarum menti eiusdem S.C. satisfactum est.

Anniuersaria, quæ in dicta Ecclesia celebrantur sunt numero biscentum, & & sexagmta, & celebrantur singulis diebus ferialibus, & professis in hebdomada à tertia parte Capitulariũ, quæ seruitio Ecclesiæ illa die est assignata diuinis officijs celebratis, ante tamen missam conuenctualem de sancto siuè de feria occurrente, quæ nunquam intermictitur, celebrantur cũ deuotione, & populo ædificatione, cantantur in ijs sequentia quæ antea non cãtabantur cum responsorio, & oratione iuxta rubricam noui missalis.

In festis, quæ intra Quadragesimam, Aduentum, vigilias, quatnor tempora, & rogationes occurrunt, missa feriæ propriæ cantantur, nisi ob temporis tarditatem, vt quæ est de feria legatur, vt dispensatum sit, quod antea non fiebat.

Ecclesia, quę est Cathedralis est etiam parochialis, & curam animarum in ea exercet. Thesaurarius per se, & vice curatum, & sub cantor, qui etiam partes gerit Cantoris in regendo choro sacramenta administrant, ac cętera parochi officia promiscuè faciunt, & vt animaduertit, cum maiori fit animarum fructu, quia alter alterius supplet defectum.

Et quia subcantor, & sacramentorum administratione, & officio in regendo

Digitized by Google

choro, impar erat eidem coadiutorem dedi, qui eius nomine chorum regat assignato ad id Ecclesiastico beneficio, quod hac de causa subcantoratui fuit vnitum.

Singulis dominicis, & festis diebus à prãdio per horam, vel circa opera datur docendo doctrinam christianam, & clerici mittuntur per ciuitatem cum tintinabulis ad pueros, & puellas ad id coadunandos, & pro exercitatione tam pij muneris erecta est inter sacerdotes, & clericos confraternitas doctrinę Christianę.

Quadragesimę tempore prædicatur in Ecclesia cathedrali singulis diebus in aduentu dominicis, & festis diebus tantum infra annum, dominicis diebus, prout populi potest haberi frequentia, quando ratione messium vindemiarum & aliarum ruralium exercitationum non est impedita.

Seminarium puerorum in hac Ecclesia non potest institui propter illius fructuum tenuitatem, et beneficiorum deficiẽtiam, adest tamen schola probati sacerdotis, ad quem clerici, & laici frequentissimè incumbunt.

Ciuitas Castellanetæ habet septem mille, vel circa animarum confessionis capacium, & præter Thesaurarium eiusque Vicecuratum, & subcantorem curã animarum habentès, decẽ alij sacerdotes expositi sũt ad audiendas confessiones, quorum aliqui iam sunt senio cõfecti, & parum apti ad onus illud in futurum probè gerendum, & ex regularibus duo sunt conuẽtus, qui confessores habẽt expositos. Alter Sancti Dominici, alter Sancti Francisci reformatorum de obseruantia, & in quolibet conuentu non plures quã tres confessores possunt exponi.

Adsunt in clero Sacerdotes Diaconi, & subdiaconi, qui possũt reddi apti ad hoc munus præstãdum, si se exercerent in genere casuum cõscientiæ ad quã non conueniunt sine metu pœnæ, vt experimento cõpertum est supplicatur Sacræ Congregationi, vt facultatem faciat, si videbitur illos cogendi saltem metu carceris, ad hoc ne tra-

Digitized by Google

tractu temporis Ecclesias confessorum adiutorio destituatur.

Præter confraternitates Ieiciorum Sanctissimi Sacramenti, quæ est in Ecclesia Cathedrali Sactæ Mariæ de Misericordia, seù Confalonis, quæ est in alia Ecclesia extra Cathedralem Sactissimi Rosarij, & nominis Iesu, quæ sunt in conuentu Sancti Dominici, sunt etiã Confraternitas mortis, & Oratorij, & Confraternitas Sanctę Mariæ de Carmine, & sunt duo oratoria publica cum authoritate ordinaria fundata, alterum sub titulo Sanctæ Mariæ de Capua, in quæ laici Dominicis, & festis diebus aliquando alijs hebdomadæ diebus conueniunt ad sacras præces recitandas exercentur, & ordinariæ visitationi sũt subiecta.

In proxima visitatione constitui, vt omnia Capitula, negotia electiones quorumcumq; officialiũ, & deputatorum ab eo faciendæ, & res quæ eoque ad ipsum Capitulum pertinentes resoluantur, & fiant in futurum per vota secreta, & non amplius per vota publica, & hactenus est obseruatũ, vt vnusquisque Capitularis possit per votum suum suamque sententiam liberè dicere iuxta propriam conscientiam, & non ad aliorum arbitrium.

Post visitationem prædictam synodum dioecesanã habui, in qua nonnullas feci constitutiones ad populi, & cleri reformationẽ, & ad diuini cultus augmentum tendentes cum totius Capituli augmento, & approbatione.

Ecclesia, hæc Castellaneten nullã habet dioecesim, sed eius iurisdictio sola ciuitatis territorio cõcluditur.

In ea viuitur iuxta ritum S.R.E. religionis integritas seruatur, & exitiosi errores (gratias Deo) longe absunt.

Mei muneris sublimitatem, & virium imbecillitatem agnoscens, vt qua teneor ratione dignitati illius respõdeam singulare Deo optimo maximo, & sanctæ sedis auxilium pręstolor.

Hæc tantum pro nunc referenda habui, cum suo tempore eadem sanctorum Apostolorum limina ero iterum præsentialiter visitaturus, Cleri, & populi religionem spiritualeque in eius profectum magnũ

Digitized by Google

accepisse incremẽtum spero me esse relaturum.

Interim quæ ad vlteriorem profectum mihi sunt necessaria Apostolica Sedes dignetur demandare, cuius mandata humiliter recipiam, & quam diligentissimè exequar Castellanetæ ex Episcopali Palatio die, &c.

Eminentissimarum, & Reuerendissimarum dominationum vestrarum

Addictissimus seruus

Antonius Episcopus Castellanaten.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à sententia continente pœnam pecuniariam fisco applicandam infra, quod tempus teneatur prosequi appellationem.*

2 *Tempus sex mensium ad prosequendum virtute bullæ non potest prorogari.*

3 *Tempus non currit impedito facto Iudicis excommunicati.*

4 *Tempus non currit si fuerit dilatata causa appellationis per fiscum.*

5 *Tempus ad prosequendam appellationem de iure ciuili.*

6 *Bullæ tenor est correctorius iuris communis Canonici.*

7 *Tempus tradendi capiam actorum est triginta dierum.*

8 *Paupertas excusat à prosequutione appellationis.*

De Appellationibus.

Super Bulla Pij V.

1 VErba sunt clara bullæ præfatæ incip. cum remedium de anno 1571. quod appellantes à sententia lata continente pœnam pecuniariam fisco applicandam in casibus de iure permissis teneantur infra sex menses computandos à die interpositæ apppellationis prosequi appellationem, & expeditionem reportare, alias termino elapso Iudex appellatus ad quamcumq; fisci instantiam non obstante, quod fuerint acta transmissa, sententiam per eum latam

Digitized by Google

latam debitæ executioni demandare poterit. Verum Iudex appellatus sub pœnis in dicta constitutione contētis curet statim tradi acta appellantibus.

2 Ampliatur primo dispositio huius bullæ, vt nec iudex ad quem, nec Iudex à quo poterint prorogare hunc terminum sex mensium, quia esset imponere legem, & derogare huic cōstitutioni contra dispositionem *text. in cap. cum inferior de maior. & obedient.* Vnde meritò videmus terminum ad appellationem interponendam non posse per iudicem augeri, vt teneant *Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 10. num. 32. Thesaur. dec. 244. num. 5. Gram. decis. 217. & Zerola in praxi Episcop. verb. instantia §. 7.* imo, nec idem fiscus prorogare pariter posset dictum tempus, nam tempus prosequendæ appellationis partes prorogare nō possunt, vt per *Bart. in authent. si tamen num. 3. C. de tempor. appellat. Vestr. in prax. lib. 7. cap. fin. num. 18. Cappell. Tholos. decis. 197.*

3 Declaratur huiusmodi dispositio non habere locū quando Iudex appellationis esset excommunicatus, quia in tali casu non curreret tempus sex mensium, durante eo tempore excōmunicationis, quod affert impedimentum inde nascitur sic impedito ad *text. in l. 1. cum ibi notatis C. de ann. except. Thesaur. decis. 10. num. 12. l. contra maiores C. de inoffic. testam. in terminis dixit Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 13. num. 13.* quod impedimentum probandū esse voluit *Ioseph. Ludovis. decis. Perus. 36. Surd. de aliment. tit. 4. q. 15. num. 32. Mevoth. de arbitr. iudic. casu 118. num. 2. & Masuard. de probat. conclus. 116. num. 13. cum seqq.* Verum si facile potuisset impedimentum tolli non excusaretur appellans, *ad text. in cap. fin. de elect. idem Paris. num. 27. & 28.*

4 Declaratur secundo, id procedere, quando causa appellationis fuerit dilatata culpa ipsius partis appellantis, secus verò si culpa eiusdem fisci appellati subterfugientis, & cauillantis, nam si fuerit elapsum tempus prædictum, restituitur appellans aduersus instantiæ cursum *Marant. in sua praxi tit. de ordin. iudic. par. 5 nu. 30.*

Digitized by Google

num.30. Roland.cons.82.li.4 vbi quod erit illo casu necessaria protestatio partis appellantis sequitur *Nati. cons.32. num.16.* conferunt congesta per *Nouarium fratrem q.forens. lib.2. Peris. d. q.13. num.30. Mo-noch. cons.100. num.118. & Mascard. vbi supra nu.7.*

3 Declaratur tertio, præfatam dispositionem procedere in foro Ecclesiastico, secus verò in foro laicali; nam in eo causæ criminales per appellationem terminantur infra biennium *l.fin. C. vt intr. cert. temp. Thesaur. late decis.10* & expresse habetur hic, nã omnia supradicta mandantur solum iudicibus status Ecclesiastici.

6 Declaratur quarto, dispositionem præfatæ bullæ esse esse correctoriam iuris communis circa hoc particulare tantum, ex quo instantia appellationis est annalis, & ex causa biennalis per *text. in cap. cum sit Romana de appellat. Cassador. decis.5. eod.tit. Illustr. Dom. Rice. collect.245.* & ideo dicerem procedere solum in sententia lata contra reum pœnam pecuniariam fisco applicandam, prout sonant verba dictæ bullæ non autem esse extendendam, ad omnes causas criminales, vt tenet *Nald.in sum.verb. appellatio num.14.* cuius opinio non videtur mihi tuta.

7 Declaratur quinto, vt id quod in bulla habetur, quod Iudex à quo teneatur appellantibus sine mora acta tradi facere, dum tempus non fuit expressum intelligatur infra 30. dies *iuxta dispositionem S.C. Trid. sess.3. cap.3.* alias Iudex ad quem terminio elapso poterit terminare causam appellationis etiam non visis actis, vt ibi, *& habetur per Nouarium fratrem consul. 1. ala est prim. instant. transpor.* vltra pœnas, quas incurrit Iudex appellationis, quæ infligũtur per bullam, verum ad hoc vt Iudex appellationis valeat procedere actis non transportatis necesse est, vt requirat iudicem à quo, vt fuisse iudicatum in nostra Curia Archiep. Neap. testatur *Dom. Rice. dec.143. in fin. par.4.* & ita aliquãdo per nos fuit obseruatum.

8 Declaratur sexto dispositionem huius bullæ non sibi vendicare locum in pauperè appellante, nam si in-

Digitized by Google

infra sex menses appellationem non fuerit prosequutus, non intrabunt termini dictæ bullæ arg. eorum quę memorat *Thesaur. decis.* 10. *num.* 5. *Boer. decis.* 247. *n.* 14. *Lancellot. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *nu.* 56. *Beninca de paupert. q.* 9. *spec.* 3. *num.* 14. *Trentacinq. var. resolut. lib.* 2. *resolut.* 6. *de appellat.* quàuis paupertas culpa appellantis esset causata, *Vivius decis.* 268. & hoc de æquitate canonica, nam aliter sentiunt *Lancellott. de attent. cap.* 12. *num.* 160. *Gratian. decis.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur fisco à sententia absolutoria pro reo.*

2 *Fiscus de iure, nõ autẽ de cõsuetudine appellat, et quid in Curia Archiep. Neap. num.* 3.

4 *Fiscus appellat à notorio grauamine.*

De Appellationibus.

Super Bulla Pij IV.

APpellatio ad fisci instantiam interposita ab absolutoria lata pro reo minimè admittitur ita mandauit *Pius IV. in bulla incip. inter multiplices pastoralis officij edita de anno* 1562. *emanata eodem anno. de qua vide Farin. in sua praxi crim. tit. de var. & diuers. crim. q.* 101. *num.* 32. & *Nouarium fratrem const.* 5. *tit. de appellat. in nou. iur. Pontific. vbi optimè loquitur.*

2 Ampliatur primo, vt quamuis de iure communi fiscus possit appellare à sententijs contra ipsum latis ad *text. in d. illud il. 2. de appellat. & l.* 1. *C. de sentent. contr. fisc. lat. retract.* Tamẽ de consuetudine totius Italiæ fiscus prohibetur appellare *Ludouic. decis. Luc.* 1. *nu.* 47. & in Regno est pruisum per plures Ritus M. C. V. vepet *Gram. decis.* 14. & *Capic. decis.* 14.

3 Declaratur modo in nostra Curia Archiepiscopali fiscum appellare à sententijs

tijs contra ipsum latis testatur *Genuens. in praxi eiusdē Curiæ cap. 38. & D. Riccius decis. 81. p. 2. & resolut. 486. par. 3.*

4 Declaratur etiam id non procedere quoties appareret de notorio grauamine fisci, nam illo casu admicte retur appellatio, & erit audiendus per viam recursus, *vt apud Franc. decis. 148. de Pont. de potest. proreg. tit. 3. elect. offic. §. 7. num. 51.* & ratio est, quia prohibita appellatione non censetur prohibita reuisio *Mastrill. decis. 157. p. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Archiuius bonorum Ecclesiasticorum haberi debet à quolibet prælato, & administratore.*

2 *Archiuus quid sit, & qua requirat nu. 3.*

4 *Scripturæ extractæ ab archiuo non probant extra territorium inter non subditos.*

7 *Archiuus quando faciat scripturas authenticas.*

6 *Archiuista potest extrahere scripturas ab archiuo, cuius testationi creditur.*

7 *Archiuista probatur ex eius subscriptione.*

8 *Archiuum Ecclesiæ ab præsumatur Episcopi, vel Capituli remissiuè.*

De Archiuo.

Super Bulla Sixti V.

MVndatur per hāc cùstit. incip. prouida de anno 1587. die 8. Iunij,

2 vt quilibet prælatus in sua diœcesi, & singuli administratores Ecclesiarum tenentur facere archiuum bonorum Eccleſiasticorum, de qua materia vide *Nouarium fratrem in praxi tur. can. tit. de archiu. & addentes ad pragm. 1. de archiu. & latè* Gratian. *discept. forens. cap. 582. par. 2. Borrell. in sum. decis. tit 20 p. 2.*

2 Sed pro termini intelligentia est sciendum, quod Archiuus est locus, in quo reponuntur scripturæ publicæ, & priuatæ tam ciuiles quam criminales, & aliæ quocumque modo nuncupatæ *ex Roland. à Valle cōs. 75. num. 2. lib. 4.* & à iure nominationem habet, vt ex *text. in l. moris §. soliti ff. de pœn. glos. in verb. Archiuo, auth. ad hæc C. de fid instr. & vide D. Thomam Carleual-*

tallium Regium Consiliarii & Iureconsultum peritissimum in vtili tract. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 5. nu. 342.

3 In quo plura concurrere debēt, Primo, quod præsit in eo officialis, seu administrans; Secundo, quod sit locus publicus, in quo scripturæ cōseruentur. Tertio quod officialis administrās de eo fidem faciat, vt asserit *Gen. in tract. de script. priuat. lib. 5. tit. de libr. rat. Capiblanc. tom. 2. de authorit. Baron. cap. 48. num. 12.* & quod archiuij locus debeat esse publicus, vt scriptura ibi reperta probet, *Felin. in cap. ad audientiam nu. 11. de præscript. Aym. de antiq. temp. p. 1. §. quarto n. 1. cum seq* Quarto requiritur subscriptio archiuistę, vt iura extracta ex archiuio sint in forma probanti, *Corras. in l. admonendi num. 17. ff. de iureiur. num. 17. Verall. d. decis. 41. nu. 5. p 1. Gratian. discept. forens. cap. 582. par. 3. num. 3.*

Ad materiam autem huius archiuij placuit nonnulla congerere, & ideo scri-
4 pturæ ex archiuio extractæ non probant extra terminum, & inter personas non subditas, secus tamen inter subditos etiam extra territorium, *Verall. decis. 42. lib. 1. Bald. in l. exemplo num. 5. C. de probat. Felin. in cap. ad audientiam num. 12. vers. qui tamen non negant de præscript. Cardin. cons. 72. num. 8. & fuisse iudicatum per Rotam Romanā in vna Florentina pecuniaria 8. Iunij 1601. testatur Coccin. decis. 128. num. 2. & 450. nu. 3. Caualer. decis. 351. num. 2. & 575. num. 9.* Vbi archiuiū inter subditos eiusdem ciuitatis probat, *Farin. decis. 275. nu. 6. p. 1. tom. 2.*

5 Nec archiuium facit scripturas authenticas nisi probetur ibi fuisse tentas vti authenticas, *Soccin sen. cōs. 238. num. 6. lib. 2. Dec. in in auth si quis in aliquo nu. 3. vers. sed tantum C. de eden. do Canaler. decis. 580. nu. 4. & 613. num. 5.* vnde archiuium non dat robur scripturæ informi *idem Caual. dec. 193. num. 3.* quia archiui authoritas non potest supplere imperfectionem scripturarum, *Rot. decis. 219 nu. 6. p. 1. tom. 2.* & archiuus non tribuit robur scripturę minus sollemni, si in eo custodiantur, aliæ scripturæ non authenticæ, *Marisc ott.*

Digitized by Google

qui refert Rotam iudicasse in lib. var. res. cap. 81. nu. 22 vbi & nu. 20. scriptura priuata non habens requisita ad faciendam plenam probationem, ex eo solũ quod reperitur in archiuo non efficitur publica, nec plenè probat, sed remanet priuata, vbi exemplo testamenti reperto in archiuo non debet fides adhiberi si non ostendatur originale, *Curt. iun. conf. 116. & Marian. iun. conf. 2. lib. 2.* & scriptura non publica posita in archiuo lite pendente, non facit fidem, quod secus est in scriptura authentica posita in archiuo lite pendente, nam facit fidem, & probat *Bart. in auth. ad hæc, & Castr. in l. contractum nu. 3. C. de fid. instr. Curt. iun. cõs. 162. & Coccin. decis. 76. nu. 31. & 32.*

6 Archiuista autem potest extrahere omnes scripturas ex archiuo absque sollemnitatibus, & ipsius attestationi statur, vt testatur *Rota Romana decis. 27. p. 2. tom. 1. Caualer. decis. 640. num. 2.* vbi habetur Archiuistam, & quemlibet successorem posse extrahere scripturas lite pendente, & sine sollẽnitate vnde Archiuista vel successor Notarij potest publicare scripturas sine citatione partis, aut decreto Iudicis, *ita Rota in vna Trasonen. Canonicatus vltima Februarij 1611. & in Mediolan. decimarum S. Donati 23. Ianuarij 1612. apud eundem Caualer. decis. 351. n. 3.* ac si extraheret à suo originali, *Rota decis. 144. nu. 1. & 2. tom. 2. in posth.* Et Archiuista publicans instrumentum in archiuio receptum, sufficit, quod in eo apponat suum proprium signum, etiam quod non apponat signum Notarij, qui de instrumento se rogauit eadem *Rota in decis. 161 num. 3. d. tom. 2. in posth.* Et quod probetur, quem esse præfectum archiui ex eius subscriptione *Rota in d. decis. 144. Caualer. decis. 640. num. 3.*

Sed an archiuum Ecclesiæ præsumatur Episcopi, vel Capituli, *vide decis. Rot. Rom. 183. num. 2. par. 2. in nouiss.*

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIAM.

1 *Arma retinens domi non punitur de iure communi, quid ſtante bulla nu. 2.*
3 *Arma retinens iure pignoris non punitur.*
4 *Arma retinens per paruum tempus non punitur.*

De Armis.

Super Bulla Pij IV. & Pij V.

1 DE iure cõmuni pœna impoſita cõtra deferentes arma non extenditur ad retinentes, ea domi, ex doctrina *Bart. in l. 1. in fi. ff. ad l. Iul. de vi publ. Clar. in prax. §. fin. q. 82. num. 7. Decian. tract. crim. lib. 8. c. 2.* vbi demonſtrat magiſtraliter poſſe arma domi detineri.

2 Hodie tamen *ex conſtit. locali Pij IV.* retinens domi ſuę archibuſetta punitur eadẽ pęna ac ſi detuliſſet, quã conſtit. *Pius Papa V.* extendidit etiam ad retinentes pugiones cultellos, & alia arma breuioris menſuræ trium palmorum, & ideo meritò in noſtra ſinodo dięceſana fuit ſtatutum pęnas inflictas contra deportantes arma prohibita, extendi pariter ad illa domi retinentes.

3 Limitauit verò *D. Riccius in deciſ. 209 p. 1.* ſupradicta in duobus caſibus. Primò in retinentibus arma iure pignoris non autẽ iure dominij ex *Bologn. cõſ. 25. nu. 23. Cravetta conſ. 90.* 4 *& alijs.* Secundo quando per paruum tempus quis arma domi retinuiſſet, ex *Bertazzol. conſ. 217. & 219. Burſat. conſ. 321. vol. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Aromatariorum libris quando credatur.*
2 *Aromatariorum libri ſingulis annis viſitantur.*

De Aromatariorum libris.

Motus proprius Iulij III. & Clem. VIII.

1 EXtat *motus proprius Iulij III.* pro aromatarijs mandans plenam fidẽ adhiberi ipſorum libris mo

Digitized by Google

re mercantili, & secundum statuta artis vsque ad annos quinque, ac deinde nulla habeatur fides in iudicio, nec extra, nisi fuerint approbati per fidem Consulum pro tempore, manu Notarij Consulatus dictæ artis.

Quas facultates priuilegiorum, & iurisdictionis aromatariorum cõfirmauit *Clem. VIII. anno quinto sius Pontificatus 3. kal. Ianuarij 1596. per bullam incip. Laudabilis in §. ac quoq; mandamus*, vt libris, quos mercantili more, vel secundum vsum dictæ artis, aromatarij tenuerint adhibeatur fides iuxta motum proprium Iulij Papæ III. vsque ad quinquennium.

2 Sed non immeritò sic fuit sancitum per hos Summos Pontifices ex eo, quod singulis annis omnes libri aromatariorum visitantur, & recognoscuntur per Regios Protomedicos penes quos iurant fideliter eorũ officium exercere quo iuramento stante dictis libris plena fides adhibetur, *arg. text. in l. quædam §. nummularius ff. de edendo notat Innoc in cap. 1. de fid. instrum.* quia probant tanquam libri cogniti à personis publicis, eo magis, quia ex cõsuetudine immemorabili semper talibus libris fuit adhibita fides, & in hac materia, an credatur scripturæ & libro priuato attendi cõsuetudinem voluit *text. in cap. cum dilectus de fid. instr. spec. tit. de instr. edit. §. nunc dicendum, Bald. cons. 449. num. 6. volu. 3. Barsat. cons. 103. num. 8. vol. 1.* & huiusmodi consuetudinem receptam esse in regno fatetur *Borrell. cons. 82.*

Quarè merito refert dictum *D. Riccius* per nostrã Archiepisc. Curiam Neap. esse credendum libris aromatariorum non exhibitis receptis *vt in decis. 106. p. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Assassinij declaratio spectat ad Iudicem Ecclesiasticũ.*
2 *Clericatus cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticũ.*
3 *Assassinus clericus non punitur à Iudice laico ante declarationem Iudicis Ecclesiastici.*
4 *Bulla Clem. VIII. super declaratione criminis assassinij est recepta.*
5 *Eminentissimus Card. Boncompagnus laudatur.*
6 *Reuerendissimus Felix Tam bu-*

Digitized by Google

barellus eius Vicarius Generalis laudatur.

7 *Assassinij qualitas probatur coram Iudice Ecclesiastico.*

8 *Assassinij qualitas quomodo probetur.*

9 *Assassinij delicti corpus probari debet.*

10 *Assassinus, in quibus carceribus sit detinendus pendente discussione qualitatis assassinij.*

11 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato per Iudicem laicum.*

12 *Assassini confessio facta coram Iudice laico non probat coram Ecclesiastico.*

13 *Testes examinati coram Iudice laico super qualitate assassinij non possunt se referre ad primum examen, si deponant coram Iudice Ecclesiastico.*

14 *Assassinus clericus an possit examinari super delicto per Iudicem Ecclesiasticum vigore processus fabricati per Iudicem secularem.*

15 *Absolutio an possit impartiri siante declarationem qualitatis assassinii fuisset assassinus morte condemnatus.*

16 *Difficultas quando excusset.*

17 *Assassini qui dicantur.*

De Assassinio.

Super Bulla Clem. VIII.

TEnore *constitutionis incip. æqua & circumspecti Roman. Pontificis prouidentia de anno* 1595. man
1 datur, vt assassinij criminis declaratio nullo modo spectat ad Iudicem secularem sed ad Ecclesiasticum, quã constit. citat *Mastrill. dec.* 288. *par.* 3. vbi sic refert fuisse iudicatum in illo Senatu vide latè adducta per *Nouarium fratrem in nou. iur. Pontific. conclus.* 1. *de assassin.* vbi exornat bullæ tenorem.

2 Vnde videmus à simili, quod cognitio si sit quis clericus, vel non spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, *cap. si Iudex laicus de sent. excom. in 6. Macer. resol.* 48. *lib.* 3. *D Thom. Carleual. peritissimus Consiliarius de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *q.* 7. *sec.* 2. *nu.* 866. prout etiam cognitio, quod clericus cõiugatus cum vnica, & virgine contraxerit spectar pariter ad Iudicem Ecclesiasticum, *Rot. decis.* 3. *de sent. ex-*

excomm. in nou. & sic pariter cognitio an clericus incedat in habitu, & tonsura, spectat ad Iudicem ecclesiasticum *Guid. Pap. dec.* 38. & à pari cognitio delictorũ exceptuatorum in bulla Gregor. XIV. circa immunitatem Ecclesiatum spectat ad Episcopum *Franc. Marc. decis.* 264. *relatus per D. Rice. collect.* 109. & habetur in dicta bulla.

3 Ex quo sequitur, quod clericus assassinus quamuis notorius non erit à Iudice laico puniendus ante declaratoriam Iudicis Ecclesiastici, *Ambros. de imm. Eccles. cap.* 27. *num.* 10. *Duard. in bull. cœn. lib.* 2. *cap.* 15. *q.* 11. *num.* 63. *Bellect. disquis. cleric. p.* 1. *tom.* 3. *§.* 2. *num.* 6. *Macer. resol.* 2. *num.* 9. *lib.* 3. & alij quos refert & sequitur *Diana resol.* 51. *de imm. Eccles.*

4 Pro huius autem constitutionis intelligentia scire oportet, nam quamuis aliqui ausi fuere asserere, illã non fuisse vsu receptam, animaduertere non desinant religiosi; ac pij ministri, tam gladij spiritualis, quam temporalis, præfatam bullam fuisse publicatam Romæ, & ideo ligat in alijs locis, in quibus non fuit facta publicatio *Ioann. Monach. in cap. in generali num.* 7. *vbi Prob. num.* 4. *de reg. iur. in* 6. *latè Nauarr. cons.* 1. *de constitut. num.* 19. sicut videmus in regulis Cancellariæ publicatis in Curia vbique afficientibus, *Cappell. Tholos. decis.* 44. *Sarmen. in proœm. reg q.* 2. *nu.* 13. qua publicatione sic stante in Curia, & loco residentiæ Summi Pontificis vsus præsumitur, donec doceatur de contrario, maximè concurrente impressione librorũ constitutionum quidquid dicat *Mohedan. decis.* 6. *de constitut.* cuius opinionem Rota nunquã seruauit, nec seruat *Dec. cõsil.* 354. *sub num.* 9. *Gozadin. cons.* 16. *nu.* 16. *Put. decis.* 281 *lib.* 1. *& fuit resolutum per eandem Rotam in causa Brixien. locationis* 5. *Decembris* 1594. *coram Penia*, & iste non vsus est ita probandus vt deuenerit ad notitiam maioris partis populi, *Bellam. cons.* 10. *Aym. cons.* 154. *num.* 28. *& fuit dictum in vna Parmen. legat.* 20. *Octobris* 1570. *coram Eminent. Card. Seraphin. in qua causa die* 16. *Ianuar.* 1571. dixerunt Domin. de Rota, præsumi

sumi obseruantiam constitutionũ, & requiri ad probandum contrarium vsum quod actus, quibus contrarium probatur, habuerint effectus, & fuerint obtenti in contradictorio iudicio ex doctrina *Gabriel.conf.*84 *num.*6. *lib.*2. vnde tunc cõtrarius legis aut constitutionis legis, aut Pontificis constitutionem tollit, quando vel consensus Põtificis expressus accessit, vel actus contra legem, aut constitutionem facti probentur sciente, & patiente, *Verall.decis.*220.*num.*3 *p.*1. *& decis.*204.*nu.*3.*par.*3. *Benitend. decis.*15. *num.*9. *Vinius decis.* 338. *numer.* 7. & lex siuè constitutio semper præsumitur esse in esse in viridi obseruantia, *Caualc. decis.* 43. *numero* 67.*&* 71. *& decis.*45.*nu.*27. *par.*1.*Ioseph.Ludouic.decis. Peruf.* 97. vbi habetur ex duabus vicibus separatis probari esse vti receptam legem siuè cõstitutionem, & idem habetur *per Sarn. decis.*1.*cum pluribus sequentibus*.

Imò secundum opinionem eiusdem Rotæ constitutio apostolica non derogatur ob contrarium vsũ vt testatur *dec.Caual.*17. Ergo & tãto magis in casibus contingentibus quotidie, & in præteritum, nam non solum in hac Curia Achiepiscop.Neap. sed etiam per totum regnum obseruatus fuit tenor huius constitutionis ad vnguem, ab omnibus Iudicibus etiam supremis, ob supremum zelum, & reuerentiam erga sanctã Ecclesiam, cuius libertas ab omnibus quidem veneratur præsertim hoc tempo-
5 re Præsulatus Eminentissimi, ac Reuerendissimi Domini mei Frãcisci Cardin. Boncõpagni Archiepiscopi Neap. vndequaque admiratissimi ob eius singulares virtutes, & vitæ integritatem, non prætermittendo circumspectionem, qua semper vsus fuit admodum Illustris, & Reuerendissimus Dominus Felix
6 Tamburellus ad præsens Vicarius Generalis huius ciuitatis meritissimus, & præcipuè tempore absentiæ dicti Eminentissimi Domini ab hac vrbe, à quo omnis pastoralis cura ipsi commissa fuit, & per spatiũ decem mensium taliter se gessit, vt nullus locus disceptationis fuerit inter Curiã Ar-

Archiep. & potestatem laicalem, & ideo meritò, per eundem Eminentissimum Vicarius & Locumtenens Generalis fuit constitutus.

7 Qualitas verò assassinij. nulli dubium est quin erit probanda coram Iudice Ecclesiastico pro obseruatione dispositionis huius cõstitutionis, quia illa qualitas est fundamentum iurisdictionis Iudicis laici in clericum, ad effectum, vt possit postea procedi ad vlteriora *Marsc. conf. 96. num. 2. de Leo in l. non ideo minus num. 10. C. de accusat. Baiard. ad Clar. q. 36. nu. 36. Farin. in praxi crim. quæst. 8. num. 85. Graff. decis. 18. uum. 151. lib. 4. Macer. resol. 48. num. 4. lib. 3.*

Vnde euenit non debere quem haberi pro assassino, statim quod imputatur de assassino, sed postquam fuerit de tali crimine conuictus, vel saltem probabilibus argumentis suspectus iuxta dispositionem, *text. in c. 1. de homic. in 6. Farin. d. num. 85.* vbi alios citat. Et ideo ante omnia debet cõstare de qualitate assassinij ad effectum tradendi ipsum rerum Iudici seculari *Gram. conf. 1. nu. 56. & decis. 11. nu. 5.* & proinde sufficit, vt hæc qualitas concludenter appareat probata in processu *Baiard. ad Clar. q. 36. nu. 35. & q. 44. num. 59. Merend. conf. 88 num. 7. Rimin. iun. conf. 685. num. 9. & Farin. num. 86.* nam quando qualitas est causa alicuius effectus, tunc ante omnia debet verificari qualitas ad hoc, vt habeat locũ effectus *Menoch. conf. 74. num. 14. & 15. Bald. in l. matrem num. 2. C. de probation. Dec. conf. 256. nu. 9.*

8 Animaduertendum tamen est reum de crimine assassinij censeri cõtra quẽ per testes probatum est crimen, vel per inditia indubitata, aut per notorium, *Boss. tit. de conuict. num. 3. Cartar. de exeq. sent. capt. Bann. cap. 1. num. 79. Cumia ritu 74. num. 26.* & proinde conuictus dicitur, qui crimen negare non potest, *l. qui sententiam C. de pœn.* & quod crimen nulla potest tergiuersatione celari *cap. cum olim de verb. signif. Baiard. ad Clar. quæst. 66. num. 5.*

Ad conuincendum autẽ per testes duo saltẽ, & omni exceptione maiores requiruntur, qui alias ad condem-

Digitized by Google

demnandum satis essent *Salic. & alij in l. fin. C. de probat. Baiard. d. q. 66. nu. 3. Caball. resolut. crimin. casu 288. nu. 4.* Quare ad assassinum condemnandum, vel alterum conuincendum, duo mandatarij, vel duo etiam socij criminis non sufficiunt de iure, & vix ad torquendum licet agatur de crimine atrocissimo *Farin. q. 43. nu. 34.* & proinde isti tales nō probarent hāc qualitatem assassinij, quia cum sint socij criminis nō possunt dici exceptione maiores.

Sed inditijs conuictus tūc dicitur assassinus, si clarissima illa sint, & indubitata, quę taliter Iudicis Ecclesiastici mentem artant, vt cogatur ipse penitus credere, rem ita esse, vt nō possit in contrarium inclinare quo fit vti si possibile sit, rem aliter se habere, tūc inditia dictę qualitatis assassinij nō dicimus indubitata, *Boer. decis. 164. nu. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 7. num 16. Farin. q. 36. num 37. & cons. 70. num. 2. & cons. 107. nu. 1. Caball. resol. crim. casu 288. nu. 10. Magon decis. Lucens. 36. num. 13. in fine*, & quæ dicantur probabilia argumenta, vt dictum est probata qualitas assassinij *D. Riccius resol. 37.*

3 In quo crimine assassinij tunc dicitur constare de illius corpore, quando probatur, quod aliquis accepta pecunia mediante mandato alium occidit *cap. pro humani de homic. in 6.* qui licet loquatur de mandante, tamen communiter receptū est, vt habeat locum etiam in mandatario, *Gomez de delict. cap. 3. num. 10. Gabr. conclus. 1. nu. 1. lib. 7. & Decian. d. tract. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 18.*

Et ideo oportet, vt probetur mandans, & mandatarius, alias non diceretur constare de corpore assassinij *Eugen. cons. 76. nu. 135.* vbi subdit, quod si quis aliquem occidit sub spe successionis nō erit assassinus, prout si quis occidit aliquā in strata publica illumque disrubet, erit appellandum homicidium cum furto, non autem assassiniū *Boss. tit. de for. competent. nu. 142. Cauale. de bracch. reg. p. 1. nu 78.*

Quare non erit dandum crimen assassinij si mandās inter fuerit in crimine assassinij, sed erit probanda ab-

Digitized by Google

sentia mandantis nam si fuerit commissum homicidium eo præsente, etiã pecunia interueniente non esset assassinium, vt firmat *Bertaz. cons.* 143. *nu.* 13. *p.* 1. qui plures allegat *Gabriel. cons.* 170. *dub.* 1. *par.* 1. *& Facchin. cons.* 83. *num.* 10. *lib.* 3.

10 Nec est prætermittendum eum, qui non sub spe præmii, sed vt alicui complaceat, licet nonnulli voluerint dici committere crimen assassinij, & probata complacentia dici constare de assassinio secundum *Decian. in tract. crim. lib.* 9. *cap* 30. *num.* 16. *Viu. opin.* 74. *num.* 1. *Addent. ad Clar. §. assassinium lit. N.*

Tamen veritas est, quod etiam si probaretur dicta complacentia non diceretur probatum corpus assassinij, *Gabr. cons.* 170. *num.* 15 *& seq. lib.* 1. vbi latè & ibi reddit bonas rationes, & concordantes adducit *Viuius opin.* 14. *sub num.* 1. *versic. quod assassinij*, *Honded. cons.* 93. *num.* 97. *volum. secundo*, vbi relatis contrarijs hanc opinionem tuetur, *Rom cons.* 10. nec etiam si probaretur simplex pollicitatio, diceretur constare de corpore assassinij, nisi probetur tractatus *Gramm. vot.* 11. *nu.* 66. *vol.* 2. *Rimin. iun. cons.* 685. *nu.* 12. *& seq. vol.* 6. *Roman. cons.* 10. *nu.* 4. *vbi de communi Honded. cõs.* 93. *num.* 66. *vol.* 2.

11 Ad hunc autem effectũ, Iudices Ecclesiastici non tenetur stare processui fabricatio per Iudicem sæcularẽ iuxta allegata per nos infra tit. de immun. Eccles. num. & ratio est satis palpabilis, si quidem nulli dubium est, quin clericus assassinus, quamuis notorius non erit à Iudice laico puniendus, ante declarationẽ Iudicis Ecclesiastici secundum *Ambros. de immunit. Eccles. cap.* 17. *n.* 10. *Duard. in bulla cœnæ lib.* 2. *cap.* 15. *q.* 11. *n.* 53. *Bellet. disquisit. cleric. p.* 1. *tit.* 3. § 2. *num.* 6. ex quo est index incompetens ipsius, & processus fabricatus à iudice incompetenti, nõ probat coram cõpetenti *arg. text. in cap at si clerici de iudic. Farin. in praxi crim. p.* 3. *q.* 81. *n.* 163. *Valasc. decis.* 65. *nu.* 3. *Villalob. com. opin. lit. C. nu.* 142 *& Bellet. p.* 1. *tit de fauor. personar. cleri.* § 14. *num.* 8. Hinc meritò videmus acta facta coram Iudice nõ probare

bare coram Ecclesiastico Macer. resol. 1. lib. 3. & de attestationibus factis coram Iudice seculari nullam fidē facientibus coram Ecclesiastico dixit D. Ricc. in praxi par. 1. tit. de test. dec. 446. Graff. de effect. clerit. §. 24. q. cum seq. effect. 1. Et ideo consequens illius processus esse habēdam aliquam rationem potius ad effectum instructionis; sed maiorem diligentiam Episcopus adhibere debebit, faciendo iterum examinari illos testes, vel alios, arg. eorum quæ scripsit Giurb. conf. 50. num. 4. & Genuens. in praxi Cur. Archiep. tit. de remiss. clerici. nu. 3. & Graff. d. effect. 1. nu. 224. adeo quod ista qualitas assassinij sufficienter nō probatur per testes coram Ecclesiastico, clericus non erit tradendus Iudici laico, & ita sæpissimè practicauimus in Archiepisc. Curia, maximè his temporibus Vicariatus Reuerēdissimi Domini Felicis Tamburelli vti vigilantissimi ministri, & tam in iure, quam in praxi versatissimi, & quod iudex ecclesiasticus non teneatur stare processui fabricato à Iudice seculari, sed denuo teneatur examinare, & assumere informationem. Clar. q. 36. num. 44. Gramm. conf. 41. nu. 2. Viu. com. opin. verb. Iudex laicus qui omnes testantur de cōmmuni. Ambros. de immun. Eccles. c. 11. num. 3. vbi alios allegat.

12. Et proinde si assassinus confiteretur coram Iudice laico assassinium, ista confessio non operabitur coram Ecclesiastico, vt ex ea posset condemnari cap. at si clerici de iudic. vbi Abb. num. 2. Villaloh. com. opin. lit. C. nu. 141. Farin. de reo confesso q. 81. cap. 6. num. 143. etiam si sponte confessus fuisset, DD. in d. cap. at si clerici Farin. d. q. 81. nu. 196.

13. Et adeo veram esse putō supra mentionatam cōclusionem, vt testes examinati per Iudicem laicum, non possint se referre ad primū examen, sed tenentur deponere per extensum, vt nulla ratio haberi debeat de primo examine, propter præsumptionem, quæ resultat contra illum qui recipit primum examen nullum, ex eo, quia deficit in suo officio, vt decidit Rota Auenion. 91. num. 5. per text. in l. 3. §. quia potest de suspect. tut.

14. Imò

14 Imò quamuis *Genuens. in praxi Cur. Archiep. Neap. cap. 6.* per totum firmauerit vigore processus fabricati per Iudicem laicum clericus potest examinari super delicto per Iudicem Ecclesiasticum, tamen valde dubitatur in vrbe iuxta nobis relata per Admodum Illustrem Dominum Petrum Falconectum bonæ memoriæ primarium ministrum Cancellariæ.

Addendo, quod si produceretur processus etiam cum sententia contra delinquentem fabricatus per Iudicem sæcularem, Iudex Ecclesiasticus non potest stare processui, & sententiæ ad effectum consignandi delinquentem Curiæ sæculari, sed tenetur nouas desumere probationes, cum ille processus Iudicis laici nullam facit probationem.

Sed quoniam aliquando delictum est tam antiquū, vel fuit commissum in longinquis partibus, adeoque occultum est, vt denuò nequeat probari coram Iudice Ecclesiastico, Nè tam grauia delicta impunita remaneant, solent Episcopi benè percunctari processū, sententiam, & alias circumstantias resultantes ex dicto processu, ac habita informatione extraiudiciali de qualitate assassinij, ea omnia scribere Eminentissimis Dominis Cardinalibus S. Congreg. super Episcopis, & ab eis aliquando obtinere, vt delinquens tradatur Curiæ sæculari, vt latius discurrit idem *Genuens. d. cap. 6.*

Sed non desinas notare, quod quādo clericus assassinus erit tradendus Iudici laico, non erit tradendus processus factus contra eūdem per Ecclesiasticum inconsulto Summo Pontifice vide *Macerat. resolut. 2. lib. 3.*

15 Aliquando autem contingit, quod ante cognitionem criminis assassinij, nec declarata qualitate ipsius per Iudices sæculares deuenitur ad pœnam mortis, & proinde, dubitatum fuit, an ex quo restitutio est impossibilis, nedum difficilis, possit eis absolutio impartiri, ad quod prima facie considerabam, quod si aperiretur hæc via iudicibus, frustatoria remaneret bullæ dispositio, & proinde ad euitandas tales fraudes, videbatur dicendum nullatenus

Digitized by Google

nus absolutionem concedendam fore, cum delictis, & fraudibus via non sit aperienda *text. est in l. in fundo ff. de rei vendic. elem. 1. vbi Card. de vsur. elem. 1. §. fin. vbi etiam Cardin. de concess. prab. cap. porro de diuert. Maser. resolut. 50. num. 31. lib. 1. & resolut. 62. num. 5. latè Cardin. Tuscb. conclus. 475 lit F.* & dolis, ac fraudibus non esse viam aperiendam sanciuit *text. in l. 1. ff. de dolo, & in cap. sedes de rescript.* & propterea illa fraus nemini debet patrocinari ad *text. in l. itaque fullo ff. de furt. cap. dictum 30. q. 1. cap. 2. de dolo, cap. 1. de collus. detect.* & ex malitia sua nemo debet comodũ reportare *l. itaque fullo ff. de furt. cap. sedes, & cap. plerũque de rescript.* & ideo malitijs est occurrendum *Paris. de consid. q. 32. nu. 61.*

16 Attamẽ versa vice veros esse terminos iuris asserebã difficultatem semper excusare, vt habetur *in c. breui verb. nisi difficultas de iureiur.* hinc videmus difficultatem excusare à periurio, vt per *Clar. lib. 5. §. periurium nu. 10. Marant. disput. 7. nu. 10. Couarr. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. Sayr. in clau. reg. lib. 5. cap. 7. num. 8. & Suar. de relig. dom. tom. 2. tract. de iuram. cap. 34. num. 4.* & impossibilium, & valde difficilium idem esse iudicium mandauit *Imperator in l. apud Iulianum §. constat ff. de leg. 1.* Ergo & cò magis attenta impossibilitate, ex regula tam trita, vt ad impossibile nemo teneatur, *l. si quis in graui in prine. vbi Bart. ff. ad Syllian. l. si stipuler ff. de verb. signific. l. impossibilium ff. de reg. iur. §. impossibilis inst. de hered. instit. cap. nemo potest de reg. iur. in 6.* impossibilitati enim æquiparatur difficultas magna *l. 2. §. ex quo. & l. continuus §. cum quis ff de verb. oblig. Berous cons. 88. Farin. frag. p. 1. lit. E. num. 143.* & ideo dicendum foret posse concedi absolutionem verũ post lapsum longinqui temporis.

17 Ad hũc autem effectum assassini dicuntur omnes, qui præmio homines occidunt, seu occidere faciunt *Clar. §. assassinum in prine. Bosset. tit. de mandat. ad homicidium nu. 16. Decian. tract. crimin. cap. 9. num. 72. lib. 4. tom. 1.* Nisi occisus nõ fuisset christianus, nam tunc non intrarent termini huius

ius consti. nec appellaretur propriè assassinium iuxtà commun. opin. de qua per *Couar. var. resol. c. 20. nu. 10. Clar. loc. cit in princ. Mascard. de prob. cõcl. 138. n. 13 lib. 1. & Peguer. decis. 5. num. 19.*

Verum si ad suam vindicandam iniuriam, suis manibus quis aliquem interficiat, & pecunia mediante alios ad sibi auxilium præstandum inducit, non erit assassinus, *Clar. vbi supra Franc. decis. 167. nu. 3. Gabr. conc. 170. lib. 1. num. 7. & 13.* alios cumulat *Parin. q. 123. num. 148.*

SVMMARIVM.

1 *Astrologia iudiciaria prohibetur, præter agriculturã nauigationem, & remedicam, amplia vt nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9 & 10.*
2 *Diuinationum species.*
11 *Diuinationes, sortilegia, superstitiones, incantationes, chiromantiæ necromãtiæ, geomantiæ, & hidromantiæ, quæ dicantur remissiuè.*
12 *Astrologia iudiciaria quæ dicatur, & quæ naturalis num. 13.*

De Astrologia iudiciaria.

Super Bulla Sixti V.

PEr hanc constit. incip. hac perpetua valitura constitutione, mãdatum fuit
1 sub grauissimis pœnis, tam Astrologis astrologiam iudiciariã exercentibus (præterquam circa agriculturã, nauigationem, & rem medicam) quam etiam contra facientes diuinationes illicitas, sortilegia, superstitiones, veneficia, incãtationes. Prohibendo pariter libros Chiromantiæ, Necromantiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, & similes, de qua meminere *Zecch in summ. tit. de fid. rubr. de superstit. diuin. nu. 6. Martin. del Rio disquisit. magic. lib. 4. cap. 4. q. 6. sect. 3. & lib. 4. cap. 3 q. 4.* vbi præsertim de coniectatione phisonomica *Azo. institut. moral. p. 1. lib. 9 c. 14.* vbi dicit quatuor esse
2 species diuinationum, quæ ex obseruatione elementorum dicantur, scilicet Geomantiam, Hydromantiam, Chiromantiam, & Necromantiam declarans quæ

nam

nam sit vnaqueque dictarum diuinationum definitio, & materia de qua vide *Illustrissimum Dominū meum Riccium Praesulem, & meum magistrū in praxi resol.* 185. *p.* 2. *& Leiua de exam, Episcop. lib.* 6. *cap.* 34. *per totum.*

3 Amplia præfatam conclusionem habere locum contra non certò affirmantes, si hac Astrologia iudiciaria vtatur *Suarez de relig. lib.* 2. *de superstit. cap.* 11. *num.* 30. *Vrlens. in* 2. *disput.* 6. *quæst.* 12. *puncto* 3. *col.* 3. *Martin. del Rio disquisit. Magic. lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 3. *Graff. decis. aur. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19.

4 Quæ sanè ampliatio est vera in vtroque foro, & sic exteriori, & interiori, ita vt peccent mortaliter id agētes *Sanchez in summa cap.* 38. *nu.* 34. *par.* 1. *quem refert Farinac. de hæresi quæst.* 81. §. 1. *nu.* 59.

5 Et licet indistinctè totū contrarium tutentur *Suarez, Valent. & Martin. del Rio locis mox citatis.*

6 Tamen post factum illorum doctrinam sequitur nouiter *Naldus in summa in verbo Astrologus num.* 4. firmans post factum se censere non facile damnandū de mortali, qui sine scandalo, vel periculo gignendi opiniones superstitiosas in animis audientium talia prædicerent, tanquam leuissima quadam coniectura tantum posse contingere, & ita etiam voluit *Molfes. in sum. p.* 1. *tract.* 11. *c.* 7. *num.* 120. *& Dian. var. res. q.* 68. *tract.* 1. *miscell.*

7 Amplia secundo in faciētibus præcantationes ad bonum finem, nam adhuc sunt puniendi *videatur* D. *Riccius decis.* 144. *p.* 2.

8 Amplia tertio, vt vsus speculi, & phialæ ad effectū sciendi futura contingentia reddant ipsum suspectū de hæresi vehementer *id. decis.* 243. *p.* 2.

9 Amplia quarto, vt hæc constitutio aduersus maleficia, seu sortilegia commit tentes non solum sit confirmata per Sanctissimum Dominum Gregoriū XV. per eius bullam incip. omnipotentis Dei emanatam sub die 20. Martij 1623. sed etiam pęnę maiores inflictę vt tales muro claudantur, siuè perpetuis carceribus fabricentur.

10 Amplia quinto, vt dicta constit. sit innouata per Sāctis-

ctiſsimum D.N. Vrbanum VIII. meum benefactorem contra Astrologos iudiciarios, qui de ſtatu reipublicę christianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſeu vita Romani Pontificis aut eius conſanguineorum iudicia facere, nec non eos, qui illos deſuper conſulere præſumpſerint, per conſtit. incip. in ſcrutabilis æditam de anno 1631.

11 Quæ autem dicantur diuinationes illicitæ fortilegia, ſuperſtitiones, veneficia, incantationes, chiromãtiæ, necromantiæ, geomantiæ, & hidromantiæ, videſis fusè per *Seſſ. decis. Arogon. 455. cum ſeqq. tom. quarto* vbi plenè hanc materiam peragit, *& vide noſtrum compendium oper. Bonac. in proprijs verbis, latè Nald. in ſumm verb. ſuperſtito, & de ſortilegorum ſpecie habes apud Farin, in praxi de delic. & pan. q. 20. nu. 73.*

12 Sed ad intellectum eſt ſciendum, aſtrologiam iudiciariam dici illam, quæ fit per aſtra ex motu, ortu occaſu, ſcitu ſiderum, & obſeruatione temporum, & momentorum, vel occulta reuelãtur, vnde olim tales diuinatores aſtrologi dicebantur Mathematici, planetarij, & genethliaci, qui falſam, & vanam ſiderum profitebantur ſcientiã vt patet ex *cap. ille vas 26. q. 2. l. 2. C. de maleſic. & l. mathematici C. de Epiſc. Audr.* & dicitur iudiciaria quaſi diuinatrix, ſeu iudicatrix, & damnatur quæ per ſidera, & eorum influxus fortuitos, rerum euentus, & quæ libera hominis voluntate peraguntur, præterita item, & præſentia omninò occulta certò prænunciãt, & patefaciũt, veluti furtum homicidium etiam perpetratum, & talis ars non ſolũ per hanc conſtit. damnatur ſed etiam per ius commune canonicum *c. igitur 26. quæſt. 3.*

13 Aſtrologia autem naturalis permittitur, quæ agricolturæ nauigationi, & medicinæ prodeſt, vt hic, quia attentis ſideribus coniectant naturalia veluti futuras imbres, calores, frigores, tempeſtates ſerenitates, pluuias, & ſimilia nam iſtæ ſunt cauſſæ, quæ non neceſſario, & ſemper producunt ſuos effectus, ſed frequentius, & hoc caſu effectus futuri poſſunt coniecturari per ſuas cauſas, nam ne

Digitized by Google

necessariò, & de certo, sed coniectura sola, & isto modo astrologi prædicunt: de prædictis terræmotibus, fertilitate, & sterilitate, medici etiam de morte, & conualescentia infirma, & in his aliquando errant, & aliqua prædicunt vera, hæc etiam prænunciatio non dicitur diuinatio, quia non excedit limites naturalis cognitionis.

SVMMARIVM.

1 *Baldachinum erigi potest ab Episcopis in Ecclesiis regularium, & impedientes possunt excommunicari n. 2.*

3 *Cathedra non iudicialis potest erigi per Episcopum in loco non exempto cum circulo Canonicorum n. 4.*

5 *Baldachinū erigi potest per alienum Episcopum in Ecclesiis regularium cum consensu Ordinarij.*

6 *Episcopi prohibentur plura facere in Ecclesiis regularium, vt num. 7. 8. 9. 10. & 11.*

De Baldachino erigendo per locorum ordinarios in Ecclesijs Regularium.

Decretum Sacræ Congreg.

DEcet, Episcopis, pro eo, quo in Ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, in quocúque suarū Diœcesium loco, quoties eos ibi Pontificalia exercere, aut in Pontificalibus adesse, & assistere contingit, eam, quam par est, reuerentiam & honorem, decoro cultu, & ornatu exhiberi. Quare non sine graui animi dolore, auditum est, nōnullos Regulares, vano quorundam immunitatū, & priuilegiorum prætextu, Episcopis in eorum Ecclesijs in Pontificalibus interessentibus, non modo renuisse in eis supra locum Episcopalis solij, Baldachinum, erigere, verùm id etiam iussu ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere, & arcere ausos fuisse.

Atque ideò Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs & consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita; facto verbo cum Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa VIII. ac de Sanctitatis suæ speciali & expresso mandato hoc præsenti decreto, perpetuis futuris temporibus valituro, declarat, statuit, decernit, & mandat, vt de cetero Episcopi, vbi tam ex consuetudine, & priuilegio, quàm ex sacrorũ Canonum constitutionibus, & Pontificalis Romani præscripto, aut alio iure, Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum Mitra, vel etiam sola Cappa induti, in quibusvis Regularium tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Monachorum, etiam Casinensium, Clericorum, Presbiterorum, & cuiusuis alterius Ordinis & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Ecclesijs interesse possunt, ipsi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, si debeant, in loco ad solium Episcopi cõstituendum opportuno & congruo, Baldachinũ attollere. Eis autem id facere negligẽtibus, aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud asportari, & in quacunque eorundem Regularium, aut alia quantũuis exempta Ecclesia, supra Episcopale solium, seu Pontificale Faldistorium, erigi facere, atq; sub eo sedere stare, & quemadmodũ in proprijs & Cathedralibus eorum Ecclesijs stare & sedere solent, eo tamen duntaxat tempore, quo Põtificalibus aderunt, peragetur. Si qui verò Regularium huic declarationi, statuto, decreto, & mãdato, inobedientes, & contumaces fuerint, sciant se abeisdem Episcopis ad id, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, huius Decreti virtute, cogi, & compelli posse, aliisque pœnis, tam spiritualibus, quam temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis subiacere, & obnoxos fore. Nõ obstãtibus quibuscũq; Cõstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictorũ Ordinum, Religionum, Militiarum, Societatum, & Cõgregationum quocunque nomine censeantur, statutis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis qui-

quibuscunque tenoribus, & formis, & cum cuiuslibet etiam derogatoriarū derogatorijs, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in cōtriariū præmissorū hacten° quomodolibet cōcessis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus & singulis, etiam si talia essent, quæ sub generali, expressione & derogatione non venirent, sed de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio habenda foret, eorum tenores, præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habens eadem Sanctitas sua, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogat, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Romæ die 10. Iunij 1603.

Alex. Cardin. Florent. Episc. Prænestin.

Hier. Aguechius Secret.

1 *Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum Cardinalium*, vigore supradicti decreti mandauit Episcopos nō posse per regulares exemptos impediri ne in Ipsorum Ecclesijs pontificalia exercentes baldachinum erigant, iuxta cuius sanctionem resoluerunt *Gambar. in tract. de author. leg. §. illud nosse lib. 2. num. 143. Hemob. de exam. Eccles. tract. 11. cap. 6. q. 121. resol. 2. & D. meus Riccius in praxi aur. resol. 313. num. ubi num. 2.* affirmat tales regulares impediētes posse ab
2 Episcopo excommunicari, & sic etiam tenent *Lazzar. in pract. 9. tit. de blasph. q. 10. nu. 61. Campanil. diuers. iur. can. rubr. 9. cap. 5. nu. 3. verf. tateras*, & habetur in hoc decreto, vbi eo tātum tempore, quo pontificalem functionem exercebunt, vel dum actus ipsi, eum pōtificalibus peraguntur.

3 Et non absque ratione id sancitum fuisse demōstratur, nam Episcopi, & Archiepiscopi in loco exempto possunt cathedram nō iudicialem ad effectum celebranda, & prædicandi, collocare iuxta latè tradita per *Gratian. in discep. 113. in*

addit. & proinde Episcopi, non obstante emptione regularium poterint in monasterio facere coram se celebrare, etiam baculum pastoralem ante se ferendo, *Fusc. de visit. cap. 8. lib. 2 nu. 5. per text. in clem. 2. de priuil.* cum hæc omnia æquiparentur, nec in vno sit maior ratio quam in alio, & similium sit idem iudicium, vt in proposito notat, *Imola in d. clem. 2. in princ. vers. similis Fratc. decis. 71. num. 12. p. 4.* & quamuis dicta clem. loquatur de Archiepiscopo, tamen illa fuit contingentia facti, & per eam, non excluditur Episcopus, qui pariter intus monasteria, & loca exempta, & populum exemptū benedicere poterit, *Vitali. in clem. nu. 7. Couarru. lib. 3. var. cap. 20. nu. 9. Tusc. de visit. lib. 1. cap. 7. nu. 5. Rota decis. 286. nu. 3. apud Farin. in recent.* non tantum benedictione ordinaria, sed etiam sollemni per illa verba sit nomen Domini benedictum secundum *glos. ibidem in verb. benedicat latè Barbos. de potest. Episcop. par. 2. alleg. 27. nu. 64. cum seq.*

Vnde ex his infertur cō-petere Episcopo celebranti in dictis Ecclesijs regularium circulum Canonicorum, quod fundatur ex illa regula, quod concesso vni alicui, dicitur concessum, omne quod requiritur ad illud, *l. oratio ff. de sponsal. l. cui iurisdictioni ff. de iurisd. omn. iudic. c. præterea de offic. deleg.* vbi concessa iurisdictione alicui dicitur concessa omne quod requiritur ad iurisdictionem exercendam, & facit *Cons. Staib. 74.* vbi concesso alicui officio, censetur concessa facultas tenēdi familiam armatā, nam absque illa exerceri illud minime posset.

Sciant autem studiosi, quod ante emanationem huius decreti Episcopi, nec poterant prohiberi ab exēptis erigere baldachinum in eorum Ecclesijs, & exercere ea, quæ continentur in hoc decreto, verum antea oportebat agere coram superiore exemptorum, vt dicit *Card. in clem. Archiepiscopo § fin. in fin. de priuil.* sed hodie regulares inobedientes possunt per Episcopos compelli censuris.

Ad cuius cōclusionis ornatum, animaduertere pariter oportet, vt non solum bal-

baldachinum posſit erigi à Iacorum Ordinarijs in Eccleſijs regularium, ſed etiã, ab alijs Epiſcopis cum cõſenſu ipſorum ordinariorũ ex quo ea quæ ſunt iuriſdictionis poſſe delegari voluit *textus in cap. aqua de conſecrat. & ibi gloſ. & cap. ſi Eccleſia eod. tit.* hinc etiã videmus, quod Eccleſia debet conſecrari à proprio Epiſcopo aut ab alio de ipſius conſenſu *Azor. inſtit. moral. pãr. 1. lib. 11. cap. 26. q. 10. Mirand. in man. prælat. tom. 2. q. 38. art. 1. concluſ. 3. & alij relati per Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 27. num. 2.* nam qui per alium facit per ſe ipſum feciſſe videtur *l. 1. §. deinceps ff. de vi & vi armata. c. qui per alium de reg. iur. in 6. Dum. reg. 378. ampl. 3. Card. Tuſch. cõcluſ. 7. lit. F. & D. Riv. in prax. for. Eccleſ. reſol. 564. num. 3.* paria enim ſunt aliquid facere per ſe vel per interpoſitam perſonam, *l. hac edictali §. ſi verò plus C. de ſecund. nupt.* & è contra qui non poteſt per ſe nõ poterit per alium *l. neque per ſe C. de hæred. inſtit.* Vnde facere, vel facto authoritatem præbere paria ſunt, *l. 1. §. omnia C. de vet. iur. enucl.* & noſtra omnia facimus quibus noſtrũ impartimur aſſenſum, *Vaſq. de dec. 105. n. 63. Card. Duſe. concl. 67. lit. N. per text. in l. 1. §. omnia C. de iur. vet. enucl. & glo. in §. plebiſcitum verſ. conſule inſtit. de iur. nat.*

Notabis autem pro inreligẽtia plura prohiberi Epiſcopis facienda in dictis locis.

Et primo eis prohibentur celebrari ordinationes, quia ſunt iuriſdictionis, vt inquit *Anchar. ibid. num. 8. Card. num. 5. in princ. & in §. ſic tamen nu. 1. Alb. nu. 3. Vitalin. num. 20.*

Secundo prohibentur ſedere pro tribunali, *Cardin. ibidem in princ. num. 5.* nec cathedram collocare, *tenet. eſt in v. luminoſo 18. q. 2. Vitalin. num. 30.* intelligendo de cathedra iudiciali, vt dicit *Gloſ. ibidem verb. collocare, & dictum eſt ſupra Nauarr. conſ. 1. nu. 1. cum ſeq. de offic. ordin. Rot. dec. 155. n. 1. par. 2. diuerſ. Gonzal. ad reg. 8. cancell. Gloſ. 43. num. 18. cum alijs vt per Barboſ. de pot. epiſc. p. 3. alleg. 80. à num. 7.*

Tertio prohibẽtur chriſmare, nam chriſma habet mixturam iuriſdictionis, &

of-

officij Episcopalis, *Anchar. nu.8. Card.nu.5. Imol.nu.4. Vital.nu.26.*

9 Quarto prohibentur degradare, *Ancharan. ibidem num.9. Vitalian. nu.20.* seu facere processionem generalem, quia est, potius officij, quam honoris Episcopalis idem *Vital.nu.53.*

10 Quinto prohibentur remissiones, & indulgentias dare, quia non est dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis idem *Anchar. num.6. Gardin. §. sic tamen num.4. Kital. num.65.* ampliant vt nec etiam exempti nomine suo largiantur, & si dẽt, nõ prosint, nisi quo ad suos subditos.

11 Sexto nec regulares cogi possunt ad assistẽdum missæ, vel ei occurrere, seu obuiam facere, cũ hoc potius sit de honestate, & ea quæ sunt honestatis nõ inducant coactionem.

SVMMARIVM.

1 *Banniti absoluti non remittuntur in loco vbi sunt hæredes occisi.*

De Bannitis, & eorum fautoribus.

Super Bulla Pij IV.

1 PEr *Bullam Pij IV. incip. & si cuncta §.3. edita de anno 1562.* fuit statutum bannitos liberatos nõ debere remitti in loco vbi sunt, hæredes occisi, nisi prius habita pace, vt eam refert, & exornat *Navarius frater in mon. iur. Pontific. concluſ.1. de bannitis, vide etiam Peram. ad Gram. decis.29.*

SVMMARIVM.

1 *Bannitorum receptatorum pœna.*

2 *Bannitus receptans omnia alia priuatur.*

3 *Excommunicationis pœna est sublata aduersus bannitorum receptatorem nõ autem Nap. num.4.*

5 *Receptans bannitum animo illum præsentandi superiori euitat pœnas.*

6 *Receptans bannitum animo illum præsentandi superiori eximit pœnas.*

6 *Receptans bannitum, qui appellauit à decreto bannimi, non punitur, item so-*

le-

virum, superiore nu. 7. consanguineum nu. 8. vnaliter bannitum nu. 10. palam num. 12.

9 *Receptans bannitum ignorãter non punitur.*

11 *Receptans bannitum coactè non punitur & nu. 14.*

13 *Constitut. Gregor. comprehendit receptatores bannitorum directè vel indirectè.*

15 *Tabernarij, vel alij similes receptores non dicuntur.*

16 *Receptare non dicitur quis per solam allocutionem bannitorum.*

17 *Banniti quidicuntur.*

De bannitorum fautoribus.

Super Bulla Gregorij XIII.

1 PEr hanc constitutionem incipientem, & infra infliguntur diuersæ pœnæ temporales, atque excommunicationis latæ sententiæ Sanctissimo reseruatæ, contra receptantes fauóre, aut auxilium quomodocúque præstantes bannitis in statu Ecclesiastico, ad cuius ornatum vide *D. Riccium collect. 1156. & Nauarrum sinarum in manuale cap. 27. nu. 1.*

2 Ampliatur primo, quamuis receptatio fuisset facta vnica vice, per ea quæ cumulat *Campegium in cap. regni, de quo non vitor dor Bafard. ad Clar. q. 90. num. 40. num. 35. Apont. de prouis. fier. solit. §. 30. nam. septimo* & quamuis contrarium argui posset ex illa regula, vt per vnicũ actũ in pœnã quis non incidat, prout dicitur de sodomita, vt nõ possit puniri pœna sodomiæ, si semel sodomiæ crimen perfecerit *D. Riccius resolut. 302 par. 1. in praxi, & decis. 145. par. 4.* prout idem dicitur de clerico semel habitum deferente, nam non incurrit pœnam constitut. Sixti V. vt declarasse S. Cõfalonerius *Dian. resolut. 330. de immun. Eccles.* & facit à fortiori decis. *Franch. 68. & Pegnæ. decisione 40.* tamen prima opinio est vetior, & ita quotidie obseruatur in Tribunali nuntiaturæ Apostolicæ.

3 Declaratur primo, vt præfata pœna excommunicationis fuerit sublata per Sixtum V. per const. incip. Hoc nostri Pontificatus quæ refert

refert *Nald. in summa d. verb. bannitus nu. 9.*

4 Attamen in hoc regno Neapolitano pœna excommunicationis infertur per eundem Sixtum V. contra personas Ecclesiasticas, fautrices, ac receptatores bannitorum Regni Neapolitani, vt per eius breue directum Protegi eiusdem Regni, quæ pœna excommunicationis non includitur in præcedenti reuocatione, vt apparet ex verbis prædicti breuis incip. Dilecte fili *vt per eundem Nald. nu. 10.*

5 Declaratur modo vt præfata pœna non incurratur quando quis receptasset, vel auxilium præstasset, gratia exhibendi illos eorum superiori iuxta *decis. Lanfranc. Balbi* 25. sicut dicimus de surripiēte cum animo restituendi rem subtractam domino, nam non poterit puniri pœna furti, *Rot. Auen. decis.* 30. nam receptans prohibitum receptari non ad malum finem pœnā non meretur *Hond. cons.* 88. *num.* 36. *& seq. vol.* 2. *Guttier. cons.* 36. *num.* 27. *Mastrill. decis.* 216. *num.* 56. *Gomez. de delict. p.* 3. *cap.* 3. *de homicid. n.* 50. *Burset. cōs.* 218. *nu.* 3. *& 331. nu.* 3. *Farinac. cons.* 37. *nu.* 16. *& Giurba cons.* 28. *num.* 19. vbi plures alios allegat.

6 Declaratur etiam, vbi bānitus appellasset à banno, nam pendente appellatione illum receptans non incurrerat cēsuras huius bullæ ratioque esse videtur, cū appellatio fuspendit pronunciata iuxtà terminos, *text. in cap.* 1. *de appellat. in* 6. & in proprijs terminis d. bullæ extat *decis. Kiuij* 355.

7 Declaratur itam in bannito tolerato à superiore pulcrè *Cotta in memor. ver. receptare*, vbi refert ita quādoquidem iudicatum in dominio Palmæ, ratio est, quia tolerantia superioris facit de illicito licitum, *text. est notabilis in cap cum iam dudum de præbend. decisio est Ann. observ.* 12. *decade* 2. *Marsil. præterim §. aggrediorum.* 28. *Ludouic. decis. Perus.* 31. *num.* 1. quæ tolerantia debet esse publica non autem occulta, *Belard. q.* 90. *nu.* 50.

8 Declaratur similiter non procedere pœnam communicationis contra ignorantem, quem esse bannitum, *per leges in l.* 1. *ff. de recept. habitum per Thoming. decis.* 29. *lib.* 1. nisi dubitanter aliquem

quem esse bănitum *Faber decis. 2. de malefic. & malefic. & mathemat. Sair decis. 54. de sentent. excomm. latè D. Riccius decis. 166. par. 3.* verum quando esset publicus, & notorius bannitus, non posset excusari allegando ignorantiam *Arnon. singul. 9.*

9 Declaratur pariter non procedere, dispositionem prædictam in receptante bannitum cõsanguineum & affinem, vt in terminis huius bullæ scribit *Trinsis decis. 4. par. 2. & vide Gram. decis. 29. est textus in l. 2. ff. de recept. Foller. in constit. de person. nu. 7. in fine. Capibi. de baron. in prag. 3. cap. 10. Beron. cons. 190. num. 4. vol. 3. D. Riccius collect. 1328.*

10 Declaratur à pari non procedere præfatam constitutionem contra receptantem nulliter bannitum doctrina est *Mater. qui sic refert præfatum in illo Senatu lib. 3. resolut. 32. & propterea Rota Sicil. 104. par. 2.* refert decisum occidentem bannitum nulliter non posse consequi præmium.

11 Declaratur non procedere quando quis coactè receptasset bannitos, doctrina est *Bart. in l. in delictis in print. de noxal. Marsc. cons. 25. num. 34. Arnon. dialog. 45. de Ponte de potest. Proreg. titul. 1. §. 3. num. 29. Cala de mod. artic. §. 2. gl. 1. nu. 872. Menoch. de arbitr. indic. casu 348. nu. 16. & post alios vide* D. *Regentem Rouitum Doctorem veridicum in pragm. 1. nu. 3. tit. de receptator.* vbi doctè loquitur.

12 Declaratur dictam dispositionem nõ habere locum in receptantibus palam delinquentes contumaces, quia bulla prohibet tãtum receptationem bănitorum ex professo, & famosorum *Nauarr. cons. 55. de sent. excomm. & Sair. decis. 54. tit. 2. tit.*

13 Declaratur non procedere in casu *decis. Sair. 53. de sent. excomm.* vbi declarat dictam bullam procedere quo ad eos solum qui receptant directè, vel indirectè bannitos, quo ad delicta quæ exercent, non autem quo ad illos, qui neque directè neque indirectè eos vti tales adiuuant, nam mẽs Summi Pontificis est excõmunicare velle, qui eos præsumptiuè receptarent, vel ad malefaciendum, aut in peccato perseuerãdum,

Digitized by Google

nõ autem eos, qui ſalutem animarum eorum quouis modo procurarent, vel cibum eis in neceſsitate miniſtrarent, aut eos adiuuarent ad euadendum manus iuſtitiæ ſine ſcandalo ad finem melius ſe conuertendi, & pœnitendi, & ita practicaui in cauſa cuiuſdam Parochi familiæ Trecaſtelli Ciuitatis Vici equen.

14 Declaratur non procedere in non valente eos expellere abſque vitæ, & honoris periculo, *Carrer. in pract. crimin. §. homicidium nu. 39. Caball. caſu 287. nu. 12. & ſeq. Baiard. ad Clar. q. 90. nu. 46.*

15 Declaratur non procedere in tabernarijs, vel alijs publicè tranſeuntibus cibum, & potum dantibus, *Feller. in praxi crim. verb. banniuntur nu. 15. Baiard. nu. 48. D. Renit. Regens nouitiſſimus pragm. 1. de recap. num. 7. Maſcheill. deciſ. 216. num. 84.*

16 Declaratur vt ſi quis tãtum alloquutus fuiſſet cũ bannito, non poteſt dici auxilium præſtaſſe, quia conſtitutio non loquitur de loquente, ſed tantum de auxiliante, receptante, & opem præſtante, auxilium enim dicitur cooperatiuũ, & immediatum ad bannitum abſcondendum, cælandum, tuendum, & cuſtodiẽdum, ita vt manus Iudicis effugiat, vel quando bannitus aſſociatur, vt effugiat, *Farin. q. 133. nu. 55. Coſta de ſcient. & ignor. cent. 1. diſt. 40. nu. 6. & 7.*

17 Qui autem dicantur bãniti receptati, & an cibum, & potum eis præſtantes auxilium dediſſe dicantur, & an receptare differat à conuerſare latè *Gianha conſ. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia promoti ad Epiſcopatum vacant, & quando, non autem prabendaria nu. 2.*

De Beneficijs vacantibus per promotionẽ ad Epiſcopatum.

Super Bulla Iulij III.

1 MAndatur *per hanc cõſtitut. incip. ſanctiſſimus in Chriſto Pater*, vt beneficia per promotionem ad prælaturam vacantia nõ poſsint tuta conſcientia reti-

Digitized by Google

retineri nondum expeditis literis dispensationis, neq; licet possessionem collatorum capere eiusdem collationis literis non obtentis, ita quidem patet in bulla prædicta, Tu vide cumulata per *Nouarium fratrem in nou. tur. pontific. tit. de beneficijs concluſ. 1. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. q. 1. nu. 76. Gonzalez ſuper reg. Cancell. 8 gloſ. 15. num. 53. & gloſ. 51. nu. 15. Borrell in ſumm. deciſ. tit. 21. num. 84. & ſeq. Garc. de benefic. par. 1. cap. 6. Barboſ. de pot. Epiſc. par. 3. alleg. 57. num. 71. & ſeqq.*

2 Vltra quæ notabis dispositionem bullę procedere in beneficijs non autem in officijs, vnde promotus ad Episcopatum retinebit officium prothonotariatus, *Athill. de Graſſ. deciſ. 1. de elect.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante ſunt reſeruata, & in hoc Capitulum non ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi, ampliatur tenor conſtit. num. 2. 3. 4. 5. & 6. limitatur nu. 7. 8. & 9.*

De Beneficijs vacantibus ſede Episcopali vacante.

Super Bulla Pij V.

1 PEr *hanc conſtit. Sanctiſſimi D. N. Pij V. emanata de anno 1570. incip. Sanctiſſimus*, sunt reseruata omnia beneficia vacantia sede Episcopali vacāte, quæ spectant ad collationem præsentationem electionem, aut aliam liberam dispositionem eorundem Episcoporum.

2 Et ideo quamuis Capitulum sede vacante, succedat ad omnimodam iurisdictionem Episcopi *vulg. cap. cum olim de maior. & obed. & relata per nos infra verb. Capitulum ſede vacante*.

Tamen in hoc casu speciali fuit limitata dispositio illius textus, & facultas cap. sede vacante, vt non succedat quo ad potestatem cōferendi beneficia ad solius Episcopi collationem spectantia, ita etiam fuit statutum per *reg. Cancell. 2.*

3 Ampliatur primo tenor

Digitized by Google

huius constitut. vt comprehendat etiam beneficia parochialia, quæ conferri nequeunt per Capitulum sede vacante, *vt declarauit S. Congreg. ac Rota Rom. sub die 1. Februarij 1593. coram Emin. Card. Millino in causa Garcia vt ipsemet author refert in tract. de benefic. p. 5. c. 7. nu 81. l.*

4 Ampliatur secundo procedere etiam in beneficijs ad collationem Episcopi spectantibus illis de iure deuolutis ob negligentiam inferiorum, *vt contra Ioan. Andr. in c. quãquã de elect. in 6. tenet Felin. in d. c cum olim nu. 6. sequens Abb. ibidem dub. 1.* cum militet eãdem ratio liberalitatis aptę computari inter fructus in collatione, quæ faciendæ est iure deuoluto, quæ militat in faciendo iure ordinario, *Genuens. in prax. Car. c. 85. nu. 21. Garz. d. cap. 7. n. 53.*

5 Ampliatur tertio, vt quamuis de iure Capitulũ sede vacante poterat tradere quascumque Ecclesias habentes onus annexum in in commendam *iuxta text. in cap. significatum de prabend. & facit cap. 2. de instit. in 6. Abb. in cap. illa nu. 4. ne sed. vac. Pauin. d. tract. 2. p. quæst. 3.*

Tamen, quo ad Ecclesias parochiales restricta fuit potestas Capitulo eas comendandi per *S. Congreg. vt apparet ex Garz. d. c. 7. n. 81.*

6 Ampliatur quarto, vt nec extẽdatur potestas Capituli ad collationem beneficiorum spectantium ad collationem solius Episcopi, & vacantium ob resignationem, nam nec illa conferre poterit *Ioan. And. in clem. fin. glos. pen. de rer. perm. Paris. de resign. benefic. lib. 7. q. 24. nu. 19. Pauin. d. q. 2. nu. 13.* asserens hanc esse veriorem, & communem Doctorum sententiã, quam etiam Rot. Romanã tenuisse refert.

Nec pari modo extenditur ad permutationes, nã nec illas admittens, nec causa illarum vacantia beneficia Capitulum sede vacante conferre potest quando scilicet beneficia ad solius Episcopi collationem pertinerent *Paris. d. num. 30. & sic Rotam his terminasse refert Garz. d. cap. 5. nu. 92. & 93. & tenet idem Garz. 11. p. c. 4. nu. 86.*

7 Declaratur primo, vt in hac reseruatione non comprehendantur beneficia cõmuniter ad Episcopum, & Ca-

Digitized by Google

Capitulum solum spectantia, *Genuens. in praxi Cur. Archiep. cap. 85. num. 21. in fine*: tunc enim mortuo Episcopo, vel quocumque alio modo sede vacante, vel à beneficiorum collatione suspenso potest. Capitulum vacantia beneficia conferre etiam si Episcopus, vt Prælatus in collatione huiusmodi interesse habeat. *vnic. in principio. sed. vacant. in 6. & ibi glos. verb. mortuo.*

Et licet textus ille loquatur de præbendis. Tamen ob paritatem rationis idem dicendum esse putaui de aliis beneficijs, nam quando ratio est eadem appellatione præbendarum lato sumpto vocabulo, etiam alia beneficia Ecclesiastica veniunt faciunt ad hoc notata *in c. 2. de elect. in 6.*

Idemque foret quando ex consuetudine Ecclesiæ, vel statuto beneficiorum collatio ad Capitulum cũ consilio Episcopi pertineret, nam hoc casu sublato Episcopo de medio, non erit propter hoc collatio beneficij vacantis differenda, quamuis egerit in remotis, ita quod non poterit ipsius præsentia in breui haberi, vt habetur in *d. cap. vnic. §. fin.*

8 Declaratur secundo, vt per hanc bullam non censeatur reseruata facultas instituendi clericos præsentatos à patronis ad beneficia iurispatronatus *cap. 1. de inst. in 6. Garz. d. c. n. 54. Gonz. super reg. 8. Cancell. in probem. num. 35. Vsuard. In prax Iurispatr. lib. 12. c. 3. nu. 66. Barbos. de pot. Epis. al. leg. 73. nu. 183. S. Congr. sub die 11. Aprilis 1599. teste Farin. in recollect. dec. 298.*

Probat etiam non dubitatur per missum esse Capitulo Sede vacante conferre præstare, ac confirmare donationem iurispatronatus, vt inquit idem *Barbos. d. al. leg. 71. n. 24.* & ante eum latè *Gratian. discept. Forens. c. 563. nu. 16. & seq.*

9 Declaratur tertio, vt si beneficia habeant curam animarum annexam, vel aliquod munus, vel onus annexum, tunc Vicarius debet committere curam Ecclesiæ, & animarum, vel onus annexum alicui idoneo sacerdoti, cum cõgrua portione, donec fuerint prouisa dicta beneficia a Papa, ne Ecclesia debitis sibi muneribus fraudenden-

dentur, & si beneficia fuerint cutata, debent apponere ędictum; facere concursum, & eligere digniorem, dare illi literas, vel per suum procuratorem se presentent ante Summum Pontificem, vt obtineat bullam apostolicam, *Abb. in cap. illa num. 4. ne sede vac. extem. Epist. lib. 4. c. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus maturati, non autē exacti cuiuscunque beneficij non spectat ad hæredes defuncti, nec ad successorem, sed Cameræ Apostolicæ, ampliatur num. 2. 3. & 4. declara vt num. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*

De beneficiorum fructibus non exactis in vita beneficiati.

Super Bulla Iulij III.

1 STatuit hic Sanctissimus fructus maturatos, non autem exactos cuiuscunq; beneficij Episcopatus, Prioratus, & similium non spectare ad hæredes defuncti, nec ad successorem, sed Cameræ Apostolicæ, Exactos verò ad hæredes prædecessoris, de qua constitutione vltra *Quarant. verb. beneficiorum possessio, meminit Marescott. lib. 2. var. resolu. cap. 2. & Cauale. decis. 44. lib. 1. num. 2. & fusè scribunt Valenz. cons. 47. Macerat. var. resolut. 46. lib. 1. Valer. in differ. tur. 2. verb beneficium Garz. de benefic. par. 2. cap. 1. num. 89. & D. Riccii collect. 657. & 1749.*

2 Ampliatur primo, quāuis ip si beneficiarij adhibuissent omnem diligentiā etiam in iudicio pro illorū exactione *Francisc. Marc. decis. 446. num. 1. & seq. Rot. diuers. decis. 809. par. 1. num. 1. Seraphinus decisione 594. num. 20.*

3 Ampliatur secundo, vt solutio facta beneficiato moribūdo non pręiudicat Cameræ Apostolicæ, vbi enim prælatus incipit infirmari æquiparantur vsuario, vt inquit *glos. in d. cap. præsenti de offic. ordin.* & sicuti vsuarius non potest vltra vsum suum disponere §. 1. *instit. de vsu, & habitat.* ita nec prælatus infirmus, alioquin videretur esse facta in fraudem, & sæpè sæpius orirentur collusiones

nes

Digitized by Google

nes cum hæredibus defuncti beneficiati modico dato vel promisso secundum *Calderin. cons. 2. de pecul. cleric. Zabarell. cons. 110. & ita fuisse iudicatum testatur Rota Auen. decis. Laurent. 117.*

4 Ampliatur tertio, vt quãuis de iure licita sit solutio ãnte diem ad *text. in l. quod in diem ff. de solut.* cum debitores non cogantur expectare diem solutionis *l. cũ quis Kalendis §. fin. ff. de verbor. obli. l. post mortem C. de fideicomm.* ex quo tempus debitorum gratia sit appositum *l. cũ tempus ff. de reg. iur.* & consequẽter possent proprio fauori renunciare *l. si quis in conscribendo C. de pact.* Attamen in terminis huius conflict. talis solutio facta ante terminum nullatenus præiudicabit Cameræ Apostolicæ, cum certa iuris regula sit, vt quoties anteriori die facta solutio alteri præiudicium afferret fieri nequit *Bart. in l. cum pater §. a filia ff. de leg. 2. Bal. cons. 161. lib. 1. Roman. cons. 452. num. 2. & voluit eadem Rot. Auen. loc. cit. nu. 4.*

7 Declaratur modo dispositio prædicta quando esset consuetudo in contrarium scilicet, quod fructus non exacti deberentur hæredibus, vel successoribus, pro vt est in Episcopatibus Regijs, & in Hispania, vt testatur *Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 15. num. 12. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 33. nu. 19. Et si intelligitur opinio Thesauri decis. 163. & ita Illustrissimus Dominus meus Coccinus tundiu bene meritus purpureo bireto, vide Gartir. canonic. qq. lib. 1. cap. 93. nu. 1. & Seraphin. dec. 1053.*

6 Declaratur secundo, vt licet fructus non sint exacti, tamen quando dies solutionis venit, & cessit ipso beneficiato viuente, deberentur pro tempore decurso successoribus ex beneficio, non autem Cameræ, & ita fuit resolutum per *Rotam in vna Romana pecuniaria 4. Iunij 1593. corã Blanchetto, vt testatur idem Marisc. d. cap. 2. lib. 2. nu. 14. in fin.* quod accidit in persona Illustrissimi Prioris Barij Saluzzi, *vide Seraphin. decis. 594. num. 20.* Nisi essemus in fructibus pendentibus maturatis, & à solo minimè separatis seu nõdum exactis vsque ad diem apprehensionis possessionis per beneficiatum, qui spectarent ad Cameram

Apo-

Apostolicam, vt per breue Sixti V. relatum per *Quarant. verb. spolia clericorum fol. 608.*

7 Declaratur tertio, vt pensio debeat diuidi pro rata temporis, *Couarruu. loc. cit. n. 13. Gutier. nu. 9. vbi sic firmat D. Rice. resolut. 117. p. 2. Tamen Marescott. d. cap. 2. lib. 2.* simpliciter affirmat pensiones decursas in vita pensionarij deberi hæredibus, sed vide *Canz. loc. cit. num. 105.*

8 Declaratur quarto, quod si ex fructibus sit empta res aliqua, si non constabit rē fuisse emptam nomine cleri, sed nomine Ecclesiæ, vel essemus in dubio, tunc res ipsa ad Cameram spectabit *Ludouic. decis. Perus. 32. nu. 16.*

9 Declaratur quinto, vt quamuis sede vacante antiquus omnia emolumenta, quæ ex iurisdictione sigillo Curiæ, & aliis pertinētibus ad prælatum, talia emolumēta reseruabantur successori per *text. in alem. statutum de elect.* Tamen hodie obseruatur opinio *Genuens. in prax. Archiep. tit. de vac. sed. vac. num. 34.* vbi in fine inquit hodie emolumenta dari Nuntio, ex quibus deducuntur impensæ rationabiles puta pro salario Vicarij, quando Vicarius nulla reciperet emolumenta.

Verum *Quarāta in sum. bullarij dicto verbo beneficiorum possessio in addition. vers. quos fructus* affirmat, vt emolumenta, & fructus decurrentes, vt supra Episcopatuum regionem, & beneficiorum spectantium ad nominationem regis pertineant ad successorem non autem Cameræ Apostolicæ, vnde venit distinguendum, quod vel sumus in beneficijs, & Episcopatibus spectantibus simpliciter ad Sedem Apostolicam, & horum fructus, & emolumenta spectant ad eandem Apostolicam cameram, vel in pertinentibus ad nominationes Regis, & reseruantur successoribus, & iuxta eius opinionem consuluī Castellanatem ciuitati die 25. Maij 1627. tempore quo, vices Episcopi gerebam.

10 Declaratur sexto, procedere solum in fructibus naturalibus, & industrialibus non autem in annuis reddi-

Digitized by Google

ditibus pensionum domorum, affictuum, & alijs, vt est videre apud *Leonem de cess.146.par.2.*

SVMMARIA M.

1 *Beneficiati prohibentur testari de acquisitis ex fructibus Ecclesiasticis non obstante quacumque consuetudine in contrarium num.2.amplia nu.3 declarat num.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.& 14.*

3 *Beneficiati prohibentur testari de melioratione bus.*

15 *Bona an praesumantur acquisita intuitu Ecclesiæ.*

De beneficiorum fructibus prohibitis testari.

Super Bulla Pij IV.

1 PAtet *ex hac bulla emanata per Sanctissimum incip.graue nimis* beneficiatos quoscumque prohiberi testari, donare tam inter viuos, quam causa mortis, codicillos facere, legare acquisita ex fructibus ecclesiasticis, etiam ad fauorem piæ causæ, absque speciali licentia sanctæ Sedis Apostolicæ *Nald.in summa ver. beneficium nu.4.* & ratio videtur esse, nam beneficiati solum vsum habent, & cõparantur vsuario, *Menoch. cons.66.nu.9. Molin.de primog.lib.2.c.10.num.43. Rodriq.q.reg tom.3.q.74. artic. 4. Azeued.l.13 n.2.tit.8.lib. 5. nouæ recopil. & cons.31. nu.6. Azor.instit.moral. p.2. lib.7 cap.8.q.1. Cened. ad decret. collect. 12. num.3.* vbi clericus testari non potest de fructibus beneficij, vel de bonis occasione dictorum fructuum acquisitis.

2 Cuius dispositionis conclusio ampliatur primo, procedere non obstante qualibet consuetudine in contrarium existente, vt optimè dixit *Garz. Iurisd.12. Nauarr.de reddit.q.3.n.10. Molin.de instr.sacerd.tract. 2.c.15.§.2. cum seq. Beia respons.cas.consc.par.2.casu 1. & alij relati per Valer.different.inter vtrumq; forum verb. testamentum differ. 11 vers.at in foro habetur in 9. declarat.*

3 Ampliatur secundo, vt nec possit testari de melioration bus factis per beneficiatum in re beneficiaria

Digitized by Google

textus est notabilis in *cap. fin. de pecul. cleric.* quem sæpe in facti contingentia consului, habetur enim ibi meliorationes factas per clericum beneficiatum in terris Ecclesiæ puta vineis agris, & aliis esse suas vsque ad mortem, non tamen de illis disponere valebit *Bursat. cons. 226 num. 93. & seq. Bellet. disquisit. clerical. §. 4. n. 2. de ben. cleri. Genuens. pract. eccles. q. 614.*

4 Declaratur primo præfata conclusio, vt clerici curiales, & incolæ vrbis, ac ciues Romani originarij in vrbe, & eius districtu intra decem milliaria decedentes possint liberè disponere de fructibus, & emolumentis suorum beneficiorum, & similiter nõ faciunt spolia de bonis in dicta vrbe, & eius districtu prædicto existentibus, vt probat *Nauarr. cons. 15. n. 5. it 9. de regul.* & ita nouissimè statuit Paulus V. Sanctissimæ recolendæ memoriæ in bulla incip. ineminenti sub die 8. Aprilis 1606. *teste Nald. in summa verb. clericus n. 45* quam de verbo ad verbum extendit, quod priuilegiũ non habent beneficiati beneficijs personalem residẽtiam requirentibus, si extra residentiam recedant per const. Pij IV. de anno 1564. contra non residentes æditam, quorum bona Ecclesiasticis fructibus acquisita applicat Cameræ Apostolicæ, rescisa, & sublata eisdem licentia generali eis concessa, & specialem, si eã obtinuerint quam eis saluã reseruat si residеant.

5 Declaratur secundo, vt licitè possint testari de illis rebus acquisitis occasione beneficiorum, quæ sibi acquisiuit, seù reliquauit parcè viuendo, ac si disponeret de bonis patrimonialibus, *Nauarr. man. c. 17. num. 91. & Nald. in summ. loc. cit. nu. 15. Victorell. in annot. ad Tolet. in sum. lib. 5. c. 4. vers. bona q; Molin. de primogen. lib. 2. c. 10. nu. 50. Azor. p. 2. lib. 8. c. 3. q. 2. Zerol. in praxi Epis. p. 2. c. 5. n. 39. Thesaur. for. Eccles. p. 3. c. 3. n. 16. Less. de iust. lib. 2. cap. 4. num. 39. & seq. & cap. 19. num. 41. Garz. de benefic. p. 2. cap. 1. num. 9. Ludouis. decis. 401. num. 6.*

6 Declaratur tertio, vt possint clerici beneficiati testari, ac relinquere alimenta filijs spurijs, ac dotare filias spurias etiam ex bona

Ec-

Digitized by Google

Ecclesiæ per ea, quæ dixi infra *de illegit. inhab. ad suæ cessionem cleric. nu.*

7 Declaratur quarto, quando clericus beneficiatus testaretur, aut donaret acquisita ex bonis Ecclesiæ alicui ex causa remunerationis, facit *text. in d. cap. fin. verb. pro seruitijs de pecul. cleric. Rebuff. in compend. alien. nu. 62. Bellet. titul. de bon. cleric. §. 5. n. 7. Ludouic. decis. 401. nu. 3.* nam prælatus ex causa remunerationis donare potest, *Rot. apud Rot. apud Farin. decis. 241. num. 2. par. 2. in recenti quã citat Nauarr. conf. 6. num. 5. de donat. latè Menoch. de arbitr. iudic. casu 434.* vbi donatio remuneratoria facta à Prælato pro remuneratione accepti beneficij valet, hinc infertur emphiteusim posse concedi alicui in remunerationem seruitij de aliqua re Ecclesiæ cum parua pensione, *Surd. decis. 290. Flor. de Mena var. lib. 1. q. 7. §. 1. nu. 21.* nam emphiteusis sic concessa videtur empta, *Pereir. in responso pro societ. Iesu nu. 16.* & quod ex causa remunerationis non prohibeatur beneficiatus donare *Iaf. cons. 10. nu. 18. vol. 3. Bero. cons. 129. nu. 26. vol. 2 Glorit. resp. 1. p. 2. num. 33.* vt dicimus de tutore, qui pariter potest donare propter benemerita *l. cum plures §. cum tutor vbi glos. ff. de admin. tutor. Roman. cons. 50. & Surd. decis. 140. nu. 34 & faciunt dicta per Gratian. discept. forens. c. 202. num. 4. & 5. & Maur. alleg. 15. 17. & 23.*

Quæ donatio remuneratoria nõ debet excedere terminos remunerationis idẽ *Menoch. d. casu 434. num. 3. Tiraq. in l. si vnquam verb. donatione largitus num. 25. de donat. Vinius commun. opin. lib. 3. tit. 23. num. 21. pa. 761.* donatio enim remuneratoria meritis æquipollere debet, nã etsi excedat in excessu est donatio simplex *Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 7. num. 17. Garc. de donat. remun. nu. 51. Sanchez de matr. lib. 6. disput. 6. num. 6.*

8 Declaratur quinto, vt clerici de patrimonio eorũ possint bene concedere testamentum, illud donare, vel legare, & idem de bonis obtentis iure cognationis, vel arte, doctrina, industria, ingenio, aut donatione cõsanguineorum amicorum,

vel aliorum *cap. quianos de testam. Azor. instit. moral. par. 2 lib. 7. cap. 8. & cap. 10. quæst. 1. in princip. Barbos. in l. diuortio p. 2. nu. 66. ff. soluto matrim. Azeue. per text. ibi in l. 13. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. optimè Pereira decis. 98. Canalc. decis. 34. p. 1.* qui loquitur de animalibus, & idem de acquisitis ex propria industria, aut labore sibi promissis *Hostie. Ant. Car 1. 1 mol. in cap. quia nos, & in cap. cum in officijs vers. nota quod clerici.*

9 Declaratur sexto, non procedere in pompa funerali, & in alijs, de quibus per *Ginrbam in consuetud. Cassan. fol. 714. Capic. decis. 84. Anna sing. 258. Pellic. in consuet. Auers. cap. 3. nu. 516 Vrsill. ad Aflict. decis. 91. num. 4. & Dom. Riccius collect. 483.*

10 Declaratur septimo, non procedere quando clerici haberent indultum testandi, vt ibidem in *d. constitut. cauetur latè Redoan. de spol. quæst. 7.*

Beneuerum huiusmodi testandi facultas, non validabit testamentum antea factum, ita *Rota Romana apud Farin. decis. 1. verb. testandi facultas.*

11 Declaratur octauo, vt beneficiati liberè possint testari de distributionibus quotidianis quidquid dicat *Garz. de benefic. cap. 1. par. 2. nu. 5.* quia licet quodammodo dici possit distributiones quotidianas acquiri intuitu Ecclesiæ, tamen principaliter dantur intuitu personæ propter diurnam operam assiduũq; seruitium, atque obsequiũ Ecclesiæ præstitum, vt docet *Moneta de distribution. quotid. par. 1. q. 1. in fin. & q. 4. circa med.* & sic etiam clerici habent quotidianarum distributionum dominium idem *Monet. p. 3. q. 1. conclus. 2.* quam opinionẽ substinent, *Clar. in §. testamentum q. 27. num. 7. Azor. instit. moral p. 2. lib. 7. cap. 9 q. 10. Roderiq. quæst. regul. tom. 3. q. 74. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 19. §. 2. sub nu 6 & Bellect. disquisit. cleric. d. §. 6. nu. 17.*

12 Declaratur nono, vt possint beneficiati testari de consuetudine de acquisitis ex beneficio, maximè si consuetudo sit immemorabilis, *Spina in speculo testam. rubr. glos. 14. num. 14. Garz. de benefic. d. cap. 1. num. 16. Moneta de distrib. d. p.*

Digitized by Google

d.p.3.q.2.num.5. qui plures refert, atteſtando conſuetudinem in Hiſpania quoad clericos Epiſcopis inferiores, quod poſſint de illis teſtari, & ab eis inteſtato ſuccedi, *Molin. de primoge. lib. 2. cap.10.d nu.53. Duen. reg. 366. Guttier. practic. lib.2. q.114. D. Riccius collect. deciſ.* 718. *& Barboſ. de poteſt. Epiſc.p.3.alleg.* 113. *nu.6.*

13 Declaratur decimo, vt valeant in vita diſponere de fructibus beneficiorum, nam prælati habētes adminiſtrationem in vita æquiparantur vſufructuarijs, & poſſunt per actum inter viuos de fructibus diſponere *iuxta gloſ. communiter receptam in cap. perſona verb. reuocari de offic. ordin.in 6. Rot.deciſ.*41. *nu.2.de probat. in antiq.*& ex ipſis non ſolū poteſt, ſed etiā tenetur dotare conſanguineas paupere*s Cappell.Tholoſ. dec.*290 *num.9.nu.9. Boer.deciſ.*129. *nu.*8.*Silueſt.in ſumm.verb. clericus nu.*11.*q.*15.*Surd.de alim. tit.* 8. *priuil. quæſt.2. num.* 5.

14 Declaratur vndecimo, non procedere in fructibus penſionum, de quibus clericus, ſeù penſionarius videtur poſſe pro libito diſponere, nam penſio non eſt beneficium Eccleſiaſticū, ſed aliquod prophanum in mera temporalitate conſiſtens, vt *DD. in cap.ad audientia de reſcript. &* Card. *& Imol.in clem.* 1. *de ſuppl. neglig. Prælat.Gigaſ.de penſ. q.*1.*nu.*2.*& q.*25. *num.*4.*tenuit* Rota *in vna Turitana penſionis* 31. *Ianuarij* 1567. *coram Grato*, licet contrarium mādaſſe Paulum III. per eius breue ſub die 3. Martij 1543.refert *Redoan. de ſpol. Eccleſ. q.*3. *num.*12. per quod breue apparet pēſiones,& penſionum termi nos eſſe ſpolia venire appellatione ſpoliorum, & illas vti ſpolia per collectorem colligi tamquam ad Camera Apoſtolicam ſpectantia.

15 Sed an bona præſumantur acquiſita intuitu Eccleſiæ, & occaſione ipſius ad effectum, vt intrent termini huius conſtit. *vide latè Redoan de ſpol. Eccleſ. q.*9. Vnde conſtituas regulam, acquiſita per beneficiatum præſumi de bonis Eccleſiæ quando non habent alia bona *cap.*1 *de pecul. cleric. Roman. conſ.*159. *nu.*4. *Menoch. de arbitr. iudic. caſu* 195.*num.*9.*& præſumpt.*53. *lib.*

lib. 3. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de bon. cleric. §. 2. n. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 202. num. 2. vbi num. 4. ſubdit, quod ſi dubitetur ex cuius bonis acquiſita per beneficiatum ſint, in dubio pro Eccleſia præſumuntur idem ſentijt *Rot. Romana apud Seraphin. deciſ. 594. nu. 9. par. 1. & Ludouiſ. de. viſ. 87. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio beneficij non adipiſci poteſt abſque bullis apoſtolicis, alias intruſus dicitur num. 2. amplia, vt nu. 3. 4. 5. 6. & 7. Declara vt nu. 8. 9. 10. 11. & 12.*

De Beneficiorum poſſeſſione capienda.

Super Bulla Pij V.

PEr *hanc bullam incip. Sanctiſſimus in Chriſto Pater aditam per Sanctiſſimum Pium V.* fuit innouata *extranagans iniuncta de elect.* & mandatur prouiſũ
1 à Sede Apoſtolica de quocumque beneficio, non poſſe poſſeſſionem illius adipiſci, niſi literis expeditis, & capiens poſſeſſionem ex ſola ſupplicatione ſignata literis ſuæ prouiſionis nõ expeditis, omne ius, quod in beneficio habet amictit, & de cętero ad illud obtinendum inhabilis redditur, & merito fuit id ſtatutum, nam gratia Sũmi Pontificis dicitur informis ante confectionem literarum apoſtolicarum per reg. Cãcell. 26. vbi addentes, latè *Garz. de benefic par. 5. cap. 1. num. 10. cum ſeqq. & Monald. conſ. 4.* prout etiam ingrediens dicitur intruſus
2 & nudus detentor, & contra eum fieri poteſt impetratio, vt Rota iudicauit in vna Virdunen. Parochialis 23. Iunii 1586. coram Giptio.

3 Ampliatur à maiori, vt non poſſet ſe ingere, & immiſcere adminiſtrationi bonorum beneficii per *text. in cap. auaritia de elect. in 6.* latè D. *Riec. collect. 698. &* 1476. hinc approbatus ad beneficium obtinendũ non poteſt ſe ingerere in adminiſtratione bonorum ante literarum expeditionem, *Macer. reſolut. 112. caſu 27. lib. 1.* & non tantum habet locum in beneficijs ſimplicibus, ſed etiam iuriſpatronatus,

Digitized by Google

natus *Dom. Rice. decis.* 339. *p.* 3. & *Gomes. decis.* 25.

4 Ampliatur secundo, vt ex aquæ benedictæ aspersione in Ecclesia beneficij dicatur quis incidisse in pœnas huius bullæ *iuxta decis. Cresc.* 6. *de iur. patr.* vbi fuit dictum, quod ex aquæ benedictæ aspersione dicitur quis ingerere administrationi.

5 Ampliatur tertio, vt sufficiat captura possessionis per Notarium, facta, ad incurrendam pœnam contentam in bulla, nec requiritur, perceptio fructuum, prout tenent *Puteus decis.* 45. *lib.* 3. & *facit text. in cap. si tibi concesso de prabend. in* 6. & *decis. Seraphin.* 953. *p.* 1. loquentes secundum terminos *cap. auaritiæ de elec. in* 6. cuius dispositio versatur circa administrationē, & ibi necessaria est perceptio fructuum, non autem hic, differunt enim captura possessionis ab administratione.

6 Ampliatur quarto, vt possidentes talia beneficia literis non expeditis non iuuentur regula triennali, quæ excludit intrusos, *optimè Cresc. decis. vnica de prag. script. D. Riccius collect.* 505 *Seraphin. dec.* 1060. & 1068.

7 Ampliatur quinto, vt nec præfato defectui possit per ordinarium dispensari vti inferiorē *vulg. cap. cum inferior de maior.* & *obed.* faciunt dicta per nos infra de benefic. resig. & permut. vers. quæri etiam secundo posset.

8 Declaratur primo, vt impetrans beneficium sic vacantem, debet concludenter probare possessionem beneficii fuisse captam literis non expeditis, quia est materia obiectiua, vt fuisse iudicatum in vna Canonicatus 20. Martij 1556. corā Card. Quiroga testatur *Nouarius frater in praxi dat. in solutum q.* 2. *sect.* 1. fundans enim se in aliquo tenetur illud probare maximè in beneficialibus *Rota decis.* 7. *de except.* & 6. *de re iudic. in antiq. Anchar. cons.* 233. *Cardin. Tusch. conclus.* 117. *nu.* 29. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 11. *nu.* 29. & 30.

9 Declaratur secundo, vt pœna dictæ constitutionis non procedat, quando ex instrumento adeptæ possessionis non constat fuisse in adeptione habitam relationem ad supplicationem, & potuisse capi ex alio titulo

vt

vt fuiſſe reſolutum per Rotam in vna Placentina Cappellaniæ 21. Maij 1601. coram Eminentiſsimo nunc Cardin. Pamphilio teſtatur *D. Riccius deciſ. 237. p. 3.*

10 Declaratur tertio, pœnam dictæ conſtitutionis limitari in eo, qui abſque dolo, vel culpa cœperit poſſeſsionem non expeditis bullis doctrina eſt *Abb. in c. quia plerique nu. 11. de immun. Eccleſ.* & ratio videtur eſſe nam diſpoſitio bullæ fundatur in præſumptione in illis verbis (*apprehenderè præſumpſerint*) quod verbũ excuſat eum, qui absque dolo, vel contemptu illud facit, *iuxta deciſ. Sair. fin. de reb. Eccleſ. non alien. Quarant. in ſumm. bull. verb. alienatio bonorum Eccleſiæ nu. 9. fol. 12. D. Riccius reſol. 19. par. 2. Seraphin. deciſ. 1484.* Et ideo refert vt non ſit irregularis is, qui contra diſpoſitionem *S. C. T. ſeſſ. 22. cap. 8. de reform* ordine ſacro inſignitus in eo miniſtrauerit bona fide ſine dolo ſibi licere putans alioquin non facturus *Nauar. in cap. accepta cap. 8. nu. 34. de reſtit. ſpoliat.* & hoc propter verbum præſumpſerit in ea appoſitum cum diſpoſitio puniens aliquid præſumentem, non comprehendat eum, qui bona fide ignoranter, aut imprudens ſeu inaduertens facit iuxta doctrinam *Cardin. in clem. 1. q. 39. de priuil.* vnde ſi quis bona fide parentum teſtimonio credendo ſe legitimam ætatem habere cum non habeat fuerit ordinatus non incurreret pœnã aliquã *Nauarr. conſ. 50. de tempor. ordin.* & facit etiã *deciſio D. Ricc. 51. par. 3.* vbi ad incurrendam pœnã bullæ requiritur dolus nam S. C. T. fundatur in verbo præſumpſerit. Et quod poſſeſſor ad effectum, de quo loquimur debeat eſſe in dolo vel lata culpa videas deciſ. *Farin. 652. vbi latè.*

Cenſerem tamen, quod quod ſi is, qui cæperit poſſeſsionem, eſſet Doctor nõ poſſet ſe excuſare id egiſſe ex ignorantia per ea quæ allegat *D. Riccius deciſ. 53.* quia tanquam peritus in arte non debet ſe excuſare & iuſtus ignorantiæ prætextus non poteſt cadere in Doctore, vt voluit *Rota apud Seraphin. deciſ. 1483. par. 2.*

11 Declaratur quarto, vt pœna huius conſtitutionis ceſſat

Digitized by Google

ceſſet ſi extaret neceſsitas, vel vtilitas illius Eccleſiæ, & inſimul concurreret licentia ſuperioris *ſecundum DD. in d. t. auaritiæ, Oltrad. conſ. 9. & Macer. reſol. 112. caſu 27.* hinc, merito videmus, quod alienatio bonorum Eccleſiæ de iure prohibita, ſtante neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ fieri vtique poteſt accedente conſenſu ſuperioris vulgatis iuribus ex quo neceſſaria cauſa facit permiſſum id quod alias de iure eſſet prohibitum, vt latè probat *Card. Tuſc. concluſ. 18. per tot.* cum neceſſaria ſubiaceant legibus, & conſtitutionibus, *cap. exijt de verb. ſignific. in 6. t. quod non eſt licitũ de reg. iur. in 6.* & quæ dicuntur fieri in neceſſitatem, non dicuntur fieri cũ fraude, & dolo, quæ per noſtram conſtit. requiruntur *Gozadin. conſ. 87. num. 15. Pariſ. de reſignat. benefic. tom. 1. lib. 2. quæſt. 3. nu. 40.*

2 Declaratur quinto, ad hoc, vt pœna huius conſtitutionis locum obtinere poſſit, requiritur ſententia declaratoria Iudicis, & proinde nunquam poſſent cõferri, nec impetrari beneficia illorum, quorum poſſeſſio fuerit capta non expeditis literis Apoſtolicis, niſi prius facta ſententia declaratoria per ordinarium, nã in pœnis ipſo iure incurrendis, & iuribus ipſo iure cõperentibus, ſemper requiri ſententiam declaratoriam ſtatuit *text. in cap. eam ſecundum de hæreti. in 6. Magon. deciſ. 16. D. Carauit. in rit. Cur. Archiepiſc. 3. num. 14. latè Illuſtriſſimus Epiſcopus Riccius collect. dec. 303.* quamuis in conſtitutione, ſeù lege diceretur ipſo facto, prout in caſu noſtro, ita in pũcto ſequitur *Frãc. Marc. deciſ. 810.* qui loquitur in materia can. ſi quis ſuccedente diab. quare infertur ad clericũ ſuccedentem in feudo, nam licet ipſo iure, & ipſo facto incurrat pœnam priuationis, attamen requiri ſententiam declaratoriã ſcripſit *Graſſ. de effect. cleric. plures referens effect. 4. num. 6.* & ratio huius concluſionis eſſe videtur, nam ſi conſtitutio voluiſſet non requiri ſententiam declaratoriam expreſsiſſet, prout alias exprexit *S. C. T. ſeſſ. 13. cap. 1.* in materia reſidentiæ, vt nõ reſidentes incurrant pœnas abſque ſententia declara-

Digitized by Google

toria, idemque videtur disposítum in pœna alienantis bona *contra extrauag. ambitioſe*, vt ibidem habetur, imo ſecundum opinionem *Genuenſ. in praxi Cur. Archiep. c. 7. nu. 7. circ. med.* etiam ſi eſſet dictum incurri pœnas abſque alia declaratoria adhuc illam requiri firmauit, faciunt dicenda per nos infra *tit. de habit. cler. & per Dianam reſolut. moral. p. 1. in miſcel. reſolut. final.*

Et ideo erit animaduertendum, non poſſe deueniri ad priuationem dictorum beneficiorum, niſi citatis ipſis poſſeſſoribus, & cum euidenti ratione, ſiquidem poſſeſſio nemini auferri debet etiam ſi iniuſtè videatur poſsideri ipſo non citato *c. in literis de reſtitt. ſpoliat. c. licet Epiſcopus de prabend. in 6. l. colonus, & l. cum fundus ff. de vi, & vi arm* Mantic *deciſ. 194. num. 3. Gratian. diſcept. forenſ 890. num. 21. Macer. reſolut. 57. lib 1. & fusè de more ſuo D. Regens Valenz. conſ. 58. optimè Thomat. deciſ. 16.* vbi deciſum refert emphiteutam non poſſe amoueri à ſua poſſeſsione, niſi præuia citatione ad inducendam deuolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non poſſunt impetrari à conſanguineis affinibus, & alijs perſonis iudicis priuantis beneficiatos, limita in beneficijs iuriſpatr. nu. 13.*

2 *Nepotum appellatione, qui veniant.*

4 *Conſanguineus vſq; ad quē gradum dicitur.*

5 *Familiares qui dicantur.*

6 *Magiſter actorum dicitur familiaris.*

7 *Vicarius Epiſcopi dicitur familiaris.*

8 *Carcerarius dicitur familiaris.*

9 *Familiaris non dicitur quis licentiatus ante vacationem beneficij.*

10 *Familiaris Vicarij vel Auditoris an dicatur familiaris Epiſcopi.*

11 *Familiaritas quomodo probetur.*

12 *Familiaris differt à domeſtico.*

De

De Beneficiorum priuatione.

Super Bulla Pij IV.

STatuitur per hanc constitutionem incip. cupientes vnicuique. æditam
1 per hunc Sanctiſsimum Pō tificem beneficia non poſſe impetrari per nepotes, conſanguineos, affines procuratores, ſollicitatores domeſticos, vel familiares Iudicis priuantis beneficiatos dictis beneficijs, adeo quod prohibentur tales Iudices præfatis beneficia conferre.

2 Pro cuius conſtitutionis choronide, non erit prætermittendum, quod appellatione nepotum de propria ſignificatione veniunt deſcendentes à filio, & ſic filius filij, ita *Dyn. conſ. 16. nu. 8. Feder. de Sen. conſ. 39. Card. Tuſch. concluſ. 44. n. 1. Rota deciſ. 542. num. 4. p. 1. in recent. Viuian. deciſ. 71. nu. 2. poſt prax. iur. pat.*

Et propterea quãuis appellatione nepotum non veniant filij fratris ex proprietate ſermonis, ſed per improprietatem, & ſecundum communem vſum loquendi, vt in terminis huius bullæ vtique continentur arg. eorum, quæ ſcribit, *Bald. in l. ſi auta in vlt. net. Abb. in cap. per tuas de probat. Feder. de Sen. conſ. 39. Card. Tuſch. d. concluſ 44. nu. 2. & 3. & Viuian. loc. cit. num. 1.*

Et non ſolum venire ne potes, ſed etiam pronepores ex propria ſignificatione vocabuli, *Ruin. conſ. 166 num. 8. lib. 1. Pariſ. conſ. 20. nu. 23. lib. 1. Caſſan. conſuet. Burg. rubr. 7. §. 10. nu. 17. Gozadin. conſ. 56. Crauett conſ. 55. Aleiat. conſ. 59. lib. 9. Car. Mantic. de coniect. vltim. volunt lib. 8. tit. 8 in fin. nu. 24. Gabr. de verb. ſignif. concl. 1. nu. 44. & D. Regens Valentzuela primarius Iureconſultus in eius conſil. 7. nu. 12.*

3 Prout etiam pro intelligentia terminorum dictæ conſtit. erit notandum appellatione conſanguineorũ venire non ſolum agnatos ad *text. in l. ſi ſpurius ff. vnde cognati, & l. ſi poſt ſuos ff. de ſuis, & legit. hared. Alex. conſ. 82. & conſ. 129. nu. 10. Grat. conſ. 43. nu. 19. & 20. lib. 1. Bero. conſ. 83 Simon de Pret. de interp. vltim. volũt. fol. 298. num. 21. Peregrin. de*

Digitized by Google

fideicomm. artic. 22. *n.* 35. & *Fusar. de subst. q.* 364. *nu.* 1. Sed etiam venire etiam cognatos, *Tiraquel. de retrac. lignag.* §. 1. *glos.* 9. *nu.* 5. *Gomes. decis.* 102. *lib.* 1. *idem de Pret. nu.* 21. *Peregr. n.* 35. & *Fusar. nu.* 2.

Vnde illorum appellatione venit pater, *Cattr. cõs.* 421 *lib.* 2. *Rota in vna Perusina fideiuss.* 2. *Aprilis* 1612. *coram Manzaneda apud Farin. decis.* 385. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* veniunt etiam naturales, nam ex eodem sanguine procedunt *Peregrin. ibidem nu* 89 *Vivian. decis.* 45. *nu.* 2. *D. Riccius decis.* . *par.* 4. & sic etiam coniuncti cognatione spirituali, *cap. coram de offic. deleg. cap. fin. de postul. Ferrer. in constit. cathalon glos.* 3. *nu.* 72. *Staibun. conf.*

4 Sed vsque ad quem gradum quis dicatur consanguineus ad hunc effectum videatur *Gratian. discept. forens. lib.* 1. *c.* 77. qui loquēdo in terminis huius bullæ firmauit prohiberi collationem talium beneficiorum vsque ad quartum gradum de iure Canonico, & meritò nam gradus computatio fieri debet secundum dispositionem legis, à qua dependet prohibitio illius rei, in qua facienda est gradus computatio, *Roman. in l. si auia C. de successor. edic. Magon. decis.* 105. *nu.* 4. *Viscont. conclus. iur. verb. gradus.*

5 Similiter cum & familiares prohibeantur assequi alia beneficia, ideo ad ornatum scire oportet appellatione familiarum in hac materia verè, illos comprehendi, qui expensis illius, cuius dicuntur familiares continuo, viuunt, & morātur cum eo indequè continui comēsales dicuntur, *e. ficut nobis de verb. signific. in* 6. *Anchar. conf.* 398. *Bellam. conf.* 20. *num.* 9. *Gomes. in regul. impetr. benefic. vacant. per obit. fam.* vbi quod scilicet inseruiant actu, & viuāt expensis domini *Mascard. conclus.* 751. *Cardin. Tusch. conclus.* 72. *num.* 1. & 29. *fusè Dmeus Regens Valenzuela Iureconsultus peritissimus in conf.* 57. *Cardi. Seraphin. decis.* 1251.

Quare euenit non censeri familiarem ex solo obsequio præstito per triennium Episcopo in eius domo *Dom. Riccius decis.* 282. *par.* 1.

6 Sed an magister actorum di-

Digitized by Google

dicatur familiaris, Curia, Archiep. Neap. affirmatiuã opiniouem seruauit in collatione beneficij Sanctæ Mariæ dell'Arco Casalis Miani, quo fuerat beneficiatus priuatus, & ideo fuit dictum, non potuisse conferri per Eminentissimum Dominum Archiepiscopũ magistro actorum dictę Curiæ iuxta *decis. Rot. Marchie apud Gratian. decis. 233. & Macerat. resol. 75. lib. 1.* & quamuis non poterat appellari familiaris, ex quo viuebat expensis proprijs, attamen, quoniam eius officium est adeo necessarium, vt absque illo curia exerceri non possit, propterea appellari familiarem, sentijt *idem Gratian. latè disceptt. forens. lib. 3. cap. 340.* quo fit vt magister actorũ delinquens etiam extra officium gaudebit priuilegio fori, *latè idem Gratian. cap. 341. eod. tom. 1. D. Riccius in praxi Episcop. par. 1. in antiq. decis. 449.* Idemque vi-
7 detur dicẽdum ex eadẽ ratione de Vicario Episcopi, vt dicatur familiaris ad tradita per eũdẽ *D. Ric. in prax. dec. 537. p. 1. in antiq.* & sic ẽt
8 carcerarius quamuis non viuat expẽsis Episcopi, dũmodo maneat sub seruitio ipsius dicitur familiaris idẽ *D. Riccius decis. p. 4.*

9 Vbicunque tamen quis verè, & realiter fuisset familiaris, sed tempore collationis beneficij non reperitur familiaris, vti dimissus possunt ei conferri talia beneficia, ex quo licet vera sit iuris conclusio, familiarem de præterito, præsumi etiam familiarem in futurum, nisi contrarium probetur, vt per *Gam. d. q. 13. num. 5. Simonet. de reseruat. q. 36. num. 4. Gambar. de offic. leg. lib. 3. nu. 164. Tamen Rota decis. 584. nu. 3. par. 1. in recent.* asseruit familiaritatem cessare, quoties familiaris fuisset licentiatus, & dimissus *Sarn. q. 13. n. 84. Crescent. decis. 18. num. 1. de probation. fuit dictum in quadam Vlixbonen. beneficij de Arãbuca 7. Februarij 1618. coram Eminentissimo Cardin. Pamphilio.*

10 Sed an familiaris Vicarij, vel Auditoris Cardinalis, siuè Episcopi si comodat cum eius familiaribus, dicatur familiaris negatiuã sentẽtiam tenuit *Rota apud Crescent. decis. 5. de prabend.* iuxta quã consului in quadam facti contingentia.

11 Quo-

11 Quomodo verò probetur talis familiaritas, *eadem Rot. decis. 116. num. 1. apud Farin. p. 2. in recent.* voluit plenè probari per testes deponentes de scientia, & cõmuni reputatione, & quod testes singulates demonstrãtur ad probandam familiaritatem si deponant de actibus in particulari, qui omnes tendant ad probandum in genere familiaritatem, *fuit dictum in vna Regien. Cappellania 2. Decemb. 1619 coram Eminentissimo Card. Cauallerio.*

12 Et non solum familiaribus, sed etiam domesticis videtur prohibita collatio beneficiorum præfatorum, maxima enim differentia est inter familiares, & domesticos, nam familiaris est ille, qui alicui inseruit recipiendo mercedem diuturnam menstruam, vel annuam, *Cabatl. casu 299. nu. 6.* Domesticus verò est ille, qui maiori parte cohabitat cum altero *Bal. in l. 2. C. de testam. sequitur Felin. in cap. insinuant de offic. deleg.*

13 Tu autem aduertas beneficia iurispatronatus non comprehendi sub hac dispositione, & ideo beneficium iurispatronatus, de quo quis fuit priuatus per Episcopum, seu Vicarium posse per Episcopum, vel Vicarium conferri suo familiari non obstante hac constit. per quam annullantur collationes beneficiorum vacantium ex causa priuationis factæ affinibus, & familiaribus Iudicis, vt in specie notauit *Garz. de benefic. p. 11. cap. 3. nu. 268. & optimè Gratian. discept. forens. cap. 809. tom. 5. D. Riccius decis. 81. par. 3.* & faciũt dicta per eundem *dec. 205. p. 3. & extat declaratio Sac. Congreg. relata per Quarãt. verb. beneficiorum resignationes vers. ad maiorem dilucidationem fol. 115.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia reseruata, affecta, vel vacantia in mense apostolico sunt reseruata, & non conferuntur per ordinarium declaratur, vt nu. 3. 4. 5. 6. & 7.*

2 *Collatio de beneficio reseruato affecto, vel vacante in mense apostolico est nullius momenti.*

De

De beneficiorum reseruatione.

Super Bulla Pij IV.

1 OMnia beneficia reseruata, affecta vel vacãtia in mense Apostolico mõ possunt conferri per ordinarium sub pœna priuationis ipsorum beneficiorum facultatis conferendi, & excommunicationis ita sancitur per *constit. prænominati Pontificis incip. volentes sub die 22. Aprilis 1561. & in alia incip. cupientes sub die 25. eiusdem mensis, & anni, & idem probat Reg. Cancell. 5. verb. siue ad nos, & in clem. pen. de præbend. Rot. decis. 1. de rer. permut. in nou. num. 5. Simon. de reseruat. q. 30. Couarr. pract. qq. cap. 36. Gomes. ad reg. trien. q. 3. Paris. de resign. benefic. p. 5. cap. 1. a nu. 68. Barbos. de potest. Episcop. p. 3. alleg. 57. nu. 22. & D. Riccius collect. 91. & 819.*

2 Vnde si ordinarius prouideat de beneficio affecto vacante in mense apostolico, vel in Curia, prouisus nullum habebit titulum coloratum *Valasc. consil. 79. num. 7. et seqq.*

3 Declaratur modo, quando esset elapsus mensis à die vacationis, nam si infra mensem Pontifex deficeret conferre beneficium, poterit ordinarius illud cõferre, & mensis currit Pontifici etiam ignorãti, *Faber decis. 32. 35. et 36. de sacros. Eccles. per text. in cap. Statutum de prabend. in 6.* cuius dispositio his temporibus non viget secundum *Grieuell. decis. 131.* & sic videmus semper obseruari.

4 Declaratur secundo, vt ignorantia excuset Episcopos conferentes beneficia reseruata quo ad excõmunicationem solum, nam huiusmodi bulla continet in se verbum præsumpserit, quod verbum præsumptio non cõprehendit ignorantiam iuxta notata per *Sayr. decis. fin de reb. Eccles. non alien.* & ideo non dicitur Episcopus excommunicatus, sed collatio beneficij erit nulla *Fabr. decis. 21. de sacros. Eccles.*

5 Declaratur tertio, vt prouisus ordinario de beneficijs reseruatis non teneatur ad restitutionem fructuum ante motam litem, quando reseruatio non est noto-

notoria, nec inserta in corpore iuris fuisse decisum in Rota Romana refert *Ludouisius olim Sanctissimus decis.* 74. nam ad hoc vt fructus non veniant restituendi, sufficit ab initio bona fides, & iustus titulus, & sic prouisio ordinarij, *Rot. decis.* 4. *de restit. spoliat. in nouis, & decis.* 310. n. 2.

6 Limita tertio in beneficijs iurispatronatus laicorũ *Lap. alleg.* 196. *Couarr. d. cap.* 38 *num.* 2. *Spin. in specul. testam. glo.* 4. *num.* 44. *Azeued. in. nouis. tit.* 6. *lib.* 1. *noue recopil. Gonzalez ad regul. Cancell. glos.* 17. *num.* 2. *Cened. collect.* 21. *num.* 2. *Barbos. d. alleg.* 57. *nu.* 27. *Mascar. resol.* 68. *lib.* 3.

7 Limita quãrto in beneficijs regularibus, quæ non veniunt sub reseruatione beneficiorum vacantibus apud sedem *Gonzalez glos.* 8. *nu.* 18. *idem Barbos. nu.* 32. *Put. decis.* 186. *lib.* 3 *Rota in antiq. decis.* 54. *de rescript.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia propter hæresim sunt Papæ reseruata.*

De Beneficiorum reseruatione ob hæresim.

Super Bulla Pij V.

1 EX vi huius bullæ *incip. cum ex apostolatus de anno* 1666. Beneficia vacantia propter hæresim sunt Papę reseruata vide *D. Ric. collect.* 1699.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficiorum in manibus ordinarij, & eũ causa fieri debet, declaratur nu.* 11. *& 12.*

2 *Causa resignationis.*

3 *Simoniacus nequit resignare beneficium absque licentia superioris.*

4 *Vicarius non potest admittere resignationem beneficij absque speciali mandato, idem de Rota Auditore nu.* 5.

6 *Resignatio beneficij, cuius redditus sunt inexigibiles non est admittenda.*

7 *Permutatio beneficiorum fieri debet in manibus ordinarij. Amplia vt nu.* 8. 9. *& 10.*

11 Per-

11 *Permutatio beneficiorum ſit ex cauſa vtilitatis, vel ne ceſſitatis probandæ n. 12.*

13 *Vtilitas permutantium an ſufficiat diſtinguit author num. 14.*

14 *Cauſa primaria, & non ſecundaria vtilitatis Eccleſiæ attenditur.*

15 *Vtilitas debet eſſe præſentanea, non autem futura.*

16 *Cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis deficiente, annullari an poſſit contractus.*

17 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare defectui cauſæ.*

18 *Ordinarij coguntur admittere permutationem conſtito de cauſa, alias daretur appellatio nu. 19.*

20 *Beneficia exiſtentia in diuerſis diœceſibus, ſi erint permutanda quid agendum.*

21 *Pœna conſtit. non habet locũ in ſimplici admiſſione, ſed ſequuta collatione.*

22 *Beneficia reſignata in manibus ordinarij non ſunt cõferenda, ſuis aut admittentium conſanguineis, affinibus, aut familiaribus, declara, vt num. 23. & 24.*

De Beneficiorum reſignatione, & permutatione.

Super Bulla Pij V.

Diſpoſitio huius bullæ publicatæ per hunc ſanctiſſimum Pontificem ſub die 10. April. 1568. incip. quãta circa duo verſatur, quo ad primum reſignatio beneficiorum debet in manibus ordinarij, & cum cauſa fieri, vnde ordinarius nullo modo poterit recipere reſignationes beneficiorum, niſi interueniente cauſa, alias, ipſe erit ſuſpenſus à collatione beneficiorum quouſque à Romano Pontifice remiſsionem detinuerit, & qui receperint, dicta beneficia, prædicta pœna ſubijciuntur, de qua materia vide latè *Pariſ de reſign. benefic. lib. 7. q. 1. cum pluribus ſeqq. & Dom. Rice. collect. 516.*

Circà hoc primum caput ante omnia eſt aduerrendum quamplures cauſas memorari ad hunc effectum in hac bulla.

2 Et vt illas enumerare in-

Digitized by Google

cipiam,annuo Primam eſſe vbi beneficiatus eſſet ſenex quod pariter de iure antiquiori probat text.in capite niſi cum pridem, vbi *Abbas num. 8. de renunc.* qui quando talis appelletur,ab Ordinarij arbitrio dependere debet *ex Menochio de arbitr. iudic. caſ. 59. num. 3. Genuen.in praxi cap. 53. nu. 1.in 2. edict. Rendin.in promptuar.recept.ſent.in fin.tom. 1.in miſcellan.num.4.& latè Nouarius frater de elect. fori q. 19.ſect. 1. Maſſobr.in praxi habend. concurſ. requiſit.7.dub.6.* vbi quod huiuſmodi arbitrium regulandum eſt ſecundum qualitatem perſonarum.

Secunda eſt infirmitas beneficiati, quæ qualis eſſe debeat eiuſdem Ordinarij arbitrio remittitur *Menoc. de arbitr.iudic. caſu 60. Genuenſ.d. cap.63.* & à quo ſit probanda, *vide Nouarium fratrem de elect. for. q. 10. ſect. 1.*

Et in hoc aduertas quālibet debilitatem impediētem ſeruitia Eccleſiæ ſiuè oriatur ex ſenectute, ſiuè ex morbo accidentali ſufficere *cap. niſi §. alia de renunciatione.*

Tertia eſt, vbi beneficiatus eſt corpore impeditus, verum impedimentum debet eſſe tale, vt non valeret agere id quod facere tenetur, vel niſi ſufficiens ordinario videretur *Genuēſ.loc. cit. Pariſ. de reſign. benefic. lib.5.q.6.nu.31. & 32. vbi à nu.16.* dat exemplum in leproſo,in ſcraboſo herculeo paralitico,apopletico in laborante morbo comitiali lunatico gallico, producente viſcera per corpus,in habente manus tremulas, vel continuam chiragram.

Quarta eſt,vbi beneficiatus eſſet cenſuris Eccleſiaſticis innodatus,quæ quidē diuiduntur in ſuſpēſionem excommunicationem, vel interdictū *cap. quarenti de verb.ſignific.*

Quinta eſt quando beneficiatus reperitur crimine obnoxius,puta ſi ſit adulter obnoxius, homicida, & ſimilis *Pariſ. de reſign. lib.1. q.6.Leiua in ſuo exam. Epiſcop.lib.4.c.58. nu.7.*

Sexta, vbi beneficiatus reperitur corpore vitiatus, puta ſi ſit cęcus, claudus, habēs manum mutilatam, vel articulatam, aut alias inhabilem, vel habens crus penitus abſciſſum,aut adeo contractum, vt ligneo vtatur

Digitized by Google

tur pede, vel esset cibibosus vel in alia corporis parte defectum habeat.

Septima, vbi beneficiatus, non potest, vel non audeat ob capitales inimicitias in loco beneficij tutus residere, quæ quidem inimicitia talis reputabitur ex lite super omnibus bonis, vel maiori illorum parte ex criminali accusatione, vel ex verbis iniuriosis aut similibus, *vt apud Mascardus de probat. conclus.* 898. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 42. *Decian. tract. crim. lib.* 3. *cap.* 25. *Farin. in prax. crim. q.* 49. *Et secundum Leina loc. cit. lib.* 4. *tit.* 57. *nu.* 10. inimicitiæ intelliguntur ad hūc effectum, quoties sunt tam arduæ, & homines tantæ malitiæ, vt prælatus apud ipsos proficere nequeat.

Octaua, vbi beneficiatus nequit, vel non debet Ecclesiæ aut beneficio inseruire, puta quando esset bannitus demoniacus, vel effectus mutus, aut viueret scādalosè, vel laboraret stomachi languore, & vomitu, nec non morbo caduco, vel tandem, quia esset illiteratus, *Paris. loc. cit. à nu.* 91.

Nona vbi beneficiatus, aliud, vel alia obtinuerit beneficia, vel contingerit ad aliud beneficium promoueri.

Decima, & vltima, quando beneficiatus intēderet, religionem ingredi, vel matrimonium contrahere, dūmodo statim re ipsa exequatur, licet vbi tractatur de ingressu religionis, debeat expectari annus quousque professionem emittat, & deinde fiet collatio *Fusus de visitat. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 18.

3 Ampliatur primo, vt neque simoniacus valeat renunciare beneficium absq; licentia superioris *D. Rice. resol.* 131. *p.* 2.

4 Ampliatur secundo, vt neque Vicarius possit recipere resignationem absque speciali mandato per ea, quæ refert *Strozz. de offic. vicar. q.* 86.

5 Ampliatur tertio, vt neque Auditor Rotæ habeat hanc facultatem admittendi resignationem absque speciali mandato *Rot. decis.* 15. *de iur. patr. in antiq.*

6 Ampliatur quarto, vt nō sit admittenda resignatio beneficij, cuius redditus sunt inexigibiles *D. Riccius decis.* 53. *p.* 3.

7 Ampliatur quinto, vt

Digitized by Google

permutatio beneficiorum debeat fieri in manibus ordinarij loci, & ordinarius illamque recipere non debet, niſi cum cauſa, vel vtilitate, *vt habetur in hac conſtit. & in cap. quæſitum de rer.permut.& cap.1.eod.tit. in 6.vide latè Garz. de benefic.p.11.c.4.à nu.44. cum ſeqq.Macer.reſolut.112.caſu 39. lib.1.& D. Riccium collect.2267.*

8 Quod adeo procedit, vt permutantes authoritate propria perdant beneficia *cap.cum olim de rer.permut. extrauag.cum deteſtabile de ſimon.* ea ſcilicet ratione, nã permutatio beneficij facta propria authoritate, eſt ſimoniaca, vt per *Tolet. in ſumm.lib.5.cap.91.Leſs.de iuſt.lib.2.c.35.nu.10. Azor. inſtit.moral.p.2.lib.7.c.29. q.3. Suar. de relig.tract.3. lib.4.c.32.*

9 Nec permutatio poterit fieri abſque prædictis ſollẽnitatibus etiam ſi teſtator ſic diſpoſuerit *Macer.reſol. 112.caſu 44.lib.1.* vnde videmus, quod ſi teſtator mãdauerit ne Epiſcopus immiſceret exequutioni ſui teſtamenti, adhuc poteſt exequi *addit. ad Cappell. Thoſ. deciſ.112. cap.tua nobis de teſtam.* & facit etiam deciſ. *D. Ricc.75.p.4.* vbi fundator iuriſpatronatus non poteſt in limine fundatoris apponere conditionem, vt nullo modo valeat Sedes Apoſtolica ſe intromittere, ex quo teſtator non poteſt facere quin leges, & conſtitutiones nõ habeant locum in eorum teſtamentis, *Autb. licet teſtatore C de Epiſc. & cler. & l nemo poteſt.ff.de leg.1.*

10 Prout etiam reſignãs beneficium ex cauſa permutationis non poteſt ad illud redire ſine noua collatione etiam ſi permutatio nõ haberet effectum, *Selua de benefic.p.3.q.28. Maſcard. de probat.concluſ.104.nu.3. Rebuff.titul. de permutationum.11.*

11 Verum ex cauſa utilitatis, uel neceſsitatis debere fieri permutationem *in dicta conſtit. mandatur, & habetur per Beer. deciſ.205. nu.5. Pariſ.de reſign.benefic. lib.11.q.5.num.24. Zerol.in praxi Epiſc.p.1.verb.renunciatio §.3.dub.5. Vgolin.de Simon.c.27.§.1.nu.6.*

12 Quod adeo uerum eſt, ut huiuſmodi cauſa probari debeat, nec credendum eſt Epiſcopo interueniſſe cau-

Digitized by Google

causam, uel utilitatem, *Nauarr. man. pralud. p. num.* 15. *Mandos. de signat. gratiæ de dispensat. uers. aduertendum tamen est Vgolin. de irregul. cap.* 44. §. 2. *num.* 5. *& alij quos refert Garz. loc. cit. nu.* 52. asserens *nu.* 53. quod licet Bellam. loco per ipsũ citato noluerit contrariũ, tamen ipsius opinio procederet quoties per ordinarium in permutatione enũciaretur adhibuisse causæ cognitionem, ut à simili de unione discurrit idẽ *Garz. vlt. p. c.* 1. *num.* 121. sed uerior uidetur esse prima, pro qua facit doctrina *Dec. in c. qua in Ecclesiarum nu.* 130. *de constit. & in cap. cum sit Romana num.* 7. *de appellat.* quod assertioni. Iudicis nõ statur super causa, sine qua actum facere non potest, sequitur *Alciat. de præsum. reg.* 3. *præsumpt.* 9. *num.* 27. *& in simili de pensione scribit idem Garz. p.* 1. *cap.* 5. *à num.* 325.

13. Imò etsi sufficiat secundum aliquos interuenire utilitatem permutantium, ut tenuit *glos. in cap. cum uniuersorum de rerum permutat. & ibi Abb. num.* 7. *ex d. cap. quæsitum num.* 6. *Lambert. de iur. patron.* 8. *par.* 2. *lib.* 1. *q.* 6. *art.* 6. *num.* 39. *ex pluribus alijs. D. Riccius Episcopus meritissimus decis.* 41. *par.* 1. Cõtrarium tamen partem sentit *Calderon. cons.* 1. *de rer. permut.* vbi concludit non sufficere utilitatem permutantium, sed Ecclesiæ firmat etiam *Garz. loc. citato num.* 45.

14. Ipse autem *cum Bellam.* 1. *p.* 6. *q.* 1. distinguo, vt si permutatio fiat respectu beneficiatorum, ita tamen vt ipsorum comodum in bonũ quoque Ecclesiarum reddetur, puta si beneficiatus in loco tuto nequeat stare propter capitales inimicitias, vel aeris intemperiem, vel non possit suo munere fungi, vel quia alter permutantium esset Ecclesiæ vtilior, vel aliam similem causam, tunc Ordinarius præstare debet cõsensum cum non noceat Ecclesiæ. & prosit personis. Si verò nullam habeat permutatiõ admixtam Ecclesiæ vtilitatẽ, vel necessitatem, & tunc nullatenus expedire debet huiusmodi permutationẽ idem sentit *Azor. instit. moral. pár.* 2. *lib.* 7. *cap.* 30. *vers. quarto quæritur*, & ratio est quia permutatio debeat fieri pro causa spirituali, vt melius

lius Deo seruiatur, alias si pro humano comodo vtriusque, vel alterius fiat permutatio est simoniaca *Silvest. verb. permutationes* 3. *Vgolin. de Simon. tab.* 1. *c.* 27 *§.* 1. *nu.* 6.

14 Vnde si causa permutationis principaliter respiceret vtilitatem Ecclesiæ, & secũdario permutantium, admictenda foret per ordinarios locorum, cum in omni actu attendatur causa principalis, & non secundaria, *l. principaliter C. de liberal. caus. l. si quis nec causam ff. si cert. pet.* & causa proxima, & non remota, *l. socium qui in eo §.* 1. *ff. pro soc. Menoch. de arbit. iudic. casu* 287. *num.* 18. *Roland. à Vall cons.* 38. *num.* 30. *& seq. vol.* 2. *& cons.* 82. *num.* 14. D. *Regens Valenz. cons.* 10. *num.* 31. non enim attendi debet ratio secundaria, sed principalis, *Cephal. cons.* 141 *Rip. in l. ex facto num.* 14. *ff. de vulg. & pupill. Guttier. lib.* 3. *pract. q.* 1. *nu.* 11.

15 Animaduertant autem Illustrissimi Ordinarij, ꝙ si vtiliras non esset præsentanea, sed futura, illam reijcere tenentur, cum causa, & vtilitas requiratur tempore confectionis actus, *arg. l. si ita ff. de aur. & arg. leg. Ludouic. decis. Perus.* 61. principium enim contractus attendi debet, & non finis, *Surd. decis.* 102. *nu.* 10. *&* 297. *num.* 12. *Paris. de resignat. benefic. lib.* 1. *q.* 11 *n.* 7 *&* 8. *latè Gratian. discept. forens. cap.* 202. *num.* 13. *& Card. Tusch. conclus.* 703. *lit. P.* Vnde meritò *S. Congr.* censuit non posse, quem ordinari ad titulum beneficij futuri, quod sperat consequi teste *Diaz in praxi crimin. can. cap.* 15. *nu.* 6.

16 Dubitari verò posset primo pro choronide huius limitationis an facta permutatione cum causa, si postea ea deficiat, annullari possit dicta permutatio, & pro negatiua opinione respondidi in quadam facti contingentia, siquidem in omni confectione actus sufficiat in principio actus verificati causam, & sic habilitatẽ vel inhabilitatem, *l.* 1. C. *de testam. Cresc. decis.* 11. *de prabend. Valasc. decis.* 58. *Thesaur. decis.* 157. *Vnde sanciuit Imperator in l. Pomponius ff. de negot. gest. l. si procuratorem ff. mandat. vl. nam origo ff. quod vi, aut clam l. si tamen ff. ad Maced. & l. si filius familias C. eod.* vt principium

Digitized by Google

cipium vniuscuique rei sit spectandum *Tiraq. in l. si vnquam verb. donatione largitus nu. 257. C. de reuocand. donat. Menoch. cons. 843. nu. 37.* & sufficit semel conditionem esse adimpletam, *l. cum vxori C. quando dies leg. ced.*

17 Quæri etiam secundo posset, an Episcopus possit dispensare defectui causæ, vel vtilitatis, ad quod faciliter responderi negatiuè potest, cum vti inferior nō valeat tollere legem superioris, *l. firmam C. de offic. præfect. prat. cap. cum inferior. de maior. & obed. clem. ne Ramon. de elect. glos. in cap. fin. de haret. lib. 6. Surd. cons. 58. num. 6. Gonzal. glos. 45. §. 1. n. 69* non licet enim inferiori contra factum superioris dispensādo venire, *l. pen. §. pen. ff. de aqu. pl. arc. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad trebell. l. nam, & magistratus ff. de arbitr. c literas de restit. spoliat. cap. super eo de vsuris, & cap. vt noxium de appell. latè Surd. cons. 558 num. 2. peritissimus D. Reg. Valenz. q. 4. num. 9.* Vnde infertur inferiorem nedum non posse tollere legem superioris, sed nec corrigere, mutare, modificare, vel addere, aut dispensare, *Fedr. de Sen. cons. 17. nu. 2. Oldrad. cons. 259. num. 6. Triuis. dec. 42.* nec Ordinarius potest se ingerere in actu, in quo Pontifex suam apposuit manum, *Macer. resol. 50. num. 52. lib. 1. Seraphin. decis. 580.*

18 Notandum pariter venit, vt Ordinarij constito de causa, vel vtilitate Eccle siæ coguntur admictere permutationem, vt per transennam tenet *Garz. loc. cit. num. 48. & p. vltima cap. 2. num. 110.* & meo iudicio ratio videtur esse: quoniam constitutio vtitur verbo tenentur, Episcopi admictere permutationem, nam verbū hoc tenetur importat necessitatem, & formā, *Rot. Lucens. apud Monach. decis. 53. nu. 34. Sair. in clau. reg. lib. 3. c. 7. nu. 27. Cacher. in reg. de ann. poss. num. 50. Sanch. in præcept. decal. to. 2. lib. 6. cap. 4. num. 38. Rot. decis. 276. num. 2. par. 1. in recent. Sair. in clau. reg. lib. 3 cap. 7. num. 27.*

19 Et proinde si denegaretur admissio permutationis per Ordinarios vtique sentirem ex supradictis dari appellationem ad superiores, ex quo grauarentur beneficiati

ficiati, & vti grauati de iure licitè possent appellare.

20 Quarto, quid erit agendū quando beneficia, quæ permutantur sunt in diuersis diœcesibus *glos. in cap. 1. de rer. perm in 6. verb. collationem* ait fieri debere in manibus vtriusq; liberam resignationem, vel quilibet in manibus sui Episcopi, vel alter alteri cōmictet, quod melius videtur, & *vide Garz. loc. cit. nu. 65.* vbi plures allegat.

21 Declaratur modo tenor dictæ constit. vt in præfatā pœnam non incidat quis per solā admissionem resignationis, sed ita demum si fuerit sequuta collatio *Triuis. decis. 7. p. 2.* verum sufficit, vt renunciet beneficium realiter, nec tenetur ad verbalem dimissionem coram Ordinario faciendam videndus est *Gratian discept. forens. cap. 814. tom. 5.* & *Macer. resol. 112. casu 68.*

22 Declaratur secundo, vt non habeat locum pœna prædicta quando resignatur beneficium ad effectū vniendi fabricæ Ecclesiæ, *D. Ricc. resolut 128. par. 2.* & *fuit in specie fuisse decisum per Rotam coram Cantuccio 24. Octobris 1580. in una Segobien. patrimonij, & in eadem 28. Iunij 1581. coram Card. Lancellotto testatur Gratian. discept. forens. 159. nu. 6 & 7. tom. 1.*

22 Circa secundum caput Ordinarij obseruare debēt vt admittentes beneficiorū resignationes, non debeant illa conferre suis, aut admittentium cōsanguineis, affinibus, aut familiaribus etiam per circuitum sub pœna prædicta, & nullitatis collationis tu vide *Barbos. de potest. Episcop. p. 3. alleg. 69. nu. 48. Garz. de benefic. p. 11. cap. 3. nu. 271. Paris. lib. 3 q. 6. num. 216 cum seqq.* quæ dixi supra verb. beneficiorum priuatio, & *Macer. resolut. 112. casu 34.*

23 Vltra quæ notare non desinas huiusmodi constitutionem sibi vendicare locū in vacationibus per resignationem tātum pro quibus Episcopi prohibentur conferte beneficia in manibus eorum resignata cōsanguineis resignantis, non autē in aliis vacationibus, quia cum loquatur de resignationibus, non est extendenda ad alias vacationes in terminis fusè *D. Riccius decis. 40. p. 4.* & ideo non habet locum quando vacat per

per assequutionem alterius præter quam ad vacationē ob priuationem, quæ saperet idē per Bullam Pij IV. superius relatam verb. beneficiorum priuatio, vel quādo resignans renunciaret clericatui, nam bulla prædicta prohibet omninò collationes beneficorum resignatorum tam directè, quā indirectè, *vt probatur in §. cæterum dictæ bullæ, & vide D. Rice. decis. 307. par. 3.*

24 Prout etiam dicam procedere in beneficijs ad meram collationem, secus vero in beneficijs iurispatronatus *D. Rice. decis. 81. par. 3. & facit decis. 205. eodem par. 3.* & conferunt dicta per nos supra de benefic. priuat.

Qui autem dicantur cōsanguinei affines, & familiares vide supra loco citato de benefic. priuatione.

SVMMARIAM.

1 *Resignationes etiam ex causa permutationis publicantur infra sex menses si beneficium sit intra montes, vltra verò montes infra nouem à die datæ.*

2 *Publicationes requiruntur in resignationibus factis in manibus Ordinarij.*

3 *Publicationes requiruntur in resignationibus nullis seu invalidis, nisi essent nullæ ex defectu consensus nu. 4.*

5 *Publicationes requiruntur in resignatione prioratus.*

6 *Publicationes requiruntur in beneficijs regularibus.*

7 *Resignatio contra formam bullæ Gregor. est ipso iure nulla.*

8 *Publicationes an & quando requirantur in resignatione hospitalium laicalium.*

9 *Publicationes an requirantur in beneficijs iurispatronatus.*

10 *Publicationes requiruntur etiam in beneficijs parui redditus.*

11 *Publicationum modus est pro forma inductus, vt non possit per æquipollens adimpleri.*

12 *Publicationes nō præsumuntur facta ex cursu longi temporis.*

13 *Mora purgari an possit in faciendis publicationibus.*

14 *Publicatio fit etiam in beneficijs ad nutum amouibilibus.*

15 *Ignorantia iuris non excusat à pœna constitutionis Gregor.*

16 *Publicationes an fieri debeant à secundo resignatario.*

17 *Publicationum tempus currit à die data non autem præstiti consensus.*

18 *Publicationes nõ fiunt pro coadiutoria.*

19 *Publicationes non sunt necessaria, quando resignatarius decesserit intra tẽpus datum ad publicandum.*

20 *Tempus ad publicandum potest prorogari à Pontifice.*

21 *Bulla Gregorij non obstat resignatario nolenti capere possessionem beneficij ex resignatione, sed ex alia vacatione.*

22 *Publicationes nõ requiruntur in beneficijs vacantibus per adeptionem aliorum.*

23 *Bulla Gregorij non habet locum vbi Papa reseruasset omnes fructus resignãti quandiù vixerit.*

24 *Publicattones an requirantur in beneficijs resignatis in manibus Ordinarij.*

25 *Impedimentum excusat resignatarium à publicationibus.*

26 *Publicationes non fiunt in beneficijs electiuis.*

27 *Publicationum forma probatur non solum per instrumenta; sed etiam per testes.*

28 *Publicationes sufficit fieri ab altero permutantium.*

30 *Publicationes non fuisse factas onus cui incumbit.*

31 *Restitutio in integrum conceditur solet aduersus publicationes non factas, sed cum clausula, dummodo alteri non fit ius quæsitum num. 29.*

De Beneficiorum resignatorum publicatione.

Super Bulla Pij V. & Gregorij XIII.

PEr Sãctissiũm Pium V. *fuit emanata constitutio incip. Sanctissimus in Christo Pater de anno* 1568. per quem dabatur norma faciendi publicationes beneficiorum resignatorum, ac adipiscẽdi possessionem illorum infra sex menses in Curia.

1 *Postea verò Greg. XIII. semper recolenda bona memoriæ per constit. incip. humano vix iudicio*, statuit, vt omnes resignationes &c

Digitized by Google

ex causa permutationis, de quibuscumque beneficijs, nec non cessiones litis, & iurium beneficij, per cessionarium tempore cessionis non possessi factæ in manibus Papæ, & super eis prouisiones, seu mandata de prouidendo, publicari debeant cum literis apostolicis desuper confectis infra sex menses, si beneficium intra montes, si verò vltrà montes infra nouem à data primæ concessionis, non autem à die præstiti consensus numerandos.

Ad intellectũ cuius constitutionis *vide Reg. Cancell. de public. resignat. Paris. de resign. benefic. lib.* 11. *tom.*2. *Garz. de benefic. p.*11. *c.*3. *D. Rice. collect.*627.

2 Vltra quæ ampliabis tenorem huius bullæ in nonnullis casibus. Et primo habere locum in resignationibus beneficiorum factis in manibus Ordinarij, *Rota decis.*662. *p.*4. verum currere debet tempus triũ mensium tantum ad publicandum, *vt infra habetur, & idem tenuit Rota in decis.*665. *p.*4.

3 Amplia secundo habere locum in resignationibus nullis seu inualidis, vt fuisse decisum in vna Lugdunen. Canonicatus 8. Iunij 1598. coram Licta, refert *Garz. de benef. tom.*2. *p.*11. *cap.*3. quod adeo verum est, nam quoties cueniret resignationem esse nullam ob defectum publicationis iuxta *decis. Rot. Farinac. decis.*664. *par.* 4. resignans non poterit repetere beneficium resignatũ, quia omne ius ab eo cecidit, vigore huius constitutionis.

4 Verum quando resignatio est nulla ex defectu cõsensus, non requiritur publicatio, vt fuisse dictum in vna Hispal. & Cordubẽ. præstimoniorum 14. Iunij 1600. coram Lancellotto, refert *Garz. loc. cit nu.*277.

5 Amplia secundo, habere locum etiam in resignatione prioratus *Rot. decis.*666. *par.*4. *in princip. apud Farinacc.*

6 Amplia tertio, etiam in beneficijs regularibus *Farinac. decis.*667. *p.*4. *&* 189. *p.*2. *diuers.*

7 Amplia quarto, vt resignatio facta contra formã constitutionis præfatæ non substineatur eadem *Rota decis.*661. *p.*4.

8 Amplia quarto, vt comprehẽdat resignationes hospi-

spitalium laicalium *Rota decis. 668. Mareschotti variar. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 28. & 29.*

Non tamen intrarēt termini huius constit. nisi hospitale daretur in titulum eadem *Rota decis. 605. p. 4.*

9 Amplia quinto, vt vendicet locem, etiam in beneficijs iurispatronatus resignatis in manibus Papæ de consensu patronorum, *Verallus decis. 44. verb. regula* iuxta quam consultus respondidi sequitur *Mareschot. lib. 2. d. c. 3. nu. 30.* quidquid dicat *Gratian. discept. forens. cap. 603. p. 5.*

10 Amplia sexto procedere in beneficijs etiam parui redditus, nam constitutio loquitur de quibuscumq; beneficijs, & vtitur illo verbo (quibuscumque) quod est vniuersale omnia includens, & nihil excludens notat *glos. in cap. quicumque verb. quicumque de sentent. excomm. in 6. Tiraq. de retract. lig. §. 1. glos. 3. num. 10. Menocch. consil. 600. num. 5. Card. Tusch. conclus. 351. lit. D. num. 2. Maser. resolut. 40. num. 2. lib. 2. Pasif. de consid. q. 27. num. 24.* dictio enim (quibuscumque) in datiuo, vel ablatiuo casu concepta (prout in casu nostræ constit.) omnia comprehendit, & propter suam generalitatem ad casus etiã improprios trahitur *Menochius cons. 335. num. 23. Bertazzol. de clauf. instr. clauf. 4. glos. 30. num. 1. Cened. cap. 99. sing. 91. Gratian. decis. 24. nu. 7. & discept. forens. cap. 82. num. 32.* Imo etiam si nõ fuisset adiecta ista dictio quibuscumque, & simpliciter de beneficijs loqueretur, adhuc & publicatio esset facienda de beneficijs parui redditus resignatis, *argum. text. in cap. si proponente de rescript.* vbi beneficium quãtũcumque modicum dicitur verè beneficium, *Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. nu. 13. & 284. facit etiam text. in cap. conquerente de clerico non resid. in 6.* hinc euenit quòd de beneficio quantumcumque modico debet fieri mentio in impetratione beneficiorum *d. cap. si proponente Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 10. quæst. 5. Menoch. de arbitr. iudic. casu 101. num. 42.* & sic etiam clericus habẽs beneficium quantumcumque modicũ virtute S.C.T. gaudebit priuilegio fori *Nauarr. de hor. can.*

can. cap. 21. num. 11. Garz. de benefic. par. 1. c. 6. num. 37. & par. 2. cap. 2. num. 3. Graff. effect. cleric. 1. num. 1224. & ita pari modo potest quis ordinari ab alieno Episcopo ratione beneficij quamuis tenuis *Henriq. in summ. lib. 10. c. 22. §. 1. lit. C. Garz. d. par. 2. cap. 4. num. 8. Campan. diuers. iur. can. rubr. 9. cap. 8. num. 12. & cap. 5. nu.* 19. quidquid contrarium sentiat *Zerol. in prax. Episc. p. 1. cvp. 1. num. 10. Prosper. de Augustin. in addit. ad quarant. verbo ordo Vgol. de potest. Episc. cap. 26, §. 3. in fine & Dominus meus Riccius in prax. for. Eccles. resol. 260.* qui postea semper contrariũ obseruauit Vici Equen. meam opinionem sectando, vti iuri potius consonam.

11 Ampliatur septimo, vt huiusmodi modus publicationem faciendi sit pro forma inductus, vt nõ possit per æquipollens adimpleri, *vt habetur in d. consti. 1. vers. vaterum Rot. decis. 661. par. 4. diuers.* quando enim Papa, vel lex mandat aliquid fieri sub certo modo, tunc non poterit recedi à forma, etiam si effectus alibunde haberetur *l. si quis mihi bona §. coram l. cum hi §. si prator ff. de transact. c. sicut de elect. in 6.* eò magis quia talis forma est inducta fauore publico. Vnde si omittatur per hoc dicitur mutata substantia constitutionis, & legis, *Rota in vna compostillana Canonicatus 20. Iunij 1601. coram Emin. Card. Seraphin.* & latè circa hoc discurrit *Vinius decis.* 357. & 358.

12 Amplia octauo, vt huiusmodi publicationes non præsumantur factæ ex cursu longi temporis, nam licet regulariter follẽnitates præsumnntur interueuisse ex diuturnitate temporis, *vt fuisse dictum per Rotam in vna Neapolitana fundat. 1. Iunij 1579. & in pluribus alijs testatur Ludouisius olim sanctissimus dec. 52. Thesaur. q. forens. 46. num. 16. lib. 4. Mucer. resolut. 21. lib. 1. num. 13. & Illustrissimus Dominus meus Coccinus Rota Decanus benemeritissimus decis. 201. num. 2. & Seraphin. decis. 671.* Tamen in casu huius ampliationis est expressè cautum per nostrã constitution. in verbis illis (*Quod si quicquam prædictorum omnium omissum fuerit, dictis terminis, vt quidquid*

quid

quid præscripti sunt elapsis, &c. & proinde dum habemus legem expressam, non egemus argumentis, à simili, ita vt regula triennalis nō suffragetur prouiso, quo minus non teneatur ostendere publicationes, *Paris. cons.* 176. & 185. *lib.* 4. & *Puteus decis.* 259. *lib.* 2. *quos refert, et sequitur Leius. in exam. Epis. cap.* 58. *nu.* 7. *lib.* 4.

13 Ampliatur nono, vt quāuis de iure Canonico, & æquitate ipsius mora possit purgari, licet sit apposita dies, & pęna, *ad text. in cap. fin. de loc. & condit. Gutier. cons.* 33. & 43. *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *casu* 320. & *lib.* 2. *casu* 70. *Dom. Riccius decis.* 142. *p.* 2. & *collect.* 145. dummodo sit infra modicum tempus, *Caball. mille loq.* 221. *Anna singul.* 349. maximè quando ius partis non esset effectū deterius *Gutier. d. cons.* 43. & 33.

Attamen in casu huius constitutionis, nisi fuerint factę publicationes infra sex menses, satis dubitarem si posset per resignatarium mora purgari ob deuolutionem, quæ fit ad Papam, statim atque non fuit facta publicatio infra tēpus mēsium, vt possit beneficium à quocumque impetrari, & sic cum ius resoluitur, more purgatio non admittitur quando interuenit ius, seù pactum resolutiuū, videatur *Viuius decis.* 531. *optimè Verallus decis. Rotæ Rom.* 3. *verb. mora*, vbi mora non purgatur in actibus resolutiuis, & proinde esset necessaria dispensatio Summi Pontificis iuxta tradita per nos inferius in declarat. 5. ex quo videmus morę purgationem non admicti stante pacto, quod ipso iure incurratur caducitatem non soluendo canonem die statuta, *Put. decis.* 63. *lib.* 3. & 372. *lib.* 1. *Monach. decis. Florent.* 59. *num.* 4. *sess. decis.* 103 *num.* 9. nec more purgatio admictitur in hærede, qui intra statuta tempora *d. l. fi. C. de iur. deliber.* non fecit inuentarium, *optimè Mariscott. var. resolu. lib.* 2. *cap.* 125. *num.* 23. *subdens nu.* 24. idem procedere in matre, quæ nō fecit dare tutorem filio infra tempus a iure statutum.

Verum si vltra sex menses essent elapsi aliqui dies puta quinque vel decem, non esset opus prorogatione

Digitized by Google

ne Summi Pontificis, nam mora modici temporis nō attenditur, prout iudicauit *Rot. Romana apud Seraphi. decis.* 1475. quod modicum tempus arbitrio Iudicis remicti, dixit *glis. in d. cap. fin. verbo celeri*, hinc merito *Franc. Mar. dec.* 237. *tom.* 2. *ad intellectum S. C. T.* asseruit beneficium, quod conferri debet familiari infra sex menses si paulo post, & sic decem diebus post tempus sex mensium conferreretur collatio esset valida.

14 Ampliatur decimo, vt huiusmodi constitutio intret etiam in beneficijs ad nutnm amouibilibus, vt fuit resolutum per *Rotam Rom. decis.* 772. *num.* 9. *par.* 1 *in nouiss. vbi nu.* 10. subdit intrare etiam si Ecclesia pro qua fit publicatio non non subdit cathedrali vel metropolitanæ.

15 Ampliatur vndecimo, vt non possit quis excusari ob ignorantiam huius constit. *Rota dec.* 669 *p.* 4. nam ignorantia iuris neminem excusat, *l. constitutiones* C. *de iur. & facti. ignor.*

16 Declaratur primo, vt nō trahatur ad secundum resignatarium, *Faber decis.* 61. *de sacros. Eccles.* nam regula de publicationis resignationibus non habet locum quando primus resignatarius ante mortem resignantis in alium resignauit *Crescent. decis.* 6. *de renunc.*

Contrarium tenet *Verall. loc. cit. decis.* 45. *allegat Cassador. decis.* 27. *super reg. Cancell.* de qua opinione amplius non dubitatur vigore huius constit.

17 Declaratur secundo, vt tēpus à die datæ, & sic non autē à die præstiti consensus currat voluit *Rota decis.* 287 *par.* 2. *diuers.* & habetur in bulla, vbi sanciuit istud tēpus currere à die concessionis gratiæ, & non præstiti consensus, etiam si postea concessio gratię huiusmodi ex quauis causa diuersisque subsequentibus datis, & quouis modo reformata & valida reddita fuerit, quidquid dicat *Cresc. decis.* 5. *de renuncia.* quæ fuit correcta per hanc constit.

18 Daclaratur tertio, non procedere in coaudiutoria etiam si de consensu cum futura successione sit, nam licet videatur habere naturam resignationis *Mand. de signat. grat. tit. de coadiut. verb. si Papa*, nam ea non est ve-

ra

ra refignatio, *Mobedan. deciſ.1.de priuil. Put. dec.*108. *lib.2. Rot.deciſ.*10. *nu.3.lib. 3.par.3.diuerſ.ita tenet Gonzalez ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſ.*5.*§.*9. *à nu.*69. *&* 72. licet ſecurius publicationē faciendam eſſe reputet recenter *Leiua in exam. Epiſcop.lib.*4.*cap.*58.*nu.*6.

19 Declaratur quarto, vt nec habeat locum vacatio vigore dictæ bullæ ob non publicationem quando reſignatarius deceſſerit intra tempus datum ad publicādum, nam cum ipſe reſignatarius deceſſerit intra tempus datum ad publicandum, non intra bullæ prædictæ pœna, ex quo iam non eſt, qui debeat publicare *Gonzalez ſuper regul.* 8. *Cancell. gloſ.*15.*§.*2. *nu.*53. *&* 54. *Caſſador. deciſ.*4. *de locato Pariſ. de reſignat. benefic. lib.*3 *q.*8. *nu.*8. *& ſeq. Cachera. de permut. benefic. p.*3 *q.*17.

20 Declaratur quinto, quoties tempus fuiſſe ptorogatum a Summo Pontifice, & hæc eſt cautela optima recuperandi beneficium ſecundum *Pariſ. lib.* 11. *q.*7. *num.*77. *&* 79. Vnde per ſignaturam iuſtitiæ ſæpè ſæpius conceditur reſtitutio in integrum aduerſus publicationes non factas, vt aſſerit *Mantica in dec. Rot. Romanæ* 113.

21 Declaratur ſexto, vt hæc bulla non obſtet reſignatario nolenti capere beneficij poſſeſſionem ex reſignatione, ſed ex alia vacatione propter clauſulas generales (ſiuè præmiſſo, ſiue quouis alio modo vacent) vt benè declarat *Garz.p.*2.*c.*3.*n.*332 *& fuiſſe reſolutum per Rotā in cauſa Viridunen. Canonicatus* 13. *Maij* 1590. *coram Eminentiſſimo Pamphilio.*

22 Declaratur ſeptimo non habere locum in beneficijs vacantibus per adeptionē aliorum, *vt fuit deciſum in Rot. Rom. in cauſa Feltren. parochialis* 10. *Nouembris* 1606. *coram Lācellotto*, quia ſolum dicta conſtitut. videtur loqui de reſignationibus ad fauorem, & non de vacationibus, ſeu dimiſsionibus ſimplicibus, *Pariſ. de reſignat. benefic. lib.*1.*q.*5. *&* 7.*nu.* 47. quam opinionem conſului Admodum Reuerēdo Alphonſo de Sion Archipresbytero Terræ Piſtitij, qui dimiſit beneficiū exiſtens intus Eccleſiam Ma-

Matricem dictæ Terræ vtè existens, sub eodem recto absque publicatione, & sic etiam obseruatum per Admodum Illustrem, & Admodum Reuerendum Canonicum Pazzellam, ob assecutionem Canonicatus Sacerdotalis, prædandati, ad quod fuit assumptus per Eminentissimum, & Reuerendissimum Dominum meum præcipuè Cardinalē Boncompagnum nostrum integerrimum pastorem, & benefactorem.

23 Declaratur octauo, vt huiusmodi constitutio nō habebit locum, vbi Papa recusasset fructus omnes resignanti, quamdiù vixerit, vt optimè discurrit *Gizzarellus decis. 76. nu. 2.*

24 Declaratur nono, non procedere in beneficijs resignatis in manibus Ordinarij, nam non currit tempus sex, sed trium solum mensium ad publicationē faciendam, vt habetur *in d. constit. vers. de his beneficijs autem.*

25 Declaratur decimo, vt impedimentum, & difficultas excusset resignatarium, nisi fecerit publicationem infra sex menses, *Sayr. decis. 4. de renunciat.* difficultas enim excusat, *Rota apud Seraphin. decis. 1459. par. 2.* & tempus non currit impedito, *l. 1. §. fin. C. de ann. except. c. quia diuersitatem de concess. prabend. cap. fin. de elect. Trinq. de retract. lignag. §. 2. glos. 4. nu. 6. & §. 39. glos. 4. num. 29.* maximè quia non agitur de medio præiudicio, *Abb. cons. 5. lib. 1. Crauet. consil. 182. num. 15.* quos refert *Gerd. Tusch. concl. 239. num. 9. lit. M. post Dunz. Regent. Valenz. cons. 4. num. 71. & seq.* quod intelligendum videtur quando impedimentum non esset effectuatum, *Menoch. cons. 38. num. 35. Surd. decis. 151. nu. 4. Pariss. de resignat. benefic. lib. 11. q. 13. num. 11. Gothof. pract. lib. 3. q. 34. n. 21. Cauda Seraphin. decis. 927. num. 3. Macer. resolut. 84. nu. 5. lib. 1. & Garz. de benefic. par. 10. cap. 2. nu. 17.*

Quod impedimentum probandum esse voluit *text. in l. exceptione ff. de probat. & l. fin. §. illud C. de tempor. appellat. sequitur Rota apud Verallum decis. 1. verb. impedimentum.* asserens non sufficere simpliciter probare impedimentū, sed debere probare fram diligētiam, ea ratione, quia

non dicitur quis quoquo modo impedire, si impedimentum remouere potuisset, & sic refert iudicatum, *Medic. decis. Flor. 9.*

Verum in propriis terminis huius constitutionis *Rota decis. 2. de verb. impedimentum*, refert pariter decisum impedimentum ad hoc vt excusset ab aliquo actu, quem tenebatur facere veluti, vt publicaret resignationem sufficere, vt constet de eo, & hanc opinionem amplexa fuit Rota tanquã æquiorem, licet de illo impedimento non fuerit protestatus, vt requiritur ex cõmuni opinione, & quod impedimẽtum requiratur vide *Rot. decis. 282. par. 2. in nouiss.*

26 Declaratur vndecimo, vt posset huiusmodi forma publicationum faciendarũ probari non solum per instrumenta publica, sed etiã per testes fusè hoc scribit *Parisi. de resignat. benefic. lib. 2. q. 14.* cui te remitto.

27 Declaratur duodecimo, vt dicta constitutio non habet locum in beneficijs electiuis *Rota decis. 189. nu. 2 p. 2. in nouiss.*

28 Declaratur duodecimo, vti si duobus, qui simul beneficia permutauerunt alter solum publicationem fecerit, huiusmodi publicatio facta à diligente permutante præseruet alterum, qui publicationem non emanauit, & cum fuissem de hoc casu interrogatus ab admodum Reuerendo D. Donato Pisce Canonico Nolano in causa D. Valerij Morena, qui permutauerat parochiam Sanctæ Proiectæ cum D. Donato Rosella ciuitatis Salerni, prædictus D. Valerius emisit publicationes debitas, quas omisit dictus D. Donatus Rosella, ob quarum omissionem prædicta parochia fuit impetrata per D. Vergilium Meglorinum, respondidi *vnica decis. Rot. in una Cesaraugustana Canonicatus, & prebenda 30. Maij 1579. coram Felic. recordat. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore*, sufficisse dictas publicationes factas ab altero permutante, vt est videre apud *Ludouis. decis. 188.*

29 Sed an adueniente casu in quo agatur de dispositione huius bullæ ob aliquem qui prætendat non fuisse factas publicationes, & resignatarius dicat se fecisse publicationes habeat onus pro-

probandi, dic quod beneficium tanquam vacans ob publicationem non factam non autem à resignatario, quia ad illã tenebatur, & ratio est, quia negatiua qualiscumque sit probanda est per eum, qui in ea suæ intentionis fundamẽtum facit est communis Doctorũ opinio ex aductis *per Gabriel. lib. 1. commun. opin. de probat. concl. 6.* & eo magis, quia præsumitur factum, quod de iure, vt faciendum *Dec. cons. 446. nu. 7. Crauett. cons. 22. num. 5. & cons. 148. num. 12. Mascard. de prob. conclus. 734.* & quod impetrans ob non publicationẽ teneatur istam negatiuam plenè, & concludenter probare tanquam firmamentũ suę gratiæ tuisse resolutum per Rotam in pluribus causis refert. *Paris. de resign. benif. lib. 11. quæst. 6. num. 71. & q. 10. num. 3. & quæst. 14. num. 5. Rota apud Rerinac. dec. 671. part. 4. diuers. Dom. Riccio in prax. præterm. decis. in antiq. par. 1. decis. 226. & noniter Ludouis. decis. 210.*

Ius autem probandi hãc negatiuam quæ de sui natura est difficilis, vt latè explicat *Genc. de benef. dicta par. 2. cap. 3. de re-*

nunc. & quod non probetur ex publicatione facta, extra tempus videatur idẽ *idem Ludouis. loc. cit. num. 3.* & ratio est, quia potuit fieri alia in tempore cum sit actus reiterabilis, vt ait respondidisse *Rot. in vna Palentina ex Oxemen. Præsidiorum coram Pouio*, vel poterit esse, quod fuisset facta prorogatio temporis publicationis, nec pariter probatur ista negatiua ex collatione facta resignatario post tempus ad publicandũ quia potuit esse obtẽta alia collatio, & prouisio, quæ in tempore fuerit publicata, cum in beneficialibus dẽtur multiplicatio titulorũ, *ita fuit dictum in vna Iacen beneficii 21. Maii 1599. coram Orano.* licet probetur per confessiones non publicantis, vt habetur apud *Ludouis. loc. cit.*

Aliquãdo solent prouisi de beneficijs resignatis, qui publicationem non fecerũt infra tempus statutum petere à Sanctissimo restitutionem in integrum, & per sanctam Sedem Apostolicam sæpissimè concedi solet, & effectus huius restitutionis operatur, vt reponat ipsum prouisum, qui non

publicaſſit in eo ſtatu, in quo erat tempore prouiſionis ſibi factæ adeo vt curſus incipiat tempus à die reſtitutionis, ratio enim videtur eſſe, quia reſtitutio conſeruat vnicuique ius ſuum integrum, *l. quod ſi minor §. reſtitutio de minor. & tantum valet quantum abſtulit §. quidem 6. de præſcript. Gonzal. conſ. 44. nu. 12. Oldr. de reſtitut. in integr. q. 47. num. 6. Mastrus ſing. 525 & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 720. num. 15. & 16. to. 4.* hinc reſtitutio in integrum reponit litem in eo ſtatu in quo erat ante rem iudicatã maximè in beneficialibus, in quibus paſſim ſolet concedi reſtitutio *Rot. Rom. de diſ. 945. num. 14. & 1240. nu. 3. & 4. apud Seraphin.* quare quotiès tempus ad publicandum eſſet elapſum, ſtatim recurrere debes ad ſanctam Sedem Apoſtolicam à qua faciliùs obtinebis mentionatam reſtitutionem.

71 Animaduertendum autem erit ad intellectum huius remedij reſtitutionis, nã per Pontificem quamuis concedatur talis reſtitutio ſemper vtitur clauſula (dũmodo alteri non ſit ius quæſitum) quæ clauſula etſi non eſſet appoſita, de iure ſubintelligeretur, quoniam reſtituto aliquo ad gratiam, intelligitur abſq; præiudicio tertij *c. quamuis de reſcript. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij reſignati in manibus Ordinarij eſt facienda infra menſem, & de ea prouiſus publicationem faciat, & poſſeſſionem capiat infra tres menſes. Aliter in beneficio reſignato in manibus Sanctiſſimi vt nu. 7.*

2 *Beneficia reſignata ex cauſa permutationis, conferri debent infra menſem, & eorũ poſſeſſio infra tres menſes.*

3 *Menſis ad effectum conferendi beneficium reſignatum currit Epiſcopo à die ſcientiæ reſignationis.*

4 *Tempus non curris ignorãtis.*

6 *Prouiſus niſi rapiat poſſeſſionem beneficij reſignati infra tempus ſtatutum ob metum, & vim excuſatur.*

7 *Poſſeſſio pacifica, & non vitioſa eſſe debet.*

8 Poſ-

8 *Possessio capienda est per procuratorem resignatarij cum speciali mandato.*

9 *Possessio capta pendente lite coram exequutore nulla est.*

10 *Possessio capta per actus fictos tenet.*

11 *Tempus ad capiendam possessionem beneficij resignati quando incipiat currere, & an prorogari possit nu. 12.*

14 *Tempus ad instituendum præsentatos non est præfixum à iure.*

15 *Tempus ad capiendam possessionem beneficij collati ab Ordinario, vel impetrati à sancta Sede Apostolica an sit præfixum.*

De Beneficiorum resignatorum possessione infra certum tempus capienda.

Super Bulla eiusdem Gregorij.

1 IN *capite duodecimo eiusdem bullæ initio: (de beneficijs autem)* sancitum fuit collationem, seu priuationem beneficij resignati in manibus Ordinarij esse faciendam infra mensem, & qui de eo prouisus fuerit à die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat infra tres menses; quibus elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censetur ipso iure, & ad sanctam Sedem Apostolicam deuolutum existit.

2 Ampliatur vt beneficia ex causa priuationis resignata debeant conferri intra mensem, eiusque possessio capi intra tres menses, *vt hic habetur, notat Garz: de benefic. par: 10. cap. 4. nu: 2. Achochier: de permut. benefic. c. 17. p. 1. & cap. 15. p. 3. & ad reg. Cancell. 36.*

3 Sed animaduertas pro intellectu huius capitis, negligentiam Ordinarij non prouidendi infra mensem ipsi non esse imputandum, nisi à die scientiæ factæ resignationis, & ratione ne hæc constitutio lædat ius commune minus, quam fieri possit tenuit *Rota in una Spolitana beneficiorum 31. Ianuarij 1594. coram Lancellotto, & in altera Salmantina portionis 23. Iunij 1594. coram Lancellotto, & in altera Salmantina portionis*

Digitized by Google

tionis 23. Iunii 1586. coram Bubalo, & meritò quoniam
4 ignoranti non currit tempus, *l. quædam C. qui admitt. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 11. q. 4. num. 38. & ſeq. Pereir. de renouat. emphiteuſi q. 7. num. 13.* Vnde ignorans non dicitur negligere, nec contemnere ius ſuum, *l. nec ignorans C. de donat. Sard. deciſ. 25. nu. 30. conſ. 7. num. 15. cum ſeqq. & conſ. 454. n. 51. Menoch. conſ. 120. num. 37.* & ſic etiam ignorans nihil agere nec conſentire cenſetur *Caſtr. conſ. 46.* & donec durat ignorantia durat ſemper impedimentum latè *Card. Tuſch. concluſ. 17. lit. I.*

Colligitur pariter ex dicto capite prouiſum de beneficio reſignato in manibus Ordinarij teneri infra infra tres menſes publicationem facere, & poſſeſſionem ipſius adipiſci.

Quare ex hoc notabis, quod licet de iure canonico nullum tẽpus erat præfixum ad capiendam poſſeſſionem beneficiorum, vt teſtatur *Abb. in cap. capitulum col. pen. verſ. his præmiſſis de reſcript.* Tamen hodie, in hac materia expreſsè per Summum Pon-

tificem fuit determinatum tempus trium menſium.

3 Sed in beneficijs reſignatis ad fauorem in manibus ſanctiſſimi alter ſtatuendũ putauit idem *Sanctiſſimus Gregorius in eadem bulla verſ. is quoque*) nempe vt infra terminum ſex menſium reſignatarius, non ſolum publicationem facere debeat, ſed etiam capere poſſeſſionem, teſtatur *Boer. deciſ. 312. & Rota Romana deciſ. 158. par. 4. diuerſ.* vbi refert deciſum eſſe ſatisfactum menti huius conſtit. quamuis non fuiſſet capta actualis poſſeſsio infra dictum tempus, cum tamen productis literis apoſtolicis coram exequutore apoſtolico inſteterit ſe examinare, & ſibi conferri beneficium ex ratione euidenti, nam conſtitutio requirit alternatiuã nempè, vel quod reſignatarius capiat poſſeſſionem, vel inſtet coram exequutore pro habenda poſſeſsione, & cum ratione, nam ſufficit non ſtare per ipſum reſignatarium, & dicitur ei ſatisfactum ſtãte impedimento.

6 Hinc meritò videmus eſſe ſatisfactum menti huius bullæ, ſi non fuiſſet poſſeſ-

ſio

sio capta ob metum, & vim ipsi, fusio illata, puta quia in loco beneficij adstitissent viri armati per ea, quæ consuluerunt *Corn. cons.* 41 *nu.* 10. *& 11. Pariſ. conſ.* 60. *num.* 15. *lib.* 4. *Ferret. conſil.* 296. *ſub nu.* 13. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 4. *num.* 8. Impedito enim non currit tempus *vulgata l.* 1. *C. de ann. except. & cap. fin. de elect.*

7 Verum ad hūc effectum si possessio fuisset capta violenter, & non pacifice, intrarent termini huius constitutionis, *arg. notatorum per gloſ. in clem. fundamenta verb. pacifica de elect. Caſſador. deciſ.* 6. *de cauſ. poſſ. & propr. Achill. de Graſſ. deciſ.* 2. *de elect. Garz. deciſ.* 38. nam ad hoc vt dicatur vere, & cum effectu capi possessio requiritur, vt adipiscatur pacifice *c. licet de præbend. in 6.*

8 Imò si fuisset capta possessio per procuratorem resignatarij absque speciali mandato, adhuc incurreretur pœnas huius constitut. *vt habetur in hac bulla, Rota deciſ.* 23. *de procur. in nou. Coppell. Tholoſ. dec.* 147 *Ioh. Couarr. lib.* 3. *var. reſol. cap.* 14. *& Illuſtriſſimus D. meus Cotinus deciſ.* 147.

9 Idemque sapere videretur si dicta possessio fuisset capta per resignatarium pendente lite coram exequutore, puta quia aliquis se coram eo se opponeret, videatur, *idem Illuſtriſſimus D. Cotinus dec.* 190.

10 Sufficeret tamen si possessio fuisset capta per actrictos puta per anuli impositionem modicum terræ Boreti impositionem *Rota apud Achill. de Graſſ. deciſ.* 1. 2. *& 3. de cauſ. poſſ. & propiet.*

11 Quod tempus præfixum ad capiendam dictam possessionem currere prouiso à die datæ, seu concessionis gratiæ, prout tempus publicationum, censuit *Rota deciſ.* 287. *par.* 2. *diuerſ.* iuxta cuius decisionem consului in causa Ecclesiæ parochialis Sancti Iacobi della Fraola casalis Neap. resignata per Reuerēdum Dom. Sebastianum Castaldum Parochū ad fauorem D. Euangelistæ de Euangelista, qui cum à die datæ non processerat expeditionem literarum Apostolicarum infra sex menses, censur. dictam parochialem vacare.

12 Sed an istud tempus possit *proguri Bow. deciſ.* 21. li-

licet

licet prima facie negatiuã opinionem recenseat, Pontificem non posse prorogare semestre, ac trimestre ad ad adipiscendam possessionem, tamen refert conclusum contrarium cum sit supra ius positiuum, & in his quæ sunt iuris positiui Papa, post dispensare, derogare, & cuncta quæ sibi placent agere *ex cap. proposuisti de concess. prebend. & dixit etiam Rota decis. 158. p. 4. Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 6. n. 1. Menoch. cons. 157. num. 11. Sayr. in clau. reg. lib. 3. cap. 10. nu. 6.*

13 Prout etiã dubitari posset, prout dubitatum fuit in nostra Curia Archiep. in causa Clerici Honufrij Peretti, me causam referente de hoc anno 1634. an dispositio huius bullæ circa temporis præfixionem, habeat pariter locum, in beneficijs iurispatronatus resignantis in manibus Sanctissimi, ita & taliter nisi capiatur per resignatarium possessio infrà spatium sex mensium, sit priuatus ipso iure, & collatio spectaret ad Summũ Pontificem, in qua causa, negatiuam protuli sententiam, & iuxta meum votũ fuit iudicatum, comprobãte Reuerendissimo Domino meo Palumbo Præsuli meritissimo, & Decano Cõgregationis, & non absque ratione, siquidem, præfata bulla, solum loquitur de beneficijs, nulla facta mentione iurispatronatus, & quoties constitutio loquitur de beneficijs, nunquam includũtur iuspatronatus, nisi specialis mentio facta fuerit, ad latè tradita per *Couarruu. prac. qq. cap. 36. num. 2. & seqq.* Vnde videmus beneficia iurispatronatus laicorum esse exceptuata à Reg. 8. Cancellariæ secundum decis. *Rotæ 3. de iur. patr. apud Achill. de Graff. Criuell. decis. 131. nu. 15. & Seraphin. decis. 1232. & 1334.* & facit ad hunc propositum nã dispositio *text. in cap. licet de prebend.* non habet locum quando vacãt beneficia iurispatronatus, quæ nunquam censentur reseruata, *Maccr. resol. 68. nu. 1. lib. 1.* & vide, quæ à simili adducuntur per *Gratian. disc. disceptation. forens. cap. 603.*

14 Et proinde cum tempus ad instituendum præsentatos à iure non sit præfixum voluerunt *DD. in cap. cũ Ecclesia de elect. Selua de be-*

benefic. p. 3. q. 63. & Bonacci. 12. nu. 2. Ideo ex his fuit iudicatum terminos præfatæ bullæ non subintrare in beneficijs iurispatronatus nam alias, grauarentur patroni, ne retrahantur à fundatione dotatione & constructione ipsorum iurispatronatus.

Quæ omnia vera putantur, & procedere debent in resignationibus factis, tempore manibus Sanctissimi, quæ Ordinarij, ita vt prouisi de eis teneantur infra tempus præmentionatum possessionem adipisci.

Quid autem dicendum foret de collationibus, quæ fiunt ab Ordinarijs locorum vel de beneficijs impetratis à sancta Sede Apostolica simpliciter an de eis prouisi teneantur adipisci illorum possessionem infra dictum tempus.

Ad quod præmitto tempus acceptandi collationem beneficij sibi factam non esse de iure præfixum, vt probat *glos. per illum text. in cap. si tibi absenti de præbend. in 6.* vbi si non fit præfixum ab Episcopo intra quod debeat acceptare tempore nullo præscribitur. Verum sic infra triennium aliud non acceptantem ex eo adeptionem possessionis adeptus fuerit præsumitur renunciasse collationi ita allegata per *Dianum Resol. decis. 80. par. 4. Gomez. decis. 27. & Garzias decis. 61.*

SVMMARIVM.

1 *Tenor Bullæ.*
2 *Blasphemia quid significet.*
3 *Blasphemia quid sit.*
4 *Blasphemia committitur quibus modis.*
5 *Blasphemia ex tribus causis oritur.*
6 *Blasphemia vel hæresialis vel simplex.*
7 *Blasphemia hæresialis cognoscitur ab inquisitore.*
8 *Blasphemia atrox, quæ remissiua.*
9 *Blasphemia simplex à quo cognoscitur.*
10 *Blasphemia pœna contra eiusmodi corporalis, vel pecuniaria ab electione ipsius.*

De Blasphemia.

Super Bulla Pij V.

1 *Sanctam sutiper præfixam Bullam Pij Pap. V. incip. cum primum, ad abolendas*, vt quicunque laicus

Digitized by Google

Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Glorioſam Virginem Mariam eius Genitricem expreſsè blaſphemauerit, pro prima vice poenam viginti quinque ducatorum incurrat, pro ſecunda duplicabitur, pro tertia centum ducatos ſoluet, ignominia notatus exilio multabitur, qui plebeus fuerit, nec erit ſoluendo pro prima vice manibus poſt tergum legatis fores Eccleſiæ conſtituetur per diem integrum, pro ſecunda fuſtigabitur per Vrbem pro tertia, & lingua perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus blaſphemiæ crimen commiſerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium etiam beneficiorum ſuorum, pro ſecunda beneficijs ipſis priuetur, p tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod ſi Clericus nullum beneficium habuerit poena pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur pro ſecunda carceribus mãcipetur, pro tertia verbaſtes degradetur, & ad triremes mittetur. Qui reliquos ſãctos blaſphemauerit pro qualitate blaſphemiæ Iudicis arbitrio puniatur.

2 Pro intelligentia autem ſcire oportet, quod blaſphemare eſt conuitijs obtrectare, aut maledicere alicui, & in propoſito eſt impie de Deo loqui, vel creaturę adſcribere, quod Deo conuenit, vel ab eo remouere, quod illi conuenit *cap. ſi quis 22. q.* ſic etiam verbum Domini blaſphematur, vt cum contemnitur prima Dei ſententia, & pro nihilo dicitur, vt cum infamatur Euangelium Chriſti *cap. capitulum 33. q. 1.* Itaquod propriè blaſphemia, vt ſuccinctè loquamur eſt locutio falſa aduerſus Deum, vel ſanctos per modum conuitij, *ita poſt* D. *Hyeron. cap. 3. ad Ephes. in fin. notat Turrian. ad D. Thom. 2. 2. queſt. 13. & 14. diſput. 58. dub.* alias autẽ diffinitiones blaſphemiæ habes apud *Borrell. nouiter de magiſtratibus lib. 3. cap. 2. & recentius apud D. Ricc. in praxi rer. ſal.* 4o Dicitur primo loquutio, quia blaſphemia formaliter non conſiſtit in factis, quibus dehonoratur Deus, vt ſi aliquis conculcaret immaginem Dei Chriſti, vel Sãctorum, ſed conſiſtit in expreſſione

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

ædi-

additione alicuius improbi aduersus Deum, siue illa locutio exprimatur verbis externis, siue internis. Detur pars tamen imagines Christi, vel Beatæ Virginis, aut gladio percutiens, vel pedibus conculcans punitur pœna mortis, vt pluries practicatum testatur *Prosp. de Franch. decis. 504. Botr. decis. 301. Cabal. resolut. crimin. cent. 1. can. 9. Farinac. in prax. tit. de delict. & pœn. quæst. 20. num. 68. D. Rice. in prax. resolut. 67. verſic. imagines pict. 1. in pernis, & de Ponte in tract. de potest. per reg. in Rubrica de pœnis fieri solit. §. 1. num. 19. & de anno 1618. Die 3. Augusti*, scio loqueo suspectam fuisse quemdam militē, igneq; etiam cōbustū ante Castrū nouum ex eo, quia ictum scopittæ aduersus Immaculatę Mariæ Virginis faciem immiserat in terra Afragolæ.

Secundo dicitur falsa, quod potest euenire ex rei significatu, vt quando dicitur ab aliquo impio (Deus est iniustus partialis) & sic de similibus, vel si diceret, Deus nequit id agere, aut demonstratio est omnipotens, quia omnes istæ sūt propositiones falsę ex rei significatu sic pariter euenire potest ex modo significandi, siue dicendi, vt quādo enūciatur aliquid, quod verè Deo conuenit tamen id significatur per modum conuicij irrisionis, vel contumeliæ, vt si quis diceret per modum irrisionis Christum fuisse Eunuchum, nam quamuis Christus, mēbra habuerit, non per hoc illi fuerunt contumeliosa, *Tolet. in sua summa lib. 4. cap. 13. n. 6. Cajet. 2. 2. quæst. 15. art. 1.* & nouissimè post alios, quos cumulat fatetur *Sanchez in sua summa lib. 2. cap. 23. nn. 6.*

Tertio dicitur aduersus Deum, vel sanctos, quoniā blasphemia proprie respicit Deum immediatè quando directè, & immediatè aduersus Deum, vel mediatè, vt quando quis blasphemaret Crucem, Sanctos, & alias Creaturas Dei, quatenus ad Deum referuntur, quia virtualiter, & implicitè continet blasphemiam Dei; vt per *Diuum Thomam 2. 2. quæstione 13. artic. primo, & secundo, Sanchez alios citans in summa d. lib. 2. cap. 23. num. 27.* nam sicuti Deus laudatur

in Sanctis suis; quatenus laudantur opera, quæ facit Deus in Sanctis suis, ita cōtumelia, in Sanctis redundat in Deum, qui lucet in eisdem Sanctis, sic etiam, quia vt religiosè iuretur per Sanctos non est opus expressa habitudine ad Deum, sed satis est virtualis, quæ in ipsis continetur, ita dicēdum est in blasphemia quando ipsi sancti vituperantur vt probat Reginald. in sua praxi for. pœnitent. lib. 24. sub num. 193. n. 21.

Quarto dicitur per modum conuicij, quia ex hoc constituitur blasphemia, nā formaliter consistit in derogatione diuinæ excellentiæ, Albert. Magn. hic. sent. distinct. 35. D. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 1. D. Ric. in prax. de resol. 40. num. 1. p. 2. siuè implicitè fiat, siuè explicitè, vt prosequuntur expositores D. Thomæ q. 13. dub. 1. non requiritur expressa intentionem faciendi aduersus diuinam excellētiā, quia peccatum blasphemiæ consumatur in verbis, & satis est quodcumque voluntarium ex tradicis per Molfes. in sua summa tract. 8. c. 2. tom. 1. sed sufficere intentionem implicitam.

4 Committitur autem ista blasphemia tribus modis, primo dicēdo de Deo, quæ ipsi non conueniunt. Secūdo negando, quæ ei conueniunt. Tertiò tribuendo creaturæ, quod est propriū solius Dei. Navarr. in sum. cap. 11. num. 81. & seqq. Diaz in sua pract. crim. cap. 110. vbi additio aliaz cumulat Sodoth. in sua Thesaur. theolog. in verb. blasphemia. Reginald. in sua praxi for. pœnitentiali lib. 24. num. 96. asserentes, quod si sola mente fiat dicitur blasphemia mētalis, si verbo dicitur vocalis, si scripto dicitur blasphemia in scripto.

Primo modo fit blasphemia tribuēndo Deo, quod ipsi non cōuenit puta quādo dicitur (ignorāt Deum, doleat Deus) & huiusmodi alia, vt imprecare malum Deo, vel Sanctis, aut aliis creaturis Dei tanquam Dei creaturæ, vt probat late Sanchez in sua summa, & Luc. de vit. cap. 21. num. 10. & seqq. vbi idem procedere dicit quando iuratur per corpus, capillos, sāguinem, vel ventrem Dei, ad text. in cap. si quis per Capillum, vbi Archid. & cæter. 22. quæst. 1. Graffius de casibus reservat. lib.

lib. 1. cap. 1. num. 1. sic pariter si quis diceret (A dispetto d'Iddio, Dio nō hà potere) vt plenè per *Menoch. de arbitr. iudi. cas. 375. num. 4. & seq.* Item quando quis dicit (potta di Dio) *Vrs. dec. 388. D. Rias. in prax. resolut. 45. part. 1.* asserens *resolut. 46.* quod proferens verba hæc (Non lo potria fare Dio) sit blasphema, & incidit in pœnā *cap. 2. de maledic.* vt etiā habetur per *Borrell. in tract. de magistratib. lib. 3. cap. 2.* Idemque esset si quis diceret (al dispetto di quel becco cornuto di Dio) *Thesaur. quæst. forens. 87.*

Secūdo modo fiunt blasphemiæ si quis diceret nō esse Deum, credo in Deum nego aut maledico Deum, Deus non est misericors, non seruat iustitiā, est exceptuator personarum, nō videt quid agatur in mundo, non curat humana iniustè punit, non potest hoc, vel illud agere, & sic de similibus de quibus latissimè est videre apud *Graffium in tract. de sēsibus reseruatis lib. 1. c. 10.*

Tertio, blasphemia appellatur quando tribuitur creaturæ, quod est solius Dei proprium, vt facere Dæmonem omnipotētem sanctum, aut Dominum huius mūdi, prout hæc fuit hæresis manichæorum, vt meminit *Molfes. in sua summa tract. 1. cap. 3. num. 58. & 59. 1. volum.* affirmans hominem aut Dæmonem posse se, vel alios beatos beatos facere, aut quodcumque aliud, quod est proprium solius Dei.

Prædicta blasphemia ex tribus causis solet oriri, primo ex odio Dei, vel Sancto, secundo ex aliqua passione, & tertio ex lapsu linguæ.

Blasphemia, quæ oritur ex odio Dei est illa, quam faciunt damnati, & quidam homines perditi in hoc mūdo iuxta illud *Psalmi 73.* superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper, ita docet *Diu. Tom. sepius cit. q. 1. art. 4.* vbi etiam *Caetan. & Turrian.* sed propriè est damnatorum, quæ oritur ex prava voluntate detestāte diuinam iustitiam, quæ vindicat iniquorum malitiā, & odiunt Deum pœnasque, quas pro peccatis sustinēt, dolent etiam de peccatis commissis; non quia ipsa oderint, sed quia pro ipsis punientur, & semper cruciabuntur.

Alia

Alia blaſphemia, quæ oritur ex aliqua paſſione conſideratur præcipuè in ludentibus, & blaſphemantibus in graui conſuetudine, de quibus loquitur, *Graff. de caſibus reſeruat. cap.* 10.

Blaſphemia, quæ oritur ex lapſu linguæ, eſt quando quis in aduertenter blaſphemarer, hic enim proprius dicitur lapſus linguæ.

6 Diuiditur autē blaſphemia in duas ſpecies, ſcilicet in hæreticalem, & in ſimplicem.

Hereticalis eſt illa, quæ cum hæreſi connexionem habet veluti quando negatur, vel renegatur Deus, aut quādo aliquid dicitur contra articulos fidei his verbis non credo in Deum, vel denego, aut maledico Deū vel abnego fidem, aut crucem, vel criſma fontis, aut abnego puritatem immaculatæ Virginis, ita quod facias concluſionem blaſphemas eſſe hæreticales, quando repugnant primo decalogi præcepto, vel vni ex duodecimo fidei articulis, *Director. inquiſit. par.* 3. *q.* 41. *& Granut. de caſ. reſeruat. poſt. caſ.* 26. *nu.* 3. *Graff. de caſib. reſeruat. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 1.

7 De his hæreticalibus blaſphemijs hereticę prauitatis inquiſitores priuatiuè cognoſcunt, & ius habent animaduertendi *Caſtr. in lib.* 1. *de iuſt. hæretic. punit. c.* 12. *Salzed. ad Diaz. in pract. enim. c.* 113. *Sanchez in ſum. lib.* 2. *cap.* 32. *nu.* 37. *D. Ricc. in praxi reſol.* 9. *nu.* 2. *par.* 2. *Farin. de hæreſ. quæſt.* 178. *num.* 76.

Simplex verò blaſphemia eſt illa, quæ non repugnat ijs quæ tenemur credere, vel quæ fidei confeſſioni nō operantur quamuis grauiſsimæ ſint, vel quia negāt aliquid in Deo, quod ei minimè conuenit, de quibus fuit dictum ſupra, & vide D. *Ricc. d. reſol.* 9. *& collect.* 75.

8 Quæ autē dicatur atrox vide *Theſaur. q. forenſ.* 78. *lib.* 1.

9 De his autem blaſphemijs dognitio ſpectat ad Epiſcopum priuatiuè, & probat *text. in cap.* 1. *de maledic. Salzed. loc. cit. verſ. & quia ſapiſsimè, Macer. reſolut.* 12. *lib.* 3. poteritq; etiam Curia ſæcularis de illa cognoſcere, *vt probatur in d. text. & d. cap.* 2. *verſ. per temporalem*

præ-

Digitized by Google

praterea potestatem, Menoch. de arbitr. iudic. casu 319. nu. 16. Auendan. de exeq. mandat. par. 2. cap. 5. nu. 16. Borrell. de magiſt. lib. 3. cap. 2. num. 34. In regno tamen extat pragm. 3. de iuriſdict. in uic. non turband.

Quibus omnibus præmiſſis, ſi nonnulla ad ornatum huius materiæ ſcire cupias adeas *D. Ricc. in praxi pœnar. tom. 1. in antiquis reſolut. 374. & collect. 75. Genuenſ. in prax. Archiepiſc. cap. 63. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 93. tom. 1. addentes ad prag. 1. de blaſphemantibus, & Nouarium fratrem in prax. nou. iur. Pontif concluſ. vnica de blaſphemant.*

10 Vltra, quæ animaduertas quod vbicumque clericus non beneficiatus blaſphemauerit Chriſtum Dominum noſtrum, vel eius ſanctiſſimam matrem, habebit electionem, vel ſoluendi pœnam pecuniariam, vel ſubſtinendi pœnam corporalem ex quo, pœnæ contẽtæ in dicta bulla ſunt alternatiua ibi (*quod ſi clericus nullum habuerit beneficium, pro prima vice pecuniaria pœna, vel corporali puniatur*), ex quo verba diriguntur ad reum blaſphemantem, ad cuius electionem pertinebit ſoluere, vel pœnam, vel pati corporaliter, doctrina eſt ſingularis, *Bar. in l quicumque C. de ſeru. fugitiu. num. 4.* ubi generaliter diſtinguit, quod quando pœna imponitur alternatiua per legem, ſi verba dirigãtur ad Iudicem, electio erit ipſius, ſi verò ad reum, vt putà quicumque fecerit tale delictum, ſoluat mille, vel exulet, electio erit rei *d. l. quicumque* ſi verba ſint dubia, vt quia diceretur ſit pœna mille aureorum, vel exilij, & illo caſu electio erit Iudicis *l. 1. §. expilatores ff. de offrac.* in pecuniarijs verò electio eſt rei, *argum. text. in l. plerumque §. fin. ff. de inſt. dot.* & de hac materia vltra alios, vide *Felin. in cap. inter cæteras de reſcript. & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæſtione 96.*

SVMMARIVM.

1 *Cambium ſiccum prohibetur.*
2 *Cambium duplex eſt.*
3 *Cambia, & recambia realia quæ dicuntur.*

De

De Cambio.

Super Bulla Pij V.

1 DIspositio huius bullæ æditæ de anno 1571. est admodum rationabilis prohibendo cambium siccum tanquam illicitum, & vsurarium, tum quia vsurarium est accipere lucrum ob mutuum, sed in cambio sicco accipitur lucrum ob mutuum, ergo cambiū siccum est vsurarium, nam lucrum accipitur ob solam dilationem non ab alium verum titulum, accipere autem lucrum ob dilationem est accipere ob mutuum cum dilatio solutionis sit virtuale mutuum, *Reginal. lib. 25. nu. 441. Salon. de cāb. artic. 1. q. 4. Tusc. conclus. 11. nu. 11. verb. cambium Garz. de contract. cap. 35. num. 2. & cap. 37.*

Pro intelligentia autem sciendum est secūdum *Bonacin. de censur. disput. 3. q. q. 5. punct. vnico de cambijs tom. 2.* cambium duplex esse, vnum reale, quo vna pecunia reuera cum alia commutatur. Alterum verò siccum seu simulatum, & est mutuum sub immagine cābij realis, vt accidit quādo campsor pecuniam tradit campsario soluendam in eodem loco, in quo eam tradit confectis literis ad distantem, ad quem re vera literæ non mictuntur, vel si mictantur nihil operantur, ac si non mictentur eò quod campsor sciat cāpsarium, non habere pecuniam actu aut potestatem in eo loco ad quem literæ mictūtur, secus autem erit quando campsarius in loco ad quem accepit ad cambiū creditur solutuus per alium siuè ex venditione accepta per venditionem mercium siuè per mutuum siuè per alium cambij contractum, nam hoc cābium diceretur reale, & non siccum, & appellatur cambiū siccū, quia caret humore, siue iusto titulo accipiendi lucrum, *Nauarr. cap. 17. nu. 283.*

3 Et vt dicantur cambia, & recambia realia, & quis ea consequi possit, quæ requirantur; vide *Rot. decis. 315. nu. 6. p. 1.*

Ad quam materiam vide *Bonacin. loc. cit. D. Ricc. collect. 40 Menoch. cons. 1180 & fusè Diana resolut. 1. vsq; ad*

ad 15. de cõtract. Aloys. de Leo in l. 3. C. de inst. act. & Ludouis. decis. 217. & late Costa in cons. 48.

De Canonicis Cardinalibus.

Super Bulla Pii V.

1 PEr hanc bullam reuocatur priuilegium Ecclesiarum quarundam, & ideo hoc nomen asseritur extinctum in alijs Ecclesijs præterquam in Vrbe, *vt per dictam bullam editam de anno 1568. quã refert Nald. in summ. verb. Cardinalis.* Sed quia hanc bullã à Naldo relatã, nec in bullario, nec alibi per extensum reperire potui, cũ tamen diligentissimã in hac diligentiã adhibuerim, propterea fides penes suum remaneat authorem, nihil enim noui in hac re euulgare intendo.

SVMMARIVM.

1 *Canonici regulares poterant præfigi Ecclesiæ parochiali, contrarium nu. 2.*

De Canonicis regularibus.

Super Bulla Gregorii XIII.

1 QVamuis per prius cõmunis Doctorum opinio docebat Canonicos regulares potuisse præfigi Ecclesię parochali seculari, vt per *Mandos. de signat. grat. tit. de promis. vers. regularem Nauarrum cons. 11. & 12. de stat. monac. Rebuff. in prax. tit. de dispensat. cum regul. num. 40. Verall. decis. 85. par. 1.* Nam Monaci poterant de iure antiquo promoueri ad Ecclesias parochiales sæculares, *Selu. de benef. par. 3. quæst. 11. num. 133. Conar. in cap. 2. num. 3. de testam. Nauar. cons. 12. eod. ti. Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 20. nu. 6.*

2 Hodie tamen per huius bullæ tenorem, quem refert *Quarant.* totum contrarium disposítum fuit, vt nulli regulares etiam Canonici valeãt obtinere beneficia curata absque dispẽsatione Sedis Apostolicæ,

Digitized by Google

vt fuisse declaratum per Sac. Congr. refert Gonzal. super reg. 8. Cancell. glos. 7. nu. 53. Sanchez in precept. Decal. cap. 29. num 81. lib. 7. tom. 2. Macer. resolut. 20. num. 13. lib. 1.

Et non absque ratione, nam beneficia regularia regularibus sunt conferenda, & sæcularia sæcularibus *clem. 1. de suppl. neglig. Prælat. fusè D. Riec. collect. 763.* & quia materia ista non est tam versata ideo breui calamo ipsam sic pertranseo.

SVMMARIVM.

1 *Cap. Odoardus Iudicium terminari debet infra quatuor menses.*

2 *Constitut. localis non extenditor vltra locum.*

De Capitnlo Odoardus.

Super Bulla Clem. VIII.

1 SAtuitur per bullam hanc Iudicium capit. Odoardus esset expediendum infra quatuor mēses, *vt habetur in bullario f. 336.* Nihilominus si pars vna faceret nominationem testium in longinquis partibus, vtique erit admittenda licet absorberet tempus semestris, & sic etiam post sex mēses posset Iudicium *cap. Odoardus* expediri faciunt dicta per *Alex. cons. 72. vol. 3. Afflict. in constit. regn. contingit colum. 2. & Garz. à Toled. iurisd. 382.*

Tu autem notare non desinas dictam constitutionem locum habere in vrbe tātum & vti localem nō extendi vltra locum, vt per *DD. in l. cunctos populos C. de summ. trin. & fid. catthol. & habetur per Macer. resol. 41. lib. 1. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum sede vacante tenetur defendere libertatē Ecclesiasticam, amplia vt num. 2.*

2 *Capitulum sede vacante recipit resignationes beneficiorum spectātium ad collationem Episcopi.*

4 *Capitulum sede vacante potest concedere licentias, quas concedebat Episcopus.*

5 *Capitulum sede vacante exe-*

Digitized by Google

exequitur voluntates testatorum.

6 Capitulum sede vacante potest visitare, limita n. 7.

8 Capitulum sede vacante potest supprimere prabendas, & portiones.

9 Capitulum cognoscit causas in prima instantia, & causas hareticales nu. 10.

11 Capitulum remittit interstitia.

12 Capitulum aggratiare potest absoluit à delictis occultis, & irregularitate num. 13.

14 Capitulum constituit vicarium in spiritualibus, & temporalibus, sed an piures nu. 15. 18 & 19. & infra quot tempus num. 16. & an possit sibi aliqua reseruare nu. 17.

20 Vicarius Capitularis an teneatur dare fidicatum nouo Episcopo.

21 Vicarius Capitularis an possit amoueri à Capitulo.

22 Capitulum sede vacante potest instituere presentatos.

23 Capitulum sede vacante potest concedere monitoria ad finem reuelationis.

24 Capitulum sede vacante absoluit ab excommunicatione.

25 Visitator Episcopali sede vacante an deputetur à Pontifice.

26 Capitulum sede vacante nõ succedit in iurisdictione Episcopi delegata.

27 Capitulum non exequitur dispensationes directas Vicario.

28 Capitulum infra annum non concedit dimissoriales literas, nisi artatis, amplianum. 29 & 30. limita nu. 31. 32. 33. 34. & 35.

36 Capitulum sede vacante potest concedere literas testimoniales, cum quibus non potest ordinari ab alterno Episcopo, Allegationes in iure nu. 37.

38 Capitulum sede vacante nõ succedit in collatione beneficiorum.

39 Capitulum non succedit in litigijs.

40 Vicarius Capitularis quousque duret.

Digitized by Google

Literæ Apostolicæ Clem. VIII.

Dilectis filijs Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Neapolitanæ.

CLemēs Papa VIII. Dilecti filij, salutem & Apostolicam benedictionem. Pie, ac merito literis ad nos scriptis, deploratis iacturam, quæ à vobis, & ab insigni ista Ecclesia nuper facta est in obitu venerabilis fratris nostri Archiepiscopi vestri Alphōsi Cardinalis Gesualdi, cuius animæ sempiterna gaudia tribuat Deus, & nos etiā viri pietate, & vitæ integritate, ac multis meritis præclari, atque in hoc sacro Ordine amplissimi mortem doluimus, sed in Dei volnntate omnes conquiescere æquum est. Vos interea pro eo quod vos decet, dum Ecclesia ista, quam paternè amamus, & in visceribus Christi gerimus, pastore proprio viduata est, dare operam vt cultus Dei & Ecclesiastica disciplina accuratè conseruetur, & vos Ecclesię, eiusq; iurisdictio, & libertas vbique sarta, & tecta sit, neque vlla ex parte imminuatur. Denique quicquid ad Dei honorem & animarum vtilitatem pertinet summa inter vos cōcordia procurare quam diligentissime, & agite quoad Deo benè iuuante idoneum Pastorem, & Archiepiscopum, vt maximè cupimus, Ecclesiæ isti præficiamus. vobis, filij, Apostolicam benedictionē nostrā benignè impartimur. Dat. Romę apud S. Petrum sub annulo Piscatoris. Die 7. Martij 1603. Pontificatus nostri anno 12.

Syluius Antonianus Card.

Per

1 PEr præmentionatas literas mandatum fuit Nobili Capitulo huius ciuitatis Neap. per Sanctiſſimum Dominum ad Capitulum ſede vacante ſpectare, ne Eccleſiaſtica libertas, ſeù aliqua iuriſdictio minuatur, & cum ratione, nã cum viuente Epiſcopo ad ipſum pertineat, eo verò mortuo transferatur onus illum in Capitulum Sede vacante, *vulg. cap. vnico de maior. & obed. in 6. Roman. conſ. 506. num. 13. Feder. de Sen. conſ. 30. num. 3.* ardua enim cauſa eſt ne Eccleſiaſtica libertas, vel iuriſdictio minuatur, de quibus cauſis arduis poteſt Capitulum ſede vacante cognoſcere.

2 Quæ omnia pariter procederẽt, ſi Archiepiſcopus eſſet translatus ad aliam Eccleſiam, quia à die conſenſus Eccleſia dicitur vacare, non autem prius, niſi appareret Papam voluiſſe inuitum transferre, vt poſt *Ioann. Monach. in cap. generali de elect. in 6. tenet Pauin. qui alios refert de poteſt. cap. ſed. vac. 2. par. q. 8. num. 30.* ſic idem eſſet quando Eccleſia vacaret per renunciationem, vt poſt *Abb. & Rip. tenet Cucc. lib. 2. inſtit. maior. tit. 9. num. 97.*

Et quoniam materia iſta, quotidiana, & ſæpè ſepius de ea dubitari præſertim in regno ſolet, quamuis per D. Quarantam in eius celebri ſumma fuerit optimè explanata, adeo vt nullus locus ſit relictus de ea diſcurrendi.

Attamen, ne ſicco pede pertranſeam, nonnulla pro ornatu, adducere viſũ fuit, ad quæ extendatur poteſtas Capituli ſede vacante, & ad quæ reſtringatur, & in quibus ſuccedat, & in quibus non ſuccedat Epiſcopo.

3 Extenditur primo, talis poteſtas, vt poſsit recipere reſignationes beneficiorũ ſpectantium ad collationẽ Epiſcopi, *Pariſ. de reſignat. lib. 7. q. 23. à num. 20. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 71. nu. 12. & q. 130. num. 3. Garz. de benefic. p. 11. c. 3. num. 256. Barboſ. de pot. Epiſc. p. 3. all. 69. nu. 8. & D. Rice. reſol. 243.* & idem procedit in præſtanda authoritate permutationibus beneficiorũ, *Bellacom. com. opin. lib. 1. to. 1. tit. 9. num. 11.*

4 Extenditur ſecundo, in concedenda facultate, ſeù licen-

Digitized by Google

licentia, quam dare poſſet Epiſcopus, *Azor.par.2.lib. 7.cap.5.q.3.* puta in licentia præſtanda clericis curam animarū habentibus ad ſtudium ire volentibus *Zerola in peax. verb. capitulum §. 2.* & ſic etiam in danda licentia ædificandi Eccleſiam, vt acquiratur iuſpatronatus idem *Barboſ.d.p.3 alleg.70.nu.32.* idem in cōcedenda licentia Epiſcopo alieno exercendi pontificalia in Eccleſia vacante, *Garz.d.cap.7.num.93. Henriq.in ſumm. lib.10. cap.22. Flor. de Mena lib.2.variar. q.24.num.27.* conferendo ordines tam clericis illius diœceſis, quam exteris habētibus literas dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum, vt declarauit S. Congr.

5 Extenditur quarto in exequendis vltimis defunctorum voluntatibus quatenus iure ordinario competebat Epiſcopis, *Couarr. in cap. Ioannes num.2.de teſtam. Azor. d.par.2. lib.3.c. 39.q.6. Prax.Epiſcop.Zerota p.2.verb.capitulum §.9. Barboſ.p.3.alleg.83.num.31 vbi num.35.* ſentit poſſe cōpelli religioſos piarum voluntatum exequutores ad reddendas adminiſtrationis rationes, & ſic etiam in exigenda ratione ab adminiſtratoribus piorum locorum idem *Barboſ.p.3.alleg. 75.nu.61. Zerol in prax.§ 9. loco citato.* Ita pariter in exigendo charitatiue ſubſidio, *Barboſ.alleg.87.nu.13. Bellincin. de charit.ſubſid. q.7. Azor.inſtit. moral.p.2. lib.8.c.14.q.5.*

6 Extenditur quinto, vt poſsit viſitare, *Rota deciſ. 346. par.1.tom.1. in recent. D.Riccius in prax. viſit.p.1. in antiq.deciſ.629. latè. Mareſcott. var. reſolut. cap.14. lib.2. eadem Rota deciſ.346. p.1.tom.1.*

7 Declara vt nequeat viſitare monaſteria exempta monialium, *Garz. d.cap.7. nu.25. Azor.d.lib.3.cap.37. q.15. & cap.40. q.8. & alii, quos refert Barboſ. de poteſ. Epiſcop.ad alleg.73.nu.25.*

8 Extenditur ſexto in ſuppreſsione præbendarum, aut portionum vigore Cōc. *Trid.ſeſſ.24.de reform.c.15. Monet. de diſtribut. quotid. p.1.q.5.nu.26. Barboſ. par.2. alleg.67.nu.3.*

9 Extenditur ſeptimo, in priuilegio cognoſcendi de cauſis in prima inſtantia vigo-

vigore eiusdem *S. C. idem Barboſ. p. 3. alleg. 81. num. 6. Dom. Ricc. in prax. aur. reſol.* 130.

10 Extenditur octauo, vt ſuccedat Epiſcopo in cognitione cauſarum hæreticalium, *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 21. num. 25. Farin. de hæreſ. q.* 186. §. 11. *nu.* 178. *vbi nu.* 182. limitat quo ad exemptos.

11 Extenditur nono, vt facultas remittendi interſtitia cõpetens Epiſcopo tranſeat in Vicarium Capituli ſede vacante, ita cenſuit S. Cong. ſub die 21. Martii 1562. per hæc verba.

Congregatio Conc. cenſuit facultatem remmittẽdi interſtitia Epiſcopo ex cauſis cõprehenſis in cap. 21. & 14. ſeſſ. 24. tranſire in Vicarium Capitularem ſede vacante, vt apud Farin. deciſ. var. 2. ſequitur D. Riccius dec. 715. *in prax. p.* 1.

12 Extenditur decimo, vt poſsit aggratiare remittendo pænas condemnatis per Epiſcopum *D. Riccius in prax. pœn. reſol.* 357. *tom.* 1. *in antiquis, Nouarius frater q. forenſ.* 102. *p.* 1. & ita conſului Reuerendum Dom. Ioannem Thomam Pannareſium Vicarium foraneũ Terrę Piſtitii, qui fuerat aggratiatus de quodam leuiſſimo delicto, quod aliqui putabant præſtaſſe impedimentum ad exercendum illud officium Vicariatus.

13 Extenditur vndecimo, vt poſſit abſoluere à delictis occultis, & irregularitate facultate tradita Epiſcopis *virtute S. C. T. ſeſſ.* 24. *c.* 16. *vt tenet Abb. in d. c. cum olim de maior. & obed.*

14 Extenditur vndecimo in conſtituendo Vicarium in ſpiritualibus, & temporalibus *S. C. T. ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *Guttier. can. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. *Zerol. prax. Epiſco. verb. capitulum* §. 3. *Garz. de benefic. p.* 5. *c.* 7. *nu.* 6. *Barboſ. de pot. Epiſcop. lib.* 3. *c.* 74. *D. Ricc. in prax. benefic. p.* 1. *dec.* 473. *in antiq.*

15 Amplia primò hanc cõcluſionem, vt valeat plures conſtituere Vicarios *ſecundum opinionem Quarantæ*, Attamen S. Congr. Emin. Card. determinauit vnum tãtũ cõſtitui poſſe Vicariũ, niſi aliud eſſet de conſuetudine, *vt apud Farin. deciſ.* 85.

16 Amplia ſecundo, vt Capitulo non eligente Vicarium

Digitized by Google

rium infra octo dies licet deuoluatur ius eligendi ad Metrapolitanũ iuxta S. C. Attamẽ illo medio tempore exercebit Archidiaconus, vt in ſpecie dixit *Zerola in prax. verb. Vicarius.*

17 Amplia tertio, vt Capitulum conſtituendo Vicarium poſsit ſibi aliqua reſeruare *Barboſ. d. alleg. 54. nu. 176.*

18 Declaratur dicta vndecima extẽsio, vt exiſtentibus Doctoribus in Capitulo vnus neceſſariò in Vicariũ eſt eligendus *S. Congreg. deciſ. 86. apud Farin. in recollect.*

Verum non eſt neceſſe vt Vicarius eligatur de gremio Capituli, cæteris tamẽ paribus præferendum eſſe Capitularem, & exiſtentibus Doctoribus, vel licentiatis, erit eligẽdus Doctor, vel licentiatas, alias in quãtum fieri poterit idoneus, prout cõſului Admodum Reuerendum Capitulum Acerrarum, & ita decreuit *eadem S. Congreg. apud recollect. eiuſdem Farin. deciſ. 121.*

19 Declaratur ſecundo, vt Vicarius Capitularis debet neceſſariò eſſe in ſacris, nã licet S. C. T. hanc qualitatẽ non petat, tamen Cle. VIII. in dictis literis hoc expreſsè iubet, vt Canonicus, qui non eſt in ſacris non poteſt eſſe Vicarius *Examen Epiſc. lib. 4. c. 1. nu. 18.*

20 Declaratur tertio, vt tenearur dare ſindicatum nouo Epiſcopo, vt habetur in d. S. C. T. *Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. cap. 70. in fin.*

Vnde à Vicario Capitulo ſede vacante Epiſcopus rationẽ petere poterit, & cõpertum aliquo delicto puniri poſſe authoritate ſibi tradita virtute eiuſdẽ decreti S. C. T. prout cenſuit eadẽ Sacr. Congreg. *apud eundẽ Farin. deciſ. 134. in recoll.*

21 Declara tertio, vt poſſit ex iuſta cauſa amouere totaliter etiam ſi iuraſſet non remouere, *vt per DD. quos citat Barboſ. d. loc. num. 171.* ſed ceſſante iuſta cauſa nõ poteſt iuxta declarationem *S. Congr. quam refert Dom. Riccius collect. deciſ. 1602. in fin. & in deciſ. 178. p. 4.*

Verum *Farin. in recollect. deciſ. 202. refert ſimpliciter cenſuiſſe Sac. Congreg.* Capitulum poſſe ad libitũ amouere Vicarium alias per ipſum electum, & confirma-

Digitized by Google

nmatum, teneriq́ue intra octo dies alium constituere, alioquin deuoluit ius deputandi Vicariũ ad Metropolitanum, qua vacante ad antiquiorem Episcopũ.

22 Extenditur duodecimo, vt sede vacante possit quis praesentatus à patronis institui, vt censuit S.C. sub die 22. Aprilis 1599. teste *Farin. in resoll. decis. 238. per text. in c. 1. de instit. in 6.*

Congr. Conc. censuit literas Vicario Capituli sede vacante instituere praesentatum à patronis.

23 Extenditur decimotertio, vt Vicarius Capitularis possit concedere monitoria ad finem reuelationis *Exam. Episcop. lib. 2. cap. 10. nu. 7.*

24 Extenditur decimoquarto, vt possit absoluere ab excommunicatione, quam poterat Episcopus viuens absoluere *c. vnico de maior. & obed. in 6. Summ. verb. capitulum §. 2. Suar. de cens. disput. 7. sec. 2. num. 4. & alij relati per Barbos. de pot. Episcop. p. 2. alleg. 36. nu. 9.*

25 Restringitur modo, vt Episcopali sede vacante solus Pontifex possit deputare visitationem, nec id permissum est Capitulo, aut Archiepiscopo, nisi ob negligentiam, vel malitiam eiusdem Capituli *Tusch. de visit. lib. 1. cap. 2. sub num. 20. Boer. decis. 2. nu. 29. ex text. in cap. obitam 61. dist. & cap. fin. eod. dist. cap. charitatem 12. q. 2. Monach. in cap. praesenti num. 4. & 6. ne sede vacante.*

Cõtrariam verò partem substinent *Rebuff. in prax. benefic. par. 1. tit. de deuol. nu. 65. Farin. de potest. cap. par. 1. prine q. 7. Card. Tusc. lit. C. conclus. 56. num. 12. & plurimi alij relati per Barbos. in collect. DD. in cap. Ecclesia de suppl. neglig. prelat. in 6. n. 3.*

26 Restringitur secundo, vt non succedat in iurisdictione Episcopo delegata, *Azeued. ad Cur. Pisan. lib. 1. cap. 8. nu. 12. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. q. 16. nu. 1. Barbos. in l. quia tale num. 1. ff. solu. matrim. Garz. de benefic. c. 7. nu. 42. & 43.* Vnde in casibus, in quibus à S.C.T. datur facultas Episcopo, quod procedat Delegatus, in ijs non succedat Capitulum sede uacante *D. Riccius resolut. 118. p. 2.* ex quo Capitulum sede uacante succedit tantummodo in iurisdictionem temporalem, &

Digitized by Google

spiritualem competentem iure communi non autem iure speciali, & accidentali *Genuens. in prax. cap. 85. nu. 31.*

27 Restringitur tertio, vt non possit exequi dispensatio directa Vicario, *Dom. Riccius decis. 38 p. 1.*

28 Restringitur quarto, vt virtute S.C.T. *sess. 7. cap. 10.* infra annum non valeat concedere literas dimissoriales, nisi artatis, de qua materia latè *Garz. de benef. fic. par. 5. cap. 8. Sayr. decis. 65. de tempor. ordin. Tbesau. for. Eccles. p 3. cap. 8. concl. 3. Campan. diuers. iur. can. rubric. 9. cap. 7.*

29 Quam restrictionem ampliabis procedere, vt neque possit concedere literas dimissoriales pro prima tonsura D. *Riccius resolut, 105. p. 2.* sed ni fallar. *Congregatio censuit* S.C.T. *sess. 7. c. 10.* non procedere in insigni to solum caratthere primæ tonsuræ.

30 Amplia secundo, vt concessæ artatis, vel post annũ, si nõ fuerint mandatæ exequutioni, nec fuerit reuocatæ à nouo Prælato sint validę, cũ hæc gratia non expiret morte, aut finito officio concedentis etiam re integra *c. si super gratia de offic. deleg. in 6. ita tenet Gutier. lib. 2. can. qq. cap. 17.*

31 Limita tamen dictam quartam restrictionem, vt post annum à die vacationis possit concedere dictas literas dimissoriales *idem S. C. T. loc. cit. Sair. d. decis. 65. de tempor. ordin. Garz. loc. cit.* qui annus incipit currere à die mortis Episcopi, non autem à die electionis Vicarij.

32 Limita secundo, vt benè posset capitulum concedere literas dimissoriales quãdo haberet territorium distinctum *D. Riccius dec. 185 par. 4.*

33 Limita tertio, vt artatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi ad effectum, vt Capitulum possit intra annum dare literas dimissoriales dicantur ij, qui tenentur assumere ordinem illi annexum infra annum, *Garz. loc. cit. num. 97. D. Riccius resol. 98. p. 2.*

34 Limita quarto, vt ad minores ordines sic promoti incutrant hanc pœnam, vt non gaudeant priuilegio clericali, & proinde S. Cõgr. censuit posse in suis ordinibus ministrare, & beneficia obtinere.

Digitized by Google

35 Limita quinto, vt possit concedere literas testimoniales commendatitias ad diuina celebranda, & sacramenta ministranda, nec nō vt clerici ad alias dioeceses ire valeant, *Ioann. Monach. in cap. fi Abbatem de elect. in 6. & ibi Ioann. Andr. nu. 3. Paulin. de potest. cap. sed. vacant. p. 1. q. 8.*

36 Sed aduertas; vt virtute dictarum literarum testimonialium non possit quis ordinari ab alieno Episcopo *Sair. decis. 21. de tempor. ordinat.* ex quo non sunt necessariæ.

Hinc ad ornatum huius materiæ fuit dubitatum an ordinatus ab Episcopo viciniore virtute breuis Apostolici Episcopali sede vacāte absque literis testimonialibus dicti Capituli, aliquam pœnam incurrat, tam ordinans, quam ordinatus, & cū iste casus nobis consulendus ab Illustrissimo, & Reuerēdissimo Domino Episcopo Casertano p infrascriptas allegationes censui pro dicto Præsule, nullum incurrisse suspensionis labem.

37 Inanis, ac contemnenda de iure redditur prætensio Vicarij Capitularis Capuani robur trahens à supplicatione porrecta Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis Cardinalibus Sacræ Congregationis, dū fuit instatum declarari suspensum Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum Episcopum Casertanū, ex quo Anibal Capuanus Archiepiscopali sede vacante à Sanctissimo Domino literas in forma breuis directas Episcopo viciniori pro collatione ordinum obtinuerit, ac à præfato Illustrissimo Domino meo Præsule meritissimo, vti viciniore, absque literis testimonialibus virtute dicti breuis, prima tonsura insignitus fuerit.

Si enim veritati nitamur, rectoque ac fixo oculo perpendantur mentionatæ literæ, vtique erit non solum reijcienda, sed irridenda supplicatio, & concludendum, nullam suspensionis labem incurrisse Illustrissimum Præsulem, & proinde licuisse nullis præcedentibus literis testimonialibus cap. sede vacante, primam tonsuram conferre.

Siquidem habito pro verissimo dictas literas Apo-

stolicas vicinioni Ordinario directas continere, vt constito illi prius per legitimas probationes de ordinandi legitimas natalibus, ætate, vita, & moribus, ac alijs requisitis ordinari potuisset, vel à quocumque alio antistite de eiusdem etiam Episcopi vicinioris, cuius etiam testimonio vita, & mores ipsius commendabantur licentia.

Nullo iure prohibente ualuit idem Illustrissimus Dominus capta prius per ipsum informatione per legitimas probationes de natalibus, ætate, vita, & moribus Anibalis cum clericali tonsura initiare, nam illa clausula constito respectu Ordinarii vicinioris erat conditionalis, & formam inducebat, vt voluit *Rota in una Terramnen pecuniaria 23. iuris 1603. coram Coccino apud Marchesf. de commiss p. 2. nu. 3. par. 544. & in altera nullius Canonicatus 4. Decembris 1600. coram bonæ mem. Greg. XV. apud Farin. decis. 40. num. 4. par. 1. in recent.* Adeo, vt si non fuissent verificatæ coram eo qualitates illæ, tunc, literæ suum effectum sortiri debuissent arg. eorum, quæ dixit *Rota decis. 137. num. 2. Garz. de benefic. par. 5. n. 3. nu. 36.* imo nec iurisdictio conferendi ordinem competere præfato Illustrissimo potuisset, nisi prius verificatæ fuissent qualitates mentionatæ, vt resoluit *Gratian. discept. forens. t. 869. nu. 25. & 991. nu. 11.* ex quo vti exequutor nihil poterat, nisi iustificatis qualitatibus, *Paris. cons. 15. num. 14. lib. 4. Put. decis. 275. lib. 1.* & cum fuisset data iurisdictio, ac potestas conferendi ordinem sub illa conditione, ante adimpletam conditionem inanis fuisset, *Verall. decis. 150. nu. 3. par. 1.*

Sed quod talis cognitio spectabat ad prædictum Illustrissimum Ordinarium, cui literæ diregebantur, à nemine dubitari posse sentirem, ex quo vti illarum exequutor causæ cognitionem habebat ad latè tradita per *Garz. p. 6. cap. 2. nu. 38. & seq. voluit etiam Rota decis. 632. par. 2. in recent.* & ita in terminis terminantibus casum nostrum voluit *Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 183. vers. quare pag. 1271.* asserens, quod vbicumque in huiusmodi facultatibus, seu in-

indultis priuilegium, ex tempora, aut alijs à sede Apostolica cum expressione, quod sedes Episcopalis extra annum vacet non recisis, ad sit clausula, vt ab ordinario vicinore, vel de cuius testimonio, vita, & mores tui commendantur licentia, à quocumque malueris antistite valeas promoueri. Non videtur posse Capitulum, aut alius qui in iurisdictione Episcopi sede vacante succedit, prædictas testimoniales, seu approbationem de vita, & moribus dare, sed ab Ordinario vicinore eas dandas esse.

Cuius Monetæ doctrina quamuis satis sufficiens foret ad obturandum os partis aduersæ. Attamen ad maiorem saturitatem, non tedeat dictum Vicarium scire, vt licet regula sit clara Vicarium Capituli sede vacante, posse infra annum non dimissoriales, sed testimoniales concedere, vel literas commendatorias ad diuina celebranda, & sacramenta ministranda, nec non vt clerici ad alias dioeceses ire valeant, *vt per Ioan. Monach. in cap. si Adbatem de elect. in 6. & ibi Ioan. Andr. num. 3. & Panor. de potestat. coll. sed nunquid 8. num. 4.* quæ regula, vti magistralis nomine citata videtur.

Non tamen per hoc necessitas infertur, vt hoc queat quis ordinari absque dictis literis testimonialibus, nam illum verbum potest affirmatiuè prolatum, importat facultatem, & liberam voluntatem, & non necessitatem, *vt in scepe cum in not. ff. de offic. præsid. & in l. 1. C. quem, & quand. Iudex notat glos. in cap. statutum, verb. possit de rescrip. Caroc. decis. 36. num. 2. Castill. controuers. lib. 2. cap. 30. num. 40. Sanchez. de matrim. lib. 6. disput. 38. num. 22. Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 146. num. 15. Pariſ. de resign. benefic lib. 5. quæst. 3. num. 84.* & quod sit mera facultatis & non necessitatis tam in rescriptis, quam legibus, & in contractibus dixit *Rota decis. 329. num. 3. par. 2. in recent.*

Quare merito Doctores senserunt, vt uirtute illarum literarum testimonialium, quia non sunt necessariæ, ordinari quis non valebit, vt voluit *Nauarr. cons. 20. de tempor. ordin. refert Sair. decis. 21. eod. titul. & Megal. in suo oper. verb. Capitu-*

lum

tam sede vacante nihil.

Nec videtur primo obstare dispositio S. C. T. sess. 25. c. 3. quia ibi nulla pœna imponitur, nec pari modo caput 8. eiusdem sess. Tum primò, quia loquitur de sede plena; Tum etiã quia disposuit de ordinibus sacris non autem de minoribus, nam alias dicta dispositio S. C. T. esset de directo cõtraria bullæ Pij II. incip. cum ex sacrorum, per quã sub pœna suspensionis, tam quoad ordinantem, quam quoad ordinatum prohibetur tãtum sacros ordines suscipi absque literis dimissorialibus, quæ bulla, ac pœna suspensionis non extenditur ad ordinãtem aliquẽ minoribus ordinibus, vt colligitur expressè ex dicta bulla, & firmiter voluit, *Sair. decis. 21. in medio, & decis 27. de tempor. ordin.*

Et quamuis contrarium posset argui, ex quo per bullam Sixti V. incip. Sanctum, & salutare aliter fuisset statutum, ac extensa pœna suspensionis etiam quo ad ordines minores.

Quoniam dicta constitutio Sixti nimis rigida visa fuit, ipsa ad terminos S. C. T. & bullæ Pij II. reducta fuit per *Sanctissimum Clementem VIII. per aliam bullã incip. Romanum Pontificem, editam de anno 1595. pridie kal. Martij, ac idem confirmauit Paulus Papa V. per reg. Camell. 23. in ordine.*

Et proinde dato, & non concesso, vt præfatæ literæ testimoniales, necessariæ fuissent, cum dictus Annibal fuerit initiatus clericali tonsura tantum, Rigida videtur opinio Vicarii Cãpitularis dictum Illustrissimum Dominum incurrisse pœnam suspensionis, quæ per bullas tantum imponitur contra ordinantes ordinibus sacris, & non minoribus.

Quibus accedat opinio aliquorum asserentium, nullam incurri pœnam pro collatione primæ tonsuræ, *prout Sac. Congreg. censuit* S. C. T. sess. 7. cap. 10. non procedere in insignito solum caratthere primæ tonsuræ, & ideo si dictum Capitulum sede vacante concederet literas dimissoriales pro prima tonsura tantum, infra annum, non subiaceret interdicto.

Quare stãtibus omnibus his, per Sacram Congregationem Eminentissimorum Car-

Cardinalium, non solum supplicatio potesta per Vicarium Capitularem reiicienda, sed penitus ei silentium imponendum pro quibuscumque casibus, & ita iuris esse censeo.

Ego Ioannes Antonius Nouarius.

38. Restringitur quinto, vt Capitulum sede vacante non succedat quoad potestatem conferendi beneficia ad solius Episcopi collationem spectantia, *Ioann. Andr. in cap. quamquam de elect.* nam hoc videtur expresse prohibitum *per bullam Pij V.* vt supra diximus *in tit. de benefic. vacant: sede Episcop. vacante*, nec admittere permutationes beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi, *Puteus decis. 329. p. 2.*

39 Restringitur sexto, in litigijs, in quibus non solum non succedit in locum Episcopi, sed expresse prohibetur se in illis intromittere. *Rota decis. 1. num. 9. p. 2. in nouiss.*

Et quoniam in dictis literis mandatur Canonicis huius Metropolitanæ, vt diligenter operam dent cultui Dei & Ecclesiæ disciplinæ iurisdictionis quousque dictus Sanctissimus prouidere intendebat de Pastore idoneo.

40. Ideo scias huiusmodi iurisdictionem Vicarii Capitularis durare quousque creatur alius Episcopus, vt de hijs notatis sedes vacare dicitur donec literæ Apostolicæ prælati, cuius sedes vacabat fuerint expeditæ, & Capitulo præsentatæ, *ex magna iuncta de elect. ita Henriq. cons. 29. num. 4. & Rebuff. in sua prax. tit. de simon. num. 11.* nam Episcopus non potest Episcopatū administrare, nisi literis expeditis, intuitum, quod nō sufficit. Episcopū fuisse promotum ad aliquam Ecclesiam, nisi literæ sint expeditæ cum semper durat vacatio sedis Episcopalis, donec bullæ Apostolicæ fuerint expeditæ, & Capitulo presentatæ, & quātis *Paris. de resignat. benefic. lib. 7. q. 23. num. 46. & seq.* sit opinionis cessare vacationem, & potestatem statim post prouisionem in consistorio de prælato ante captam possessionem ex *decis. Rotæ in una Burgen. Canonicatus.*

28.

Digitized by Google

20. *Lambas.* 1582. *coram Gigno*; Tamen hodie à die decisionis est receptum 3. Iulij eiusdem anni in eadem causa, vt testatur *Gonzalez super reg.* 8. *Cancell. de altern. glos.* 15. §. 2. *nu.* 88. *idem tenet Barbos. de potest. Episcop. allegat.* 54. *num.* 160. firmans sedem vacare, donec literæ Apostolicæ noui prælati fuerint expeditæ, cum nō possit administrare nisi literis expeditis, & Capitulo ostensis.

Sed praxis vbique exerat, vt Vicarius Capitularis officium exerceat donec nouus prælatus adeptus fuerit possessionem *Pauin. de pot. Cap. sed. vac. par.* 1. *quæst.* 10. *nu.* 19. *idem Barbos. nu.* 161.

SVMMARIVM.

1 *Casus reseruantur ab Episcopo tantum.*

De casibus reseruatis.

Decretum Clem. VIII.

SAnctissimus Dominus noster, qui iampridem accuratè perpendit, ac re ipsa comperit, quod reseruatio facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdū Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem. Ideo, ut huic malo Sanctitas Sua opportunè prospiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerit.

1 EX hoc decreto colligitur facultatem reseruandi casus reseruatos solum Episcopo competere, & ideo omnibus superioribus regularium esse restrictam, & alias S. Congreg. de anno 1594. vt apud *Farin. dec.* 101. *in recoll. edit.*

Declarauit tamen Sanctitas sua, vt si huiusmodi regularium Confessarijs, casus alicuius reseruati facultatem petentibus superior dare

dare noluerit, poſsint nihilominus Cõfeſſarij illa vice pœnitentes regulares, etiam non obtenta facultate à ſuperiore abſoluere.

Poſtea verò *aliud decretum eiuſdem S. Congreg. de Sãctiſſimi Domini Pauli Papæ V. mandato editum fuit incip. quoniam Sacra Congreg. ſub die 7. Ianuar. 1617.* declarando, quod per prædictam prohibitionem abſoluendi à reſeruatis per Ordinarios locorum continẽtur etiam cenſuræ eiſdẽ reſeruatæ, *vt per S. Pauſt. lib. 4. ti. de iubil. extraordin. ſub q. 94.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſuram ingredi quando poſsint ſuperiores.*
2 *Epiſcopus an poſsit ingredi monaſteria monialium ſubiectarum ſæcularibus extra eorum voluntatem.*
3 *Conſuetudo exiſtens in aliquo monaſterio, vt in die obitus alicuius monialis celebretur miſſa ad eam ſepeliẽdam, in clauſtro an ſit ſeruanda, & quid ſi nõ eſſet talis conſuetudo n. 4.*
5 *Epiſcopus an valeat intra clauſtra monialium intra re pro conſecratione, ſed bene dictione ſororum.*

De Clauſura.

Super Bulla Gregorij XIII.

PEr hanc conſtitutionem quæ incipit harum te-
1 *nore.* Clauſuram violare, prohibẽtur ſuperiores quicumque, niſi in caſibus neceſſarijs ſub pœnis interdicti ab Eccleſiæ ingreſſu, quoad prælatos pro prima vice, & deinceps etiam ſuſpenſionis à diuinis, & tandem excommunicationis ipſo facto abſque vlla declaratione incurrendæ, cui ſimiliter, & priuationi officiorum ſubiaceant regulares.

2 Ad cuius ornamentum plura per varia quæſita tibi cumulare intendo, & primo quæro, an Epiſcopus poſſit ingredi monaſteria monialium ſecularibus ſubiectarum contra eorum voluntatem. Reſpondetur ſolum ad iudicandũ, an clauſura ſeruetur, vel non, vt habetur *in Concil. Tridentin. ſeſſa. 25. cap. 5. de regul.* & ita voluit quoque Sacra Congregatio relata *Marger. conſ.*

conſe. verb. clauſura, vbi etiam quod moniales, vt clauſuram ſeruent debent cogi ab Epiſcopo cũ inuocatione brachij ſęcularis ſi opus fuerit. Vnde colligitur Epiſcopum poſſe, & debere videre an clauſura ſeruetur, non ſolum in monaſterijs ſibi ſubiectis; ſed etiã in monaſterijs monialium; quæ regularibus ſubdũtur, & non poſſe ab ipſis regularibus impediri, quo minus ad hunc effectum ea viſitet, quoties id expedire indicauerit, *Zerol. in prax. verb. moniales §. 4. Barboſ. alleg. 102. par. 3. nu. 7.* Adeo vt Epiſcopi habeãt iuriſdictionem in moniales, quæ priuilegio, vel indulto Papæ ſunt immunes in ijs, quę ad clauſuram, & ſpiritualiũ curam pertinent *Armilla. in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. num. 95. quem refert idem Barboſ. loc. cit. num. 4.* & huiuſmodi moniales exemptas poſſe toties viſitari ab Epiſcopo quo ad obſeruantiam clauſuræ quoties ei videbitur expedire idem *Barboſ. num. 5. Marg. reſ. cons. verb. moniales num. 3.*

3 Secundo, ſi in aliquo monaſterio ſit conſuetudo, vt in die obitus alicuius monialis ad eam ſepeliendam celebretur muſica cantata in clauſtro, choro, vel in aliqua cappella dictarum monialium præſentibus monialibus, quid eſt agẽdum. Reſpondetur, quod ſi hoc priuilegium competat alicui monaſterio, vel per conſuetudinem immemorabilem non ſublatam poſt publicationem Concilij, vel breue par articulare, tunc talis conſuetudo eſt ſeruanda ratio eſt, quia Cõcilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 10. nõ tollit hanc conſtitutionem vt talis monaca non ſepeliatur in ſacrificio miſſæ, quod raro contingit, ſolũ vult ne ſanctum Sacramentum ſeruent inter clauſtra, vel clauſura monialium, vt tollatur talis occaſio ſæpè ſæpius intrandi, *Rota in vna Maceraten. coram R. P. D. Penia.*

4 Et in monaſterijs, vbi nõ eſt dicta conſuetudo moniales quomodo ſunt ſepeliẽdæ, & quis numerus clericorum, & miniſtrorum debet intrare ad eas ſepiliẽliendas. Reſpõdetur ex deciſione ſacræ Cõgregationis quòd corpus defunctarum debet poni in choro, vel

vel in capitulo, vel in cappella publica, & ſi fuerit manè ſacerdos in Eccleſia celebret miſſam, de requie, & officium defunctorum, ſi fuerint veſperæ ſacerdos indutus cappa dicat in Eccleſia dicta officia defunctorum, & poſtea proceſsionaliter cum cruce, duobus luminaribus, & comitatur à ſex, vel octo clericis, & cũ hominibus, qui habent officium ſepeliendi mortuos intret proceſsionaliter intra clauſtra monaſterij, & ſic præcedentibus monialibus, & ſubſequentibus ſacerdote cum ſuis clericis omnes ſimul accedunt ad locum, vbi eſt corpus monialis defunctæ, & eum portent ad locum ſepulturæ, vbi erit altare præparatum, & facta benedictione ſepulturæ incenſato corpore aſperſa aqua benedicta omnes cantantes reſponſorium, illa ſepeliatur, & cooperto ſepulcro omnes ſimul proceſsionaliter reuertantur ad portam monaſterij.

Sed iſti clerici, quas debeant habere qualitates, *Rota in vna ſigontina coram Lilio*, determinauit, quod debent eſſe bonæ vitæ, & famæ & ætate matura, & electio horum clericorũ, tam in numero quam in perſona relinquitur arbitrio Epiſcopi, vel ſuperioris monaſterij, cui certa regula dari non poteſt.

Et in quibus, & propter quas cauſas poteſt Epiſcopus dare licentiam, vt homines ingrediantur monaſteria. Reſpondetur cauſa infirmitatis, vel neceſsitatis, vt medico ſpirituali, & temporali ad adminiſtranda ſacramenta, & ſepeliendos mortuos, Chirurgo tonſori, mulieri, quæ ſciat mederi, procuratoribus, & officialibus ad opus, ſi ſit neceſſarium deferre aliquid in monaſterio ad ꝙ vires mulierum non ſuppetunt, vt colere hortos, aſportare trabes his omnibus ad ſua officia exercenda poteſt dari licentia ſi talia officia per monachas, vel conuerſas, exerceri non poſſint motus proprius Gregor. XIII.

5 Tertio an Epiſcopus poſſit intra clauſtra monialiũ intrare pro conſecratione, ſeu benedictione ſororum, vel pro ipſarum confirmatione. Negatiuam interpono opinionem ſiquidẽ per

Digitized by Google

S. C. T. sess. 25. cap. 5. vers. ingredi autem de regular. stricte præcipitur, vt nullus monialium monasteria ingrediatur, nisi in casibus necessitatis, & hic de quo agitur necessarius non est, cum possit Episcopus consecrare, benedicere, aut etiã confirmare moniales seruata, & non violata ipsarũ clausura, consecrando, benedicendo, vel confirmando ipsas per fenestrã deputatam ad imponendum eisdem velum, *ita Miranda in manu Pralat. post tom. 2. in tract. de sacris Monialibus quæst. 2. art. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Clausura est seruanda à monialibus, quibus non licet exire à monasterio quacumque de causa, Amplia, vt num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. declara vt nu. 8. & 9.*

De Clausura.

Super Bulla Pij V.

1 PRæsenti constitutione incip. pastoralis de anno 1555. sancitur, neminimonialium licere exire à monasterio quacumque de causa, præterquam magni incendij, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ, quæ infirmitas præter ordinum superiores, quibus cura animarum subest ab Ordinario loci cognosci, & in scriptis approbanda erit, & ad necessarium tempus stare licere extra monasterium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ absq; vlla declaratione incurrendæ, cuius absolutio ad sanctam Sedem Apostolicam reseruatur, non obstantibus licentijs obtentis à prædecessoribus Romanis Pontificibus. Ad de idem fuisset statutum per prius *in cap. vnico de stat. regul. in 6. & per S. C. T. sess. 25. cap 5. de regul. & vide que refert D. meus Riccius collect. 820. Campanil. diuers. iur. can. ruhr. 12. cap. 16. num. 18. Bonac. de claus. quæst. 4. & Barbos. de pot. Episc. part. 3. alleg. 102.*

2 Ampliatur primo, in eãdem excommunicationem incurrere prælatos eisdem exeundi licentiam quocũque modo concedentes, nec non & ipsas comitantes,

Digitized by Google

tes, ac personas illarum receptantes, vt hic habetur, docent *Nauarr. in cap. statuimus* 19. *q.* 3. *num.* 52. *Zerol. p.* 1. *verb. moniales* §. 16. *dub.* 1. *Azor. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 18. *q.* 1. *vers. tertio queres Mirand. q.* 3. *art.* 6. *Sanchez in decal. cap.* 15. *nu.* 72. *& Barbos. d. alleg.* 102. *n.* 29. *&* 30. obseruantes supradictã excõmunicationẽ contra, recipientes, & concomitantes, non comprehendere illos, qui compassione quadam naturali in extrema, vel graui necessitate id faciunt.

3 Ampliatur primò, siuè moniales fuerint expressè, siuè tacitè professæ *d. cap. vnico de stat. regul. in* 6. cum tacita professio æquiparetur expressæ fuisse *Barbos in collect. DD. in d. cap. vnico num.* 1.

4 Ampliatur secundo, idẽ ptocedere in puellis, quæ educationis gratia degunt in monasterijs monialium, quia tenentur seruare clausuram, vt fuisse decisum per sacram Congregationẽ testatur *Zerola verb. moniales*.

5 Ampliatur tertio, vt non sufficiat solum licentiam peti, sed obtineri debere *D. Ricc. resolut.* 541. *par.* 1. *in fin.*

6 Ampliatur quarto, vt monialis non poterit se excusari ratione paruitatis materiæ, & ideo si extra ianuam limites clausuræ terminantem ambobus pedibus se transtulerit incurreret censuras etiam si receperit se ad illud spatium, quod iacet intra portam monasterij clausam, & inter alias, quæ sæcularibus deseruit, sic etiam si transferat ad illam Ecclesiæ partem, quæ sæcularibus patet vt apud *Rodriq. quæst. regu. q.* 94. *art.* 5. *tom.* 1. *Sanchez in summa cap.* 15. *lib.* 6. *nu.* 65. licet contrarium tenent *Graff. de cas. reseruat. cap.* 5. *num.* 45. *& Nald. in summ. verb. clausura num.* 4. vbi loquitur de eo, qui ad duos passus egreditur.

7 Ampliatur quinto, vt excommunicatio extendatur ad concedentes licentiam egrediendi, comitantes, & receptãtes in casibus non permissis, & præfatas monialẽs exeuntes, ac superiores dantes licentiam indidant in priuationem dignitatum, administrationũ beneficiorum inhabilesq; ad illa, & alia in futurum obti-

obtinenda redduntur, vt habetur ibi.

Quorum officiorũ, & adminiſtrationum nomine veniunt ſingula officia quę ſuperiorum propria ſunt, & ſuperioritatem quãdam continent, videlicet Generalatus, Prouincialatus, Prioratus, Viſitatoris Commiſſarij generalis Vicarij Monachorum, ſeù monialium, Abbatiſſæ, Prioriſſæ, & ſimilium officiorum, ſiquidem hæc ſuperioritatẽ quandam coniunctam habent, Et ideo benè ſub vocabulo officiorum, & adminiſtrationum includuntur, prout è contra excluduntur quò ad hunc effectum officium concionatoris Confeſſoris, Lectoris Theologiæ, Prefecti Sacriſtiæ, & ſimilium ſicque de officio diſcretorum, & diffinitorum affirmat *Sorbus verb. ingreſſus num. 8. Sanchez in ſumm. lib. 6. tom. 2. c. 15. n. 66. & alij communiter.*

Licet ſupradictæ pœnæ poſſent cuadi, vbi grauis culpa non interuenit, quia grauis pœna grauem culpã ſupponit, cum pœna debeat compenſari delicto, & pro menſura delicti erit, & plagarum modus *cap. Fœlicis verſ. cæterum de pan. in 6. cap. quæſiuit de his, quæ fiũt à maior. part. cap.* alioquin inter culpam, & pœnam proportio minimè ſeruaretur.

Vnde infertur, quod ille qui cauſa vrbanitatis amicitiæ, aut honoris, aut conſanguinitatis monialem illicitè egreſſam comitatur, vel recipit non incurrit præfatas pœnas modo illi delicto non faueat, *Rodriq. q. reg. tom. 1. q. 49. artic. fin. Lamas in method. curat. in append. §. 11. Sanchez vbi ſupr. num. 72.* licet contrarium velit *Nauarr. in cap. ſtatuimus, quem ſequitur Miranda in tract. de monial. q. 3. artic. 7.*

8 Declaratur primo, vt monialis à peccato, & cenſura excuſetur, vbi vrgente neceſsitate exierit à clauſura dummodo periculum ſit in mora, & ſuperior ob diſtantiam conſuli nequeat, *Sorb. verb. clauſura caſu 1. Zecch. de repub. tit. de regul. cap. 3. num. 15. Lam. in appendice §. 10.* quia violare clauſuram non videtur, qui ex periculo euidenti ab illa exit, verum poſtea tenetur ſuperiore admonere quam citius poterit.

9 De-

Digitized by Google

9 Declaratur secundo, vt excusetur à prædictis pœnis monialis, quæ iusta de causa egressa est, sed illa finita statim non fuit reuersa, nã licet faciat contra præceptum clausuræ non redeũdo statim, dum Pius V. in impositione pœnarum loquitur tantum de illicitè egredientibus, comitantibus recipientibus, & licentiam concedentibus, non debet extendi ad hunc casum, vt probat *Sanchez d.c. 15.num.70.* in pœnis siquidẽ stricta est facienda interpetratio *Burgas. conf.88.nu.2.* nec debet extendi ad casus etiam similes, *Io.Andr. in cap.odia de regu.iur.in 6. Imol. in l.si vero §. de viro col.8.ff.solut.matrim. Duen. reg.287.* & in illis benignior est facienda interpetratio, *cap.in pœnis de reg.iur.in 6. l.pen.ff.de pœn.*

10 Declaratur secundo, vt approbatio causæ ad exeundum debeat fieri non solũ per suum generalem, vel prouincialem, sed etiam per Episcopum loci, quãuis monasterium ab ipsius iurisdictione exemptum esse reperiatur, quæ danda erit in scriptis, & cum causæ cognitione, & vltra prædicta contenta in bulla, notabis requiri etiam licẽtiam Sac. Congregationis tradit *Rodriq.quæst.regul.49.artic.6. tom.1.*

11 Declaratur tertio, vt moniales, quæ nõ vouent substantialia religionis, sed tãtum collegialiter viuunt sub quadam norma, & habent Abbatissam, non ligentur hanc constitutione, *Sair.decis.6. & 7. de stat. monac.*

12 Declaratur quarto, vt moniales possint ad perfectiorem religionem transire plures citat *Sanchez in præcept. decal. lib. 6. cap. 7. num.7. Thesaur. relig.lib.5. q.327. D.Riccius.de iur.person.lib.5. cap.5.in princ. Bonacin.q.1.punc.9.nu.1.*

13 Declaratur quinto, vt clausura intelligatur vsque ad portam exteriorem per declarationem Gregor. XIII. relatã *per Graff. conf. 22. de sent. excomm. nu. 18.* asserẽtem nullo modo esse aperiendam, vt sorores ab iis, qui foris sunt nequaquam videantur.

14 Declaratur sexto, vt licet in tribus casibus nẽpè magni incendii, pestis, seù epidemiæ possit monialis exire virtute bullæ, Tamen nõ pro-

Digitized by Google

prohibetur exire ob alias cauſas eis ſimiles iuxta opinionem *Guttier. can. qq. c. 14. num. 7.* de qua per *Dom. Ricc. in prax. for. Eccleſ. par. 4. & refert Diana tract. 1. miſcell.*

15 Declaratur ſecundo, vt poſsint moninales tranſire de vno monaſterio ad aliud cauſæ nouæ fundationis, aut correctionis, vel reformationis ſiuè perfectionis, cũ authoritate tamẽ Epiſcopi *ſecundum Conſ. Nauarr. 57. de regul. & 5. & 6. de Stat. monac. ſentit Zerola in prax. Epiſcop. verb. moniales §. 16. p. 1. & noſter Dom. Riccioli. de iur. perſon. cap. 15. num. 11. lib. 5. & Dian. reſolut. 127. tract. 2. par. 3.* Tamen S. Congreg. ſuper negotiis Epiſcoporum, & regularium, non ſemel cenſuit, ad eam in caſu huiuſmodi translationis eſſe recurrendam, & quando ad illam faciendam licentiam concedit; cum ſequentibus conditionibus eam permittit. Primo, vt antequam monialis à primo monaſterio egrediatur aliud ſit paratum, in quo beneuolas habeat receptrices, & etiam capitularirer per ſecreta ſuffragia eligiatur. Secundo, vt dotem ſolitam à cęteris præſtari ſoluat. Tertio, vt ſpes illi auferatur ad primum monaſteriũ redeundi, & Quarto, vt translato fiat comitantibus matronis conſanguineis grauibus ab vno ad aliud monaſterium, recta via, abſque diuerticulo, ac nullibi pernoctetur, niſi cauſa hoſpitij, idque non niſi apud honeſtas perſonas, vt pluries fuit obſeruatum ab eadem Sac. Congreg. & pręcipuè *in vna Nãnaten. 16. Ianuarij 1615. & in altera Redonen. 31. Ianuarij 1617.*

SVMMARIVM.

1 *Licentia ingrediendi monaſteria viuorum, ſeù mutuorum reuocatur.*

2 *Monaſterij ſecta nemini licet ingredi. Amplia, vt num. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. limita num. 9. 10. 11. 12. & 13.*

De

De Clauſura.

Super Bulla Pauli V. & SS. Vrbani VIII.

1 PEr *conſtitutionem Pauli* licentiæ omnes, tam viris quam mulieribus cõceſſæ ingrediendi monaſteria ſiuè virorum, ſiuè mulierum reuocantur, & tandem Sanctiſsimus D. N. Vrbanus VIII. noſter benefactor in *ſuo motu proprio incip. ſacroſanctum Apoſtolatus monaſterium ſub die 27. Octobris* 1624. ſimilem edidit reuocationem.

2 Ex quibus colligitur quã rigide procedatur in hac materia, vt nemini liceat intra ſecta monaſterij abſq; licentia inſcriptis obtenta introire, vt per *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5.* quæ licentia dari non poteſt, niſi in caſibus neceſsitatis, puta infirmarię proceſsionis, funeralium, ac miſſarum, vt declaraſſe Pius V. viuæ vocis oraculo teſtatur *Nald. in ſum. verb. clauſura nu. 3.*

3 Ampliatur primo, vt mulieres prohibeantur ingredi monaſteria monialium *D. Rinc. conſult. 544. nu. 1. p. 1.* quare S. Cõg. cõſuit matrẽ aut ſororem, vel conſanguineos ingredi non poſſe, vt viderent filium, aut ſororem graui morbo laborantem, nam hæc non eſt cauſa legitima ingrediendi, vt teſtatur *Zarola in prax. Epiſcop. verb. moniales § 8. par. 1. Quarant. in ſumm. bullar. verb. monaſteria monialium verſ. ſed an liceat*; ratio eſt, quia dum Sac. Concilium Tridentinum expreſsè prohibet ingreſſum monaſterij, loquitur generaliter in quocumque genere cõditione, & ſexu.

4 Ampliatur ſecundo, vt licentia debeat obtineri in ſcriptis d. ſeſſ. 25. c. 5. quod tamen non procedit in caſibus communiter accidentibus, vt puta pro ingreſſu medici, & ſimilium, quorũ repentina opera paſsim ſũt neceſsaria, *Cruzz. de ſtat. regul. cap. 5. dub. 2. conſluſ. 3. notab. 3.*

Et nota, quod ad hoc, vt medici poſſint intrare monaſtetia monialium, non requiritur, quod ſint Doctores, ſed ſufficit, quod ſint practici, nam medicus non dicitur à dignitate, ſed à medendo *Bart. in l. ſciendi ff. de edil. edic. Siueſt. verb. medicus.*

5 Ampliatur tertio, vt habens licentiam in caſibus neceſſitatis, ſi ingrediatur monaſterium extra caſus reſeruatos incurrit excommunicationem latę ſententiæ reſeruatæ Summo Pontifici ex bulla refert *Piaſeg. in prax. Epiſcop. par. 2. cap. num. 55. Nald. in ſum. verb. monialis nu. 16.*

6 Ampliatur quarto, vt ingrediens clauſuram monialium ex iuſta cauſa cum licentia ſi commoretur vltra neceſsitatem incurrit excõmunicationem. *Nald. in ſumm. verb. clauſura nu. 11. & verb. moniales nu. 15. Bonacin. de clauſ. tom. 1. q. 4. par. 4. num. 22. Merolli diſp. Theolog. al. tom. 1. diſp. 1. diff. 7. nu. 498. licet cõtrariũ dicat Dian. reſol. 67. lib. 3. de dub. regul.*

7 Ampliatur quinto, vt benedictio monaſterij cum aqua luſtrali die ſabbati nõ ſit cauſa neceſſaria ingrediendi monaſterium monialium ita reſpõdiſſe S. C. teſtatur idem *Nald. verb. monialis ſub nu. 16. verſ. in autem.*

8 Ampliatur ſexto, vt prælati ſuperiores in caſibus non neceſſarijs prohibeantur ingredi monaſteria monialiũ per dictam *Bullam Gregor. XIII.*

9 Declaratur modo, vt nõ comprehendat pueros non habentes vſum rationis, ita *Corritoluſius conſ. 12. Ioanne de la Crux de ſtat. relig. lib. 1. cap. 5 dub. 2. conc luſ. 3. Suar. de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 4. Rodriq. compend. qq. regul. reſolut. 26. num. 7.*

10 Declaratur ſecundo, vt non comprehendat ingrediẽtem ob eminentem neceſſitatem *D. Riccius in prax. prætermiſſ. deciſ. p. 1. in antiq. deciſ. 711.*

11 Declaratur tertio, vt licentia accedendi ad moniales extendatur etiam ad ſocium religioſi *D. Ricc. in prax. rer. quotid. par. 1. in antiq. deciſ. 745. Margar. caſ. conſcient. verb. licentia.*

1 Declaratur quarto, vt licitum ſit ingredi vſque ad duos pedes *Nald. in ſumm. verb. clauſura num. 1.* prout etiam in infirmariis hortis monaſterij, & in ſacriſtijs, quando eſſent ſeparata à monaſterijs, *Graff. de caſ. reſerunt. cap. 5. num. 51. & 53. & eadem num. 26. limitat idẽ Graffius regnis.*

13 Declaratur quinto, non violari clauſuram, ratione pro-

Digitized by Google

proceſſionũ funerabiliũq; ac miſſarum quo ad clauſtra, nam eam remiſit Pius Quintus, vt ſupra diximus. Et ad hoc eſt notabile menti tenendum non cenſeri clauſuram violari, paulò ante prædictas functiones Eccleſiaſticas, ſeù poſt ipſas ab introeuntibus mulieribus in præfata monaſteria; vide *Roderic. in tract. de bull. cruciat. in fin. num. 13. Marger. caſ. conſc. verb. clauſura*, aſſignans rationem, quia dicta conceſsio non conſiſtit in indiuiſibili, & ideo peritorum iudicio nõ cenſetur clauſuram violari modo prædicto.

De Clauſura, & acceſſu regul. ad monaſteria monialiũ prohibito.

Decretum Sac. Congreg. Regularium.

EMinentiſsimi, & Reuerendiſs. Domini Cardinales ſacræ regularium Congregationis Præfecti ad occurrendum ſcandalis, quæ contingere poſſunt aliiſque iuſtis, & rationabilibus cauſis animarum ipſorum piæ monentibus de ſpeciali, & expreſſo mandato Sanctiſsimi Domini Sixti Diuina prouidentia, Papæ Sixti V. viuæ vocis oraculo ei factæ decreuerunt & mandauerunt nulli poſt hac religioſo, cuiuſcũque ordinis gradus qualitatis, & dignitatis exiſtat, ſuperiore, cui monaſterij, ſeù domus cura incidit, viſitatore, vel viſitatoribus confeſſarioque Ordinario, vel extraordinario, cui ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis licere abſque licẽtia expreſſa eiuſdem ſacræ

SVMMARIVM.

1 *Tener decreti S. Congreg.*
2 *Acceſſus regularium ad monaſteria monialiũ eſt prohibitus. Amplia, vt nu. 3. 4. 5. 6. & 7. 8. 9. & 10. declara vt nu. 11. 12. & 13.*
14 *Epiſcopus prouidere debet circa acceſſus ad monaſteria ſiuè ſint exempta, ſiuè non.*
15 *Epiſcopus poteſt prohibere acceſſum ſub pœna excommunicationis ad loca exempta.*

Digitized by Google

Congregationis accedere ad monaſteria, ſeù domus quarumcumque monialiũ vel ſororum, ſiuè ſui ſiuè alterius cuiuſcumque ordinis ad colloquendum, ſiuè tractandum cum eis, quod ſi aliquando mandato ſui ſuperioris aliquos religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrãdas miſſas in ipſarum monialium, ſeù ſororum Eccleſijs, ſiue Oratorijs exterioribus mitti contingerit prohibuerunt, ne dicti religioſi vllo quæſito colore moniales ſorores, aut qualibet aliam perſonam intra clauſtra degentes alloqui poſsint, ideſt Confeſſarijs autem ſimiliter interdixerunt, ne in ædibus monialium, aut ſororum cõtinguis: pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel alias ſecũ retineant, neuè extra tempora generalium confeſsionum, quibus ſoli tantum confeſsario refectionẽ diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet cum ſua habitatio, aut virorum domui, vel monaſterio, in quo degit à monialium, ſeù ſororum monaſterio, vel domo nimiũ diſtat, niſi tamen, & eo caſu contrarium ſpecialiter cõſtitutum ſit, ibi nullo modo commendant, reficiantur, aut cibum ſumant, quæ omnia ſingula ſub pœnis priuationis beneficiorum, ac vocis actiuæ, & paſsiuæ ipſo facto incurrẽdis aliiſq; eiuſdem congregationis arbitrio præceperunt inuiolabiliter obſeruari iniungentis cunctis Reuerendis Patribus Generalibus, Prouincialibus, & aliis quouis monaſteriorum, & mendicantium Ordinum, & Congregationum ſuperioribus, ad quos ſpectat, quatenus infra terminum vnius menſis à die quo præſens decretũ ipſis notificatum fuerit computari, debeant eiuſdẽ decreti copiam cum huiuſmodi præcepto omnibus ſuorum ordinum, & religionum monaſterijs domibus, & conuentibus intimare, & notificare, ne vllã aliquando deſuper ignorantiam in futurum allegare, aut prætendere quomodocumque poſsent Romæ 9. Maij 1590.

Frater Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Gregor. Palearius Secret.

1 Ex

1 EX quo decreto apparet auferri Epiſcopis, & alijs ſuperioribus omnis poteſtas concedendi licentiam accedendi ad monaſteria monialium, & cum eis alloquēdi,& hæc facultas fuit reſeruata S. Congr. ſuper Epiſcopos,& regulares, refert *Sorbin compend. mendic. verb.ingredi monaſteria*.

2 Sed hodie gaudeant regulares,nam per Sac.Cōgr. Conc.Trident. de mandat. Sāctiſsimi D.N. Vrb.VIII. mei benefactoris (quem Deus incolumem ſeruet) conceſſum fuit Epiſcopis vt licentiam dare valeant religioſis alloquendi moniales ſeruatis certis regulis, & conditionibus ibi expreſſis ſub ſequenti tenore.

CVm alias de anno 1590 per ſacram Cardinalium negotijs Regularium Præfectorum Cōgregationem de mandato fel. rec. Sixti Pap.V.circa acceſſum Regularium cuiuſcumque Ordinis ad Monialiū Monaſteria fuerit Decretum; Quod nulli Religioſo cuiuſcumq; Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat Superiore, cui Monaſterii, ſeu domus cura incūbit. Viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioq; Ordinario, & extraordinario cum ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis, liceat abſq; licentia expreſſa eiuſdem Sacræ Congregationis accedere ad Monaſteria, ſeu domus quarumcumq; Monialium, vel ſororū, ſine ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis ad colloquendum, ſiue tractādum cū eis. Quod ſi aliquando mandato ſui Superioris aliquos Religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas in ipſarum monialium, ſeu ſororum Eccleſiis,ſiue Oratorijs exterioribus, ſiue extra clauſtra exiſtētibus mitti contingerit ne dicti Religioſi vllo quæſito colore Moniales ſorores, aut quālibet aliam perſonam intra Clauſuram degētem alloqui poſſint ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuè, & paſſiuè ipſo facto incurrent,aliiſque eiuſdem Sacræ Congregationis ab initio fueritque poſtmodū declaratum etiam Equites Sancti Ioannis Hieroſolymitani ſub eodem decreto comprehendi, & quoſcūq; con-

Digitized by Google

contra facientes ab alio, quam ab Apostolica Sede, aut à Sacra Congregatione absolui, & rehabilitari non posse Amplissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres Decreta huiusmodi inuiolanda, & inuiolabiliter obseruanda statuerunt. Verum quia experientia compertum est interdictum ob pias & rationabiles causas easque ita ferente casu repentinas, vt ab eadem Sac. Congregationis licentiam expectari summè incommodum, vel inutile sit regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obuenire facto verbo cum Sanctissimo D.N. Vrbano VIII. & de Sanctitatis Suæ expresso ordine, & mãdato facultatem tribuerũt in posterum locorum Ordinariis, vt quatenus opus sibi visum fuerit in Domino expedire licentiam cõcedere possũt per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, vt Moniales sibi in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu cõiunctas conuenire, & alloqui possit. Id vero non aliter, quam seruata ad vnguẽ forma infrascripta. Vt id nullo modo liceat, diebus festiuis, aut in Aduentu Quadragesima feria sexta, Sabbato, & vigilia prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere consignetur Confessario Ordinario Monasterij, qui pœnes se retinere debeat is quę assocíet, & præsens sit, & Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant, prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis cõcedatur, in libriſq; Cãcellariæ eiusdem Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis aut aliter quam seruata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctiss. D.N. & Sac. Congr. transgressores, indiciũque reformident, regulares autem pœnis in supradicto decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuisset eò ipso se nouerint esse ad ditcos, & arbitrio Sacræ Congregationis seuerius puniendos. Romæ 12 Kal. Decembris 1623.

3 Ampliatur primo, vt hoc decretum obliget sub peccato mortali trãsgressores

Bo-

Bonacin. de clauſ. q.4. punct. 4. num. 4. vltra alias pœnas ſubdens nu. 5. religioſum affici prædictis pœnis vnico acceſſu, & nu. 6. religioſum teneri in conſcientia pœna priuationis vocis actiuæ,& paſſiuæ ſponte ſubire ante ſententiam Iudicis declaratoriam.

4 Ampliatur ſecundo, vt comprehendat etiam religioſum alloquentem cum moniali bona fide, ignoranter, & imprudenter ſine licentia, ſecundum opinionem aliquorum: Sed ipſe totum contrarium aſſero, quia cum ceſſet dolus, ceſſare, & penitet debet excommunicatio *ang. Nalu. in cap. de vita & honeſtate cleric.* nam proposium, & delictū diſtinguit delicta, Vnde ad cor, & ſpontaneas voluntates potius Deus reſpicit, quam ad actus *cap. 1. 11. q. 6. cap. ſi quid inuenitis, & 1. cum voluntate de ſent. excom.* Quare merito dicēdum eſt, quod qui facultatem habet loquendi cum moniali, ſi eo loquente accederet alia monialis, & huiusmodi regularem prouocaret ad loquendum, & iſte timens cenſuram loquitur cum moniali per interpoſitam perſonā, hoc eſt per monialem cum qua licitè loquebatur, iſte talis non ligatur cenſura, ſi hoc non animo doloſo facit, ſed vrbanitatis cauſa, & idē eſſet quando quis loqueretur cum moniali per incogitantiam, vel obliuionem, cum ceſſet dolus, & fraus, haut ſi diceret vnū aut duo verba, quia cum ſint modica excusant a peccato mortali *cap. & ſi quæſtiones de ſimon.* & ſic non incidit in excommunicationem, cum nemo ſit excommunicandus, niſi pro peccato mortali, *cap. nemo 11. q. 3. cap. nullus, & c. nemo 24. q. 1.* quod ſecus eſſet ſi frandulenter, & doloſe, eo acceſſiſſet, & ſic penſato animo loquendi cum illa, aut alia dicer loqueretur, per interpoſitam perſonam, vt notat *Gemin. in cap. vlt. diſt. 8.* vel per ſigna aut nutus, & quamuis refert quomodocumque quis exprimat voluntatem ſuam *cap. cum apud de ſponſal. l. nunc ff. de leg. 3.* nam exprimens vel contrahens per alium, videtur per ſe expreſsiſſe, ſicut exprimēs peccata ſua per interpretem *facit text. in c. aquam 30. q. 3.*

5 Am-

5 Ampliatur tertio,quamuis religioſus alloqueretur nouitiam facit *text. cumibi adductis per DD. in cap religioſo de ſent. excomm.in 6. quamuis contrarium firmet Graff.conſ.21.de ſentent.excomm.nu.18.*

6 Ampliatur quarto quãuis loqueretur per nunciũ, vel per epiſtolam, ad quod facit *text.in clem.ſi Summus Pontifex de ſentent. excom.* vbi participare cum excommunicatione, non ſolum dicitur is, qui verbo cum eo loquitur; ſed etiam per nuncium, ſeù per literas,& idem habetur in *cap.conſtitutionem verb.participatione de ſentent.excomm.in 6.*

7 Ampliatur quinto, vt huiuſmodi decreto comprehendantur Milites Hieroſolymitani, & ideo cum caſus iſte accidiſſet in Curia Archiep. Conſulta Sac. Congreg. reſpondidit Domino Vicario tunc temporis cõprehendi ex eo, quod agitur de materia animæ, ac de euitando periculo peccati,quo caſu illi diſpoſitio diceretur potius fauorabilis, quam odioſa, & eſſet extendenda ad Milites Hieroſolymitanos ob ſalutem animarum, *Abb.in cap.ex tenore num.6.qui ſil. ſint leg. Rot.deciſ.29.num.2. par.2.diuerſ & vide Roderi. queſt.regul.1.artic.6.tom.1.*

8 Ampliatur ſexto, vt regularis abſque legitima licentia accedens ad Monaſterium monialium regularibus ſubiectarum,ibique in loco colloquij deſtinato cũ moniali colloquens à Diocesano Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato coerceri, & puniri poſsit, vt declarauit Sac. Cõgreg. ſub hac verborum forma.

Dubitatur, an regularis abſque legitima licentia accedens ad monaſterium monialium regularibus ſubiectarum ibique in loco colloquij deſtinata cum moniali colloquens,à Diocesano Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato coerceri,& puniri poſsit.

S.C. Cardin. Conc.interpetrum cenſuit poſse, quam Congregationis ſententiã S.D.N.Vrbanus VIII. adſcitam approbauit.

Coſm. Card. de Torres.

Locus ✠ Sigilli.

Proſp. Fagnanus S.C. Secr.

Romæ,Ex Typ.Rev.Cam.Apo.

9 Am-

9 Ampliatur ſeptimo, vt regularis abſque legitima licentia accedens ad mona ſteria regularibus ſubiecta, & ibi colloquens cum moniali, poſsit puniri ab Ordinario loci, ita cenſuit Sac. Congreg. Emin. Card. quã declarationem Sãctiſsimus Dom. Noſter Vrbanus Papa VIII. & meus benefactor ad ſe relatam approbauit, vt habetur in bullario fol. 102.

Eo magis, & poterit punire, & carcerare regulares alloquentes moniales ipſi Epiſcopo ſubiectas ſine licentia ipſius ſecundum *Boer. dec. 211. & Guid. Pap. deciſ. 159. iuxta terminos S.C.T.*

10 Ampliatur octauo, vt huiuſmodi decretum extendatur etiam ad Prælatos inferiores exemptos volentes alloqui moniales exiſtẽtes in dieceſi Ordinarij, imò etiam Epiſcopos alienæ diœceſis, vt declarauit Sacra Congreg Emin. Cardin. per hæc verba.

Archieniſcopo Baren.

PErilluſtris, ac Reuerendiſsime Domine vti Fr. Nomine Ampliationis T. petit fuit ab Illuſtriſsimis Patribus Conc. Tridentini decreta interpretantibus, declarari, an Prior Eccleſiæ Collegiatæ Sãcti Nicolai Baren. quamuis Epiſcopus poſsit pro tuitione iuriſdictionis Archiepiſcopalis in caſibus à Sacro Rotæ Romanæ Auditorio reſolutis, ſeruatis ſeruandis, excommunicari, & an eidẽ Priori permiſsum ſit ad monaſteria monialium iſtius Ciuitatis accedere, abſque Amplitudinis T. licẽtia, & abſque eo, quod incurrat in cenſuras in ædicto deſuper publicato, contentas; Sacra Congregatio licet cẽ ſeret Amplitudini T. licere Dominũ Priorem Baren. excommunicare authoritate tua ordinaria, illumq; ædicto contrauenientẽ, pœnis in eo contentis ſubiacere, attamen tutius eſse putauit etiam Sanctiſsimo Domino Noſtro annuente, vt Amplitudo T. tãquã Sedis Apoſtolicæ delegata contra dictum Priorem in caſibus ſupra expreſsis ad cenſuras, & pœnas reſpectiuè procedat. Hæc Amplitudini T. ſignificare volui, vt ſciat quomodo ſe gerere debeat, cui ſalutem, & proſperitatem à Dom. precor.

Digitized by Google

Romæ 20. Martij 1627. Amplitudinis T. Perilluſtris ac Reuerendiſsimæ vti Fr. ſtudioſiſsimus.

Coſ. Cardinalis de Torres.

Franc. Paulut. Secret.

11 Declaratur primo, vt excommunicatio non extendatur ad regularem alloquentē cum moniali egreſſa à monaſterio de nocte conſulendo, vt ad ſuum monaſterium reuertatur, nec ſi comitaretur eam in extrema neceſsitate, nec pateretur iacturam famæ honoris aut vitæ, *Nauarr. de regul. conſ. 4. nu. 31. lib. 3.*

12 Declaratur ſecundo, vt hæc licentia debeat eſſe in ſcriptis vt hic, quidquid dicat *Graff. loc. cit. nu. 58.* qui loquitur in terminis dubijs, & ante huius decreti emanationem, & ita paſsim obſeruat Reuerēdiſsimus Dominus Vicarius monialiū.

13 Declaratur tertio ſecundum aliquos præfatam excommunicationem non includere alloquentes moniales exemptas à iuriſdictione Epiſcopi, & mouentur ea ratione, nam parias ſunt locum eſse extra diceſim, & eſse exemptum ſecundum ſingularem *glo. in cap. vt animarum de conſtitut. in 6. Panormit. in cap. fin. de priuil.* Rot. *diuerſ. deciſ. 207. p. 2.* & in iure clariſsimum eſt axioma excommunicationem non ligare non ſubditos *d. cap. vt animarum cap. à nobis de ſente. excomm* ex quo ſubitus delinquens in loco exempto non incurrit excommunicationem ab Epiſcopo primo latam, in quo delinquit *ſecundum Sil. in ſumma verb. excommunicatio n. 12.*

Contraria tamen opinio videtur eſſe verior, nam excommunicatio fertur ab Epiſcopo tanquam delegato Apoſtolico virtute S. C. T. ſeſſ. 25 cap. 2. & ideo merito Ordinarij per Pium Papa V. in *conſtit. incip. paſtoralis* appellantur delegari apoſtolici *Nauarr. in cap. ſtatutum num. 55. 19. queſt. 3.*

14 Et facit ad hanc opinionem coadiuuandam *textus in cap. monaſteria de vit. & honeſt. cleric.* vbi ſancitur ad Epiſcopum ſpectare prouidere circa acceſſum ad mo-

na-

Digitized by Google

nasteria, nec fit distinctio an sint exempta vel non.

Confert etiam, nam Episcopi tanquam Delegati Apostolici in monasterijs monialium exemptis possunt se intromictere, & curam habere clausuræ monasteriorum, & accessus ad dicta monasteria videtur pertinere ad clausuram, *Sac. Conc. Trid. sess. 25. de reg. cap. 5.* per ea quæ superius diximus super bulla dicti Pij V.

15 Et sic pari modo Episcopus potest prohibere sub pœna excommunicationis ne quis accedat ad loca exẽpta, & contra facientes dictam pœnam incurrunt, vt tenet *Azor. 1. par. instit. moral. lib. 5. cap. 75. §. 4. quæritur*. Adeo, vt pro custodia Monialium possit excommunicare omnes accedentes ad monasteria earum etiam exempta subdita regularibus *Gemin. & Franc. in cap. 1. de stat. regul. in 6. Silvest. verb. excommunicatio num. 3. Roland. à Valle conf. 33. volu. 3.* asserens esse faciendam specialem mentionem de monasterijs exẽptis, alias si statutum sub pœna excommunicationis loqueretur simpliciter de non accedendo non includeret alloquẽtes cum monialibus in monasterijs exẽptis iuxta allegata *per DD. in c. fin. de for. compet.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Tridentin. confirmatur per Bullam.*

De Concilio Tridentino.

Super Bulla Pij IV.

1 PEr *hanc constit. incip. Benedictus Deus de anno 1563.* Papa confirmat Concil. Tridentin. ac mandauit illud ab omnibus obseruari prohibendo prælatis sub interdicto ingressus Ecclesiæ, alijs vero excommunicationis latæ sententię, qui commentaria, glosas annotationes, scholia, vllumq; interpretationis genus super ipsius Concilij decretis edere præsumpserint, & quod declaratio siue interpretatio S. C. pertineat ad Põtificem, & Congregationẽ Eminentissimorum Cardinalium, nam illius est interpretari, cuius

Digitized by Google

est, & condere, *Gratian. decis. 27. in addit. nu. 1. Cenall. comm. contr. com. q. 604. nu. 17. Surd. decis. 2. num. 5. Guttier. pract. lib. 4. quæst. 28 Vgolin. de potest. Epis. c. 36. Maeer. resolut. 103. lib. 1.* quando enim contingit casus super quo oportet statui recurritur ad Principem *l. humanum C. de leg. & constitut. Giurb. super cōsuetud. Messan. cap. 2. glos. 1. par. 2. nu. 20. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Concursus forma.*
2 *Concursus non requiritur in Ecclesia parochiali iuris patronatus laicorum.*
3 *Concursus requiritur in iuspatronatibus Ecclesiasticis vel mixtis.*
4 *Concursus non requiritur in parochiali vnita Capitulo.*
5 *Concursus fieri debet coram Ordinario pro beneficiis curatis conferēdis ab Abbatissa.*
6 *Examinatores si reperiantur mortui, vel absentes possunt substituialiȳ.*
7 *Comparens ad concursum post tempus elapsum non auditur.*
8 *Concursus requiritur in parochiali Vicariȳ perpetui.*
9 *Episcopus iudicat quem magis idoneum ad parochialem.*
10 *Examinatorū relationi standum de habilitate concurrentis.*
11 *Concursus non est necessarius in Ecclesia parochiali.*
12 *Gratia iustificatio, & impetrationis Ecclesiæ vacantis ob non factum concursum ad quem spectat.*
13 *Concursus habet locum etiam in parochialibus vnitis quoties in Vicarium transfertur cura.*
14 *Examinatorib. non deputatis ab Episcopo, si interim tempus concursus labatur à quo erit beneficium conferendum.*
15 *Appellatio datur a iudicio Episcopi in concursu ampliavt num. 16. 17. 18. 19. & 20.*
21 *Appellatio non datur à relatione examinatorum ad effectum suspensiuum, non autem deuolutiuum n. 22.*
23 *Examinatores omnes tenentur referre qualitates cōcurrentium.*

De

De Concurſu.

Super Bulla Pij V.

1 VVlgata eſt iſta *Conſtitutio incip. in conferendis*, in qua principaliter ſtatuitur norma faciendi concurſum in collatione alicuius Eccleſiæ parochialis infra ſex menſes ad hoc, vt conferatur digniori, cuius diſpoſitio conformis eſſe videtur S.C.T. ſeſſ. 24. c. 17. & de hac materia fusè ſcripſerunt; *Pariſ. de reſign. benefit. lib. 8. cap. 9. à num. 97 cum ſeqq. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 50. à §. 3. cum ſeqq. Barboſ. de poteſt. Epiſc par. 3. cap. 66. Mareſcott. lib. 1. cap. 52. D. Ricc. in prax. reſolut. 351. par. 1. in antiq.* & hic latè Quarant. qui cum plures ampliationes, & limitationes produxerit circa hanc materiam concurſus, ideo ibi te remicto.

2 Nonnulla tamen ſingularia notabis, & primo licet in Eccleſia parochiali iuriſpatronatus laicorum, non requiratur concurſus, ſed ſimpliciter præſentatus à patrono debet examinari, & inſtitui ſi fuerit inuentus idoneus, vt habetur in *Conc. Trid. loc. cit.* Tamen declara illud procedere, quando præſentatur vnus tantum à patrono, ſecus autem quando ſunt plures præſentati, vt quia dimidia pars patronorum preſentat vnum, & altera dimidia preſentat alterum, vel quãdo Eccleſia iuriſpatronatus fuiſſet vnita beneficio libero *Rot. deciſ. 579. p. 2. tom. 2. in recent.*

3 Secũdo, in iurispatronatibus Eccleſiaſticis, vel mixtis requiri concurſum ait *Ludouiſ. dec. 404. in addit.* Verũ S.C. Cardin. cenſuit in collatione parochialis Eccleſiæ iuriſpatronatus mixti nõ requiri formam examinis per concurſum ſub die 5. Februarij 1628. & ideo ſecundum hoc decretum emendabis, quæ communi Doctorum opinione dixit *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 58 nu. 17.* ſed in beneficio curato iuriſpatronatus Eccleſiaſtici concurſum requiri cenſuit eadem S. Cõgreg. apud *Farin. in recoll. deciſ. 237.*

4 Tertio, vbi parochialis eſt vnita Capitulo non erit neceſſarius concurſus, ſed Epiſcopus confirmabit ad nomi-

nominationem Capituli, *vt fuisse decisum in Rot. Roman. testatur Illustrissimus Cardin. Caualer. decis.* 599. & idem si esset annexa monasterio, nam illud nominat, & Episcopus approbat absque concursu *Farin. decis. Rot. Roman.* 102. *par.* 1. *tom.* 1.

5 Quarto, licet Abbatissa de iure possit conferre beneficia, etiam curata pro illis tamen, est faciendus concursus coram Ordinario à quo erit eligendus dignior *Maser. resolut.* 63. *lib.* 1.

6 Quinto, nam licet concursus debeat fieri coram examinatoribus à Concilio deputatis tamen si tales reperirētur absentes, vel mortui, hoc casu Episcopus vtique posset alios substituere, adeo quod prouisus de parochiali approbatus à prædictis substitutis examinatoribus nullatenus possit appellari intrusus, iuxta sequentes allegationes per nos elaboratas.

ALLEGATIONES.

CONtra Reuerendum D. Ioannem Iacobū Cream Parochum Sancti Nicolai Terræ Stili Diœcesis Squillacensis nullo modo, ac nullo iure posse procedi per Curiam Illustrissimi Nuncij Apostolici Regni Neapolitani ex pluribus infra dicendis apertè patet.

Primo ex beneficio reg. Triennalis, nam cum præfatus parochus pacificè dictam parochialem retinuerit per spatium nouem annorū, proinde, nullatenus erit molestādus, vt constat *in d. reg.* de qua latè per *Cass. fad. decis.* 3. *de cauſ. poſſ. & propr. Sarnan. q.* 6. *& 7. Vexall. decis.* 44. *p.* 3. vbi ex mēte Rotæ refert decisū p supradictā regulæ beneficiū purgari omne vitium omnemque defectum, ne possessor pacificus molestari possit adeo vt exceptio regulæ præfatæ sit peremptoria, & proinde ipso iure excludit actoris & fisci intentionem, vt contra possessorem amplius aliquid deduci nequeat, *idem Vexall. decis.* 47. *p.* 3.

Et intantum dictæ regulæ beneficium suffragatur dicto parocho, vt procedat quamuis obtinuisset parochialem vitioso titulo, siquidem illa excipit duos tantum casus, scilicet simonia-

Digitized by Google

niacum ingreſſum, & reſeruationem in corpore iuris, ergo de neceſsitate eſt, vt regula comprehendat, & tueatur omnes alios caſus, etiam continentes malam fidem, & vitioſum ingreſſum, vt in proprijs terminis teſtatur fuiſſe pluries in Rota deciſum *Creſc. deciſ. vnica de præſcript. Mohed. deciſ. 5. de poſſ. & propr. Gomeſ. q. 42. Seraphin. deciſ. 71. Ludouiſ. deciſ. 59. Rota diuerſ. deciſ. 673. Pariſ. de reſignation. benefic. lib. 14. quæſt. 11.*

Nec obſtat, quod regula de triennali non ſuffragetur contra decreta S. C. T. vt latè per *Garz. de benefic. p. 7. c. 3. n. 88.* referentē declarationem S. Congreg.

Quia reſpondetur illum loquutum fuiſſe in caſibus particularibus S. C. puta ſuper c. 4. ſeſſ. 7. & cap. 17. ſeſſ. 24. *vt probat idem Garz. loc. cit.*

Item, quia euidenter apparet de obſeruantia formę traditæ per S. C. in concurſu parochialis dicti D. Iacobi concurrentis ex verbis expreſsis Epiſcopi aſſerētis in bulla dictum D. Iacobū fuiſſe de parochiali prouiſum mediante concurſu ab examinatoribus in ſinodo Diœceſano deputatis, quo fit vt præfatæ aſſertioni ſtandum ſit, ita in propriis terminis probat *text. in d. cap. poſt ceſſionem de probat. Caſſador. dec. vnica de præſump. Caſar. de Graff. deciſ. vnica eod. tit. Aebill. de Graff. deciſ. 6. de probat. & deciſ. 9. eod. ex doctrina Alex. communiter recepta in l. de pupilli §. qui nuntiat num. 9. ff. de nou. oper. nunciat. Seraphin. deciſ. 595.*

Quinimo ſunt qui firmarunt contra hanc aſſertionem non admicti probationem in contrarium, vt fuerunt *Merenda conſ. 90. Bologn. conſ. 77. Alexand. conſ. 19. nu. 3.* moti ex communi illorum ſentētia credi Epiſcopo in his quæ ad eius ſpectant officium, vt probatur in *cap. cum parati & in cap. ad audientiam de præſcript. Maſer. reſolut. 74. lib. 1. qui allegat Innoc. in cap. cum in iure de offic. deleg. Abb. in cap. cum alim. de priuil. latè Gabr. concluſ. 3. de probat.*

Imò dato, & minimè cōceſſo in ſupradicto concurſu non fuiſſe ſeruatam formam à Conc. traditam, nō propterea prouiſus dicitur in-

intruſus ſtante legitimo impedimēto docet *Mareſcott. lib.1. var. reſol. lib.1. reſ.52.* vbi habetur, quod ſi tempore quo debet fieri concurſus deſint examinatores ſynodales, de quibus loquitur S.C. *T. ſeſſ.24. cap.18. de refor.* Epiſcopus nō obſtante forma Conc. poterit deputare nouos examinatores abſque celebratione ſynodi teferens fuiſſe per *Rotam iudicatum in vna Placentina de Malpartida 1593. coram Litta, & idem habetur nu.38. & 39.*

Nam vbi forma à lege inducta non poteſt præcisè adimpleri, tunc illam remitti voluerunt *Cuman. conſ. 443. num. 5. cum alijs per Aym. conſ.177. n.1. Roland. conſ.8. num.25. volum.1. & conſ.43. num.56. Tiraquell. ad l. Connubial. gloſ.6. nu.6. 32. & 69.* quando enim Conc. inducit nouam formam, quæ de facto non poteſt obſeruari, quia non adeſſent perſonæ, vel qualitates requiſitæ per eundē Conc. tūc ſufficeret actum fieri eo modo, quo fieri per prius poterat, *Abb. in cap. quia propter num. 3. & 12. de elect. facit text. in cap. fin. eod. Ioan. Andr. conſ.25. nu. 12. Cranett. conſ.17. num.2. Medic. deciſ.9. Verall. deciſ. 1. verb. impedimentum.*

Concilium enim loquitur cū præſuppoſito, quod examinatores exiſtant, ergo ceſſante hoc præſuppoſito, ceſſat eius diſpoſitio, *l. manci pia, & ibi Fulgoſ. & Salic. nu 3. C. de ſeru. fugit.*

Tandem, quoniā deficit qualitas ad fundandam iuriſdictionem Cameræ Apoſtolicæ ſiquidem illa tunc ſubintrat, & conſequenter ſequeſtrū, quoties fructus percipiuntur ab intruſo.

At iſte Reuerendus Parochus, minimè de iure intruſus dici poteſt, ſiquidem ſuam habet prouiſionem ab Ordinario, quam diſcolorat prædicta reſeruatio, *Put. deciſ.* 180. & propterea iuſto titulo accepit poſſeſſionem, & licet poſtea fuerit repertus iniuſtus, quod non eſt in caſu noſtro, ſufficeret ab initio habuiſſe bonam fidem, & colorem detinēndi *Rot. deciſ.4. in princip. de reſtit. ſpoliat. in nou. Sarn. in reg. de ann. q. 57. ſub num.4. latè Rot. deciſ. 320. par.2. in recent.* vbi ad effectum faciendi fructus ſuos dicitur ſufficere talē, qualem titulum etiam inuali-

tualidum, & putatiuum, dū modo non sit reprobus, vt benè etiam *Rot. decis.* 528. *n.* 7. *par.* 2. *in recent.* & quod quælibet causa etiam bestialis, & temeraria excuset à restitutione fructuum testatur *Rota in una Elboren. fructuum* 16. *Februarij* 1618. *coram Remboldo, de quo videatur Peregr. de fideicomm. artic.* 49. *num.* 118. *Dec. cons.* 201. *vol.* 1. *Alban. cons.* 32. *& Alciat. cons.* 90.

7 Sexto, qui termino elapso comparuit ad concursū parochialis, minimè erit admittendus vt S. Congr. declarauit 6. Augusti 1593. *Congreg. Conc. censuit illum qui termino elapso cōparuit minimè esse admittendum ad concursum parochialis.*

8 Septimo Vicarij perpetui in parochialibus Capituli præuio cōcursu nō sunt instituendi, vt eadem S. Cōg. censuit:

Die 28. *Aprilis* 1594. *Congreg. Conc. censuit Vicarios perpetuos in parochialibus Capitulo vnitis non esse præuio concursu instituendos.*

9 Octauo Episcopi est iudicare, quem magis idoneū ad parochialem gubernandam eligere debet, vt S. C. cēsuit sub die 5. Apr. 1598.

Congregatio Concilij censuit examinatores synodales debere denunciare quotquot idoneos repererint ad vacantem parochialem Ecclesiam gubernandam, sed ad Episcopum, non autem ad eosdem examinatores pertinere iudicare, quis inter eos sit magis idoneus.

10 Nono, relationi examinatorum de habilitate concurrentis standum esse voluit *Rota decis.* 673. *p.* 4.

11 Decimo, concursus non est necessarius in Ecclesia parochiali regulari, vt censuit S. Congreg. *teste Gonzalez super reg.* 8. *Cancel.* 6. *num.* 162. *versic. duodecimo.*

12 Vndecimo, iustificatio gratiæ & impetrationis Ecclesiæ vacantis ob non factum concursum infra sex menses iuxta tenorem huius constitut. à die vacationis, est probanda per impetrantem, vt voluit *Rota decis.* 88. *tom.* 2. *in posth.*

13 Duodecimo, concursus habet locum etiam in parochialibus vnitis quotiescūque in Vicarium transfertur non solum exercitium curæ, sed etiam iura, *Rota decis.* 579. *par.* 2. *tom.* 2. *in recent.*

Digitized by Google

14 Tandem si examinatores non fuerint deputati ab Episcopo, & interim labatur tempus intra quod prouisio per concursum fieri debet, beneficium deuoluitur ad Papam, vt fuisse tentum *Butam in una Placentina parochialis testatur D. Riccius decis. 167 p. 4.*

15 Quatenus verò in eadem bulla mandatur, vt possit appellari à iudicio Episcopi siuè ab eius electione facta in concursu ad parochiales Ecclesias.

16 Ampliabis primo, hanc conclusionem, vt appellãs à mala electione non teneatur dicere de læsione, vel grauamine, vt censuit S. C. teste *Gonzalez super reg. Cancell. glo. 4. num. 144. Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 252. Gratian. decis. 96. in addit. nu. 7. & D. Riccius decis. 96. n. 22. p. 4.*

17 Amplia secundo, vt appellans à mala electione, vigore bullæ possit prælatus prouocare ad nouum examen, & quis illorum magis idoneus reperietur reuocata prima electione parochialem obtinebit ita fuisse decisum *in Rota Romana tradit Gratian. dec. 98 num. 22. D. Ricc. resolut. 323 par. 1. in magnis, Campanil. rubr. 7. c. 6. nu. 75.* & ratio est quia de grauamine nõ posset bene constare iudici ad quem nisi per nouum examen, vt considerat *Ludouisius decis. 527. num. 5. Rot. in nou. decis. 8. de probat. & decis. 18. num. 4. de rendeff. prabend. D. Ricc. decis. 382. par. 4. late Nauarrus fuse Nou. iur. Pontific. consult. 9. de appellat.*

18 Declaratur modo, vt examen sit faciendum intra breue tempus *Gonzalez super reg. 8. Cancell. glos. 4. nu. 146.* nam per lapsum tẽporis potest quis euadere doctus, & idoneus, *Seraphin. dec. 968. p. 1.*

19 Declaratur secundo, dari appellationem quando cõstaret de dolosõ, & irrationabili iudicio Episcopi secundum *Ludouisium dec. 11. & 538. D. Riccius resol. 273. num. 2. p. 1.* & quando dicatur, & ex quibus coniecturis appareat iudicium Episcopi dolosum, & irrationabile, *idem D. Ricc. decis. 80 par. 5. Rota decis. 36. p. 2. tom. 1.*

20 Hinc infertur. vt ex duobus præsentatis coram Ordinario, si vterque fuerit æquè idoneus ab examinatori-

toribus reputatus, poterit vni potius, quam alteri fieri collatio beneficij, nec à tali collatione dari poteſt appellatio, ſic fuiſſe iudicatum in *Rot. Rom. teſtatur Farinac. deciſ. 591. parte 1. tom. 2.*

21 Declaratur tertio, talem appellationem concedi ad effectum deuolutiuum, nõ autem ſuſpenſiuum, vt habetur in bulla *verſ. hac tamen tradit Gratian. deciſ. 96. num. 33. & Garz. de benefic. p. 1. cap. 2. nu. 246.* & declarauit S. Congreg. Eminentiſs. Cardin. ſub die 6. Auguſti 1602. ſub ſequenti tenore, vt apud *Farin. in recoll. deciſ. 256.*

Congregatio Conc. conſuit à reprobatione examinatorũ qui aliquem ex concurrentibus ad parochialem Eccleſiam vacãtẽ minus idoneum renunciarũt dari appellationẽ ad effectum deuolutiuum nõ autem ſuſpenſiuum, quod verum eſſe dicas reſpectu appellationis interpoſitæ ab electione Ordinarij, ſecus autem reſpectu appellationis à ſententia Metrapolitani, ad quem fuit appellatum, ſiuè alterius iudicis appellationis reuocatoria electionis Ordinarij, nam in tali caſu totum contrarium erit, vt ſuſpendatur appellatio ad vtrumque effectum ſic fuiſſe deciſum *in Rot. Rom. 29. Nouembris 1613. coram Buratto recenſet Farin. deciſ. 537. par. 1. tom. 2.* vbi quod ſi bulla voluiſſet tollere appellationẽ ſuſpenſiuam à ſententia Metrapolitani id expreſsiſſet, put fecit in appellatione ab electione Ordinarii, ad *text. in l. vnica. §. ſin autem C. de caduc. toll.* & huius opinionis eſt etiam *D. Regens meritiſſimus Valenz. conſil. 45. nu. 19. Genuenſ. in prax. cap. 61. num. 5. quamuis contrarium ſenſerit Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. numero 242.*

22 Dum etiam ſancitum reperitur in bulla prædicta nullam dari appellationem à relatione examinatorũ de quo *late Noua. frater in nou. iur. Pontific. concluſ. 7. de appellat.*

23 Animaduertas quod omnes examinatores tenentur referre qualitates concurrentium alias relatio erit nulla, *iuxta deciſ. Caualer. 299.*

SVMMARIVM.

1 *Cõsecratio virginum, in qua ætate fieri debet.*

De Consecratione virginum.

Super Bulla Clem. VIII.

1 SAnciuit per hanc constitutionem præfatus Sanctissimus, Episcopos in consecratione monialium teneri seruare dipositа in pontificali alias muneri eorum satisfeciſſe non dicantur, & inter alia requisita appositа in Pontificali est illud, vt moniales consecrandæ interrogari debeãt si attingant 25. annum, nam de iure non possunt consecrari ante illam ætatem, vt in *cap. placuit, & cap. virgines* 20 *q.* 1. Nihilominus dẽ cõsuetudine vniuersali cõsecrantur ante dictam ætatem, de qua vide *Natt. cons.* 228. *nu.* 5. *Siluest. verb. consecratio virginum n.* 1. quos refert, & sequitur *Macer. resolut.* 112. *casu* 14. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores reuocantur per bullam Gregor. XV.*
2 *Conseruatores debent quas qualitates habere.*
3 *Commendatarius perpetuus dicitur constitutus in dignitate.*
4 *Abbas constitui potest conseruator.*
5 *Archidiaconus constitui potest conseruator.*
6 *Dignitas superueniens non validat electionem conseruatoris.*
8 *Conseruatores substituti possunt in locum mortuorum*
9 *Conseruatores non possunt sibi conseruatores deputare.*
10 *Conseruatores infra quot tempus deputari debeant.*
11 *Conseruatores an possint amoueri.*
12 *Regulares rei trahuntur coram conseruatoribus amplia vt nu.* 13. *declara vt nu.* 14. 15. *&* 16.
17 *Conseruatores debent examinare summariè, an violentia sit manifesta.*
18 *Conseruatores non procedunt extra ciuitatem, amplia vt nu.* 19. 20.
21 *Controuersia existente inter Conseruatorem, &*

Or-

Digitized by Google

Ordinarium quid agendum sit.

22 *Suspensio quæ comprehendat.*

23 *Regulares actores amouere impediunt officialem non suspectum.*

24 *Conseruatores qui dicantur.*

25 *Bulla Gregorij de Conseruatoribus non comprehendit religionem Hierosolymitanam.*

26 *Appellatio datur à sententijs Conseruatorum.*

De Conseruatoribus.

Super Bulla Gregorij XV.

BVlla hæc incip. Sanctissimus in Christo Pater edita 4. die anno 1621. die 11. Mensis Septembris, nonnulla vtilia capita, tãquam ius nouissimum complectẽtia continet, super quibus tantum omissa dispositione *text. in cap. 1. de offic. delag. in 6. & Conc. Trid. sess. 14. cap. 5.* aliqua vtilia discutiam.

1 In primo capite reuocauit, ac nonnulla decreuit, quascumq; conseruatorũ deputationes factas tam iuxta literarum conseruatorialium, iuxta formam descriptam in quinterno Cancellariæ, quam quorumcumque priuilegiorũ perpetuò, vel ad tempus authoritate Apostolica concessorum ad fauorem quorumcumque Conuentuũ, Capitulorum, Militiarum, Congregationum, Collegiorum ordinum, monasteriorum, Hospitalium, & aliorum piorum, tam secularium quam cuiusuis ordinis etiam mendicantium, vel societatis regularium, loco rum etiam exemptorum.

2 In secundo capite decreuit, vt nequeant conseruatores deputari vel eligi, nisi habeant qualitates requisitas *text. in cap. Statutum de elect. in 6.* Puta quod sint in dignitate Ecclesiastica, vel obtineant personatum, vel Cononicatum in Ecclesia cathedrali, & quod in sinodo prouinciali, vel diocesani sint deputati, alias literæ conseruatoriæ per Sedem Apostolicam concedendę, aliis, quam prędictis nullius sint roboris, & regulares, qui contra hanc formam conseruatores eligere ausi fuerint, voce actiua, & passiua sint ipsiure priuati;

Reli-

Reliqui verò penis arbitrarijs à iura Sãctitate coarcẽtur, & loca prædicta careant conseruatore per annum, & conueniantur coram Ordinario loci.

Ad intelligẽtiam tamen huius capitis est videndus *Tapat. tit. de const. in dignit.* vbi habentur, qui dicantur constituti in dignitate, ad effectum, vt eligi, & deputari valeant conseruatores, sed nè tã remissiuè loquar non desinas notare, quod dignitas competit ei, qui habet iurisdictionem, & officium, vt est Archipresbiter cathedralis iuxta decis. *Rot. vnica de offic. Archipresb. in antiq.* & similia. Personatus verò competit tantum habenti quandam præheminentiam supra alios.

3 Hinc commendatarius perpetuus dicitur constitutus in dignitate, nam dicitur verus Abbas, & prælatus, & ideo sicuti potest esse Iudex delegatus secundum decis. *Boer. 271. sub num. 3. Borrell. in summ. decis. tit. de commendat. nu. 49. Gonzal. super reg. Cane. glos. 1. §. 8. num. 10.* ita & pariter conseruator.

4 Infertur etiam quod Abbas potest conseruator cõstitui, nam dicitur constitutus in dignitate *iuxta decis. Seraphin. 514. tomo primo.*

5 Infertur similiter, quod Archidiaconus absẽte Episcopo poterit eligi in conseruatorem, nam tunc dicitur constitutus in dignitate secus vero præsente *cap. 2. de offic. Archidiac. latè Gratian. discept for. cap. 92. lib. 1. & decis. 77.*

6 Infertur pariter, quod si non constitutus in dignitate fuerit electus in conseruatorem, si post electionẽ siuè deputationem superuenerit ei dignitas, talis electio erit inualida, & regulares incurrerent pœnam cõtentam in hoc secundo capite per illam regulam, vt quod ab initio non valeat tractu temporis cõualescere non possit *tacit decis. Guid. Pap. 286. & Gurb. decis. 23.* quod secus est quando fuerit post electionem erepta ei dignitas *Gratian. discept forens. 92 tom. 1. D. Riec. resolut. 414. par. 1.*

7 Sed an Vicarius Episcopi generalis possit esse conseruator, & aliqui voluerunt pro negatiua opinione nempe quod verba textus in

cap.

cap. fin. de offic. delegat. in 6. ibi nempe (seu dignitates vel personatus) stricte accipi debent, non importent honorem, cum aliqua iurisdictione, sed prout sunt beneficia Ecclesiastica sicuti manifeste probant verba prædicta, ibi (in cathedralibus, vel collegiatis obtinentes), vnde sequitur eosdem Vicarios quatenus tales nō posse exercere officium cōseruatorum, quamuis enim habeant honorem, seu officium cum iurisdictione, nequaquam tamen obtinent dignitatem, seu personatum in aliqua Ecclesia *Abb. in cap. de multa nu. 23. de probend. Selu. de benefic. par. 11. quæst. 2. num. 64. & Menoch. cons. 51. num. 33. lib. 1.* quę dignitas per tenorem prædictum requiritur, & hāc sententiam defendunt *Card. in clem. 1. de rescript. q. 12. Paum. de potest. capit. p. 2. q. 10. num. 16. Rebuff. p. 66. artic. 13. vers. ex his.*

1 Contrariam tamen opinionem veriorem esse puraui) tum quia approbatur per *glos. in d. clem. 2. verb. delegatus, & ibi Anchoran. Paul. & Imola Riccard. in her cons. Menoch. 52. nu. 37. cum seq. lib. 1. & Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. quæst. 27.*

1 Tum etiam, quia hodie Bulla præfata Gregorij vtitur alternatiuis verbis ibi (*ita vt vel in dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum cathedralium Canonici existant*). Vnde cum Vicarii dicantur constitui dignitate, ut plures refert *Sbroz. loc. cit.* quid mirandum si possint in conseruatores eligi; verum excluderem Vicarios foraneos per ea quę scribit *Barbos. de potest. Episcop. alleg. 54. num. 139. par. 3.* quia dicitur potius officium quam dignitas idem *Sbroz. num. 8.*

8 In tertio capite hanc iuris, nec non conseruatorum, & depurator in synodo prouinciali, vel diœcesana (aliquis nouatur, potest) alius substitui per eundem. Ordinarium cum consensu capituli vsq; ad finem synodum.

9 Ex quo capite aperte arguitur conseruatorem non posse sub conseruatore deputare, vltra quod expressum iure cautum reperitur, *ordo Dec. fin. de offic. delig. in 6.* & *comprobat Molin. resolut. 16. num. 7. lib. 1. & Gregor. in singul. tur. cap. 22. nu. 17.*

10 In quarto capite statuit, vt regulares in Italia infra duos, extra verò eam infra sex mēses à die publicationis constit debeant sibi eligere conseruatores iuxta formam traditam sub poena, vt termino elapso conueniri possint coram Ordinarijs.

11 In quinto capite conseruatores legitimè electi, nisi ex legitima causa à Sede Apostolica, aut locorum Ordinarijs, prout iisdem regularibus, aut aliis præditis, libuerit approbanda durāte quinquennio à die deputationis amoueri, aut mutari nullatenus possint, & quod conseruatoriæ literæ regulariter non durent vltra quinquennium vltra C. T. c. 5. in fin. vide Monet. qui plures allegat de cōstitu. cap. 10. fol. 88. num. 328.

Vnde notādum est, quod facta semel electione conseruatoris, non possunt electores variare Roderic. q. 65 & ratio est, nam facta electione ius queritur electo quòd ei nolenti auferri nō potest, Rebuff. de priuileg. scholar. priuil. 151. num. 9. Mohedan. decis. 21, nisi aliter sit dispositum in priuilegio conseruatoriæ Roderic. d. art. cap. 5 in fin.

12 In sexto capite emanatū reperitur, Regulares, si fuerint rei non posse trahi coram Ordinarijs, sed conseruatoribus, secus si actores, nam non possent alios traherc coram dictis conseruatoribus. Et meritò quidem nam actor sequitur forum rei tam de iure ciuili, vt probat text. in l. in criminali C. de iurisd. omn. iudic. & in l. iuris ordinem C. eod. quam de iure canonico, vt in cap. sanè cap. cum sit generale, & cap. si clericus de for. compet.

13 Ampliatur primo, huius capitis conclusio, vt regulares debitores trahi debeant coram conseruatoribus, Rodric. q. 65. art. 12. Guid. Pap. decis. 18. Peregr. Mare. decis. 1087. part. 3. & Conc. T. trid. d. sess. 14. cap. 8. nam dictio conseruatorum ad instar ordinariæ censetur Navarr. cons. 3. de offic. deleg. maximè hodie per S. C. T. & bullam.

14 Declaratur modo, vt regulares in causa hæresis nō conueniantur coram conseruatoribus, sed coram Ordinarijs siuè inquisitoribus hæreticæ prauitatis cap. ad abolendum in fine de hæret. cap. fin. & cap. vt officium §. con-

§. compescendi eodem in 6. nam sicuti generalis commissio facta à Papa delegato non extenditur ad causas fidei *cap. frater noster 16. q. 1. cap. in generali, vbi glos. ver. generali de reg. iur. in 6.* ita nec generalis commissio data conseruatori non est extendenda ad causas fidei, datur enim argumentū à delegatis ad conseruatores, tanquam à genere ad speciem, *gl. in cap. fin. verb. edita de offic. deleg. in 6.*

15 Declaratur secundo, vt potestas horum conseruatorum non extendatur ad causam cęptam coram Ordinario antequam eligeretur conseruator *D. Riccius decis. 191. p. 3.*

16 Declaratur tertio, vt per illa verba (*vt coram conseruatoribus regulares conuenire quidē, aut trahi debeant sed alias conuenire, aut trahere non possint, ita vt memorati conseruatores in causis, in quibus regulares, & alij actores fuerint nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in ijs tantum, in quibus rei fuerint*) non fuerit sublata facultas, quam habēt conseruatores defendendi regularem, & alios à manifestis iniurijs, & violentijs, quæ illis de facto inferuntur dum à suis possessionibus ejiciuntur, & proprijs bonis vti impediuntur iuxta declarationem S. Congr. Eminentiss. Card. Conc. Trident. interpetrum tenoris sequentis.

S. Cong. Card. Conc. Trid. interp. censuit eiusmodi verbis minime sublatam fuisse fuisse facultatem, quam habent conseruatoris defendendi regulares à manifestis iniurijs ac violentijs dummodo obseruēt formam præscriptā Constit. Innoc. IV. & Bonif. VIII. relatis in cap. 1. & fi. de offic. deleg. in 6.

C. Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosper Fagnanus S. Cong. Secr.

Quæ conclusio extenditur siuè causa agitetur contra personas Ecclesiasticas, siuè etiam contra seculares, nam cum in his terminis vbi v. 3. solum tractatur de iniurijs, & violentijs manifestis personis, seu rebus Ecclesiasticis illatis, causæ hæc natura sua tanquam sacrilegium inuoluētes ad forum Ecclesiasticum etiā

Digitized by Google

contra: sæculares spectent *ex reg. textus in cap. cum sit generale, & cap. conquestus de for. compet.* in consequentiam super illis contra omnes etiam sæculares potestas conseruatoribus à iure concessa intelligitur cum nullum fiat præiudicium iurisdictioni sæculari tanquam cessante ratione *cap. nouit. in princip. de iudic. ita Cabed. diuers. iur. arg. lib. 3. cap. 18. nu. 6.*

17 Verum notare ne prætermictãt conseruatores, vt ante omnia debent summariè examinare, an violẽtia, seù iniuria, de qua agitur fuerit manifesta, & super ea probationes recipere ad fundandam eorum iurisdictionem, ita vt si inueniant illam notoriam procedant, aliàs se incompetẽtes pronuncient, *Gail. lib. 1. obseru. 34. num. 3. Barbos. in l. si quis ex alieno nu. 142. & 147. de iudic. Silu. in summ. verb. conseruator nu. 3. & plures refert Barbos. de pot. Episcop. p. 3. alleg. 106. nu. 18.*

18 In septimo capite expresse mandatur, vt prædicti conseruatores non præsumant procedere extra ciuitatem, & diœcesim, in qua fuerint deputati, & nationabiliter, nam iurisdictio conseruatoris est contentiosa, & non potest exerceri vltra suum districtum, *vulg. cap. vt animarum de const. in 6. l. fin. ff. de Iurisd. omn. iudic. D. Rice. collect. 591.* hinc videmus, quod delegatus nequit extra locum commissionis partes citare, nec causam cognoscere sine expresso partium consensu *c. statutum, §. in nullo quoq; de rescrip. in 6. D. Rice. resp. 422. p. 1. in prax. in nouis, & in antiq. decis. 624.* adeo vt tacitus nõ sufficiat, *Glos. in d. §. in nullo quoque Abb. in cap. nonnulli de rescript. Genu. in prax. c. 69. in addit. num. 15.* prout etiam sententia lata contra citatum extra territorium citantis est nulla ipso iure, *clam. pastoralis de sent. et re iudic. Mising. obseru. 7. cent. 6.* & in terminis huius conclusionis inquit *Maser. resolut. 16. lib. 1.*

16 Ampliatur conclusio huius capitis, vt hodie dicatur limitata dispositio *textus in d. cap. fin. vers. conseruatores autem de offic. delegat. in 6.* per quam statuebatur, vt conseruatores extra ciuitates siuè diœceses, in quibus fue-

Digitized by Google

fuerant deputati procedere non possent, nec reos ad iudicium trahere vltra vnã dietam à fine diœcesium eorundem, prout notabant *Azor. instit. mor. par. 2. lib. 5 cap 34. q 8. Roderic. qq. reg. tom. 1. q. 65. artic. 7. Cenalh. commun. contr. tom. q. 897. num. 730. cum seqq. tom. 4. & Tusc. conclus. 405. cum seqq. lib. D.* nam bulla prædicta simpliciter loquitur, vt nõ possint trahere extra dioœsim, vel ciuitatem, in qua fuerint deputati, nec mentionem facit de dieta.

20 Ampliatur secundo, vt nec procedere valeant statè partium consensu *glos. in d. cap. fin. de offic. deleg. in 6. verb. nõ præsumãt ibi, quod in conseruatore non credo*; sequitur *Molin. de iust. tom. 6. disp. 29. & idem Macer. loc. cit. numer. 6. vbi num. 7.* subdit esse suspensum tanquam excedentem terminos.

21 In octauo capite habetur, vt si fuerit controuersia inter conseruatores, & ordinarium, non procedatur per eos, quousque terminetur per arbitros competentia iurisdictionis, & excedens tam in hac quam alia parte suos limites per annum est suspensus ab officio, & partes id procurantes sint excommunicate.

22 Nota ibi (*quod ab officio sit suspensus*) vt illa suspensio tria comprehendit, nempè exequutionem Ordinis, iurisdictionis Ecclesiasticæ, & administrationem Ecclesiæ, & rerum ecclesiasticarum ad Dei cultum *Sair. de cens. cap. 5. Vgol. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 6. nu. 1. & seq.* Non tamen priuat à distributionibus quotidianis, *Nauarr. in man. cap. 27. num. 160. late Vgol. tab. 1. cap. 14. §. 1. Monet. de distrib. quotid. par. 2. cap. 15. imò secundum Suar. disput. 30. num. 17 in fin.* non suspenditur à beneficio, nam quoties à iure, seu ab homine suspensio ab officio precisè, vel absolutè imponitur, si aliud non adiatur non includit suspensionem à beneficio, *ex text. in cap. cum inter in prine. de purg. can.* & comprobant alijs fundamentis, *idem Suar. d. 26. sect. 3. à nu. 4. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 32. §. 3.* & sic ẽt excusaretur conseruator ob ignorantiã dummodo non sit crassa, *secundum glos. in cap. vos de tempor. ordin. in 6. & Rodrig. qq. reg. tom. 1. q. 65. artic. 9.*

Digitized by Google

Contrariam tamen ipse sector sententiam non sufficere ad incurrendam pœnam delinquere per ignorantiam iuris crassam, vel affectatam, nam verius est requiri, vt conseruatores culpabiliter, & grauiter peccando id faciãt cũ Sanctissimus hic referat se constitut. 1 onif. \ III incip. hac constitutione, quæ est *d.c. fin. de offic. de leg. in 6.* qui textus exigit scientiam, nec sine causa verbum scienter in eo additum est, ad excludendam scilicet quamcumque ignorantiam, vt defendit *Suar. tom. 5. disp. 26. sect. 1. d nu. 3.* ea nempe ratione, nam quælibet ignorantia, & crassa excusat à pœna licet nõ à culpa, quando lex pœnam imponens vtitur verbo (*scienter*) vt *argum. text. in l. igitur ff. de liber. cauf. cum similibus comprobat Nauarr. in man. cap. 27. num. 141.*

Nota etiã ibi (*quod pars quæ id procurauerit excommunicationis pœnam incurret*) esse Sanctissimo reseruatam, vt per *Gãb. de cas. res. cap. 17. nnm. 6. in princip. Pilluec. tract. 14. num. 53. vers. quinta nu. 57. Rainer. de cens. extr. bull. cœna cap. 9. excom. 47. quos refert Barbos. de pot. Episcop. p. 3. alleg 50. num. 205.* à qua absolui nequit nisi refectis alteri parti expensis, *vt habetur in d. cap. fin.* nec sufficit cautio, *vt ibi Dominic. & & Franc. num. 2. glos. in cap. 2. verb. manifesta de sentent. excomm. in 6. DD. in cap. qua fronte de appellat. Couarr. in cap. alma mater p. 1. §. 11. num. 11. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 28.* quod declara in hanc pœnam non incidere quemcumque procurantẽ, sed tantum partem, vt probant verba nostræ bullæ ibi (*& pars, quæ hoc fieri procurauerit*) ita declarant *Nauarr. in man. cap. 27. nu. 125 Azor. d. p. 2. lib. 5. cap. 34. q. 13. Suar. tom. 4 d. 23. sect. 4. num. 10. & Roderic. d. q. 65. artic. vlt.*

23 In octauo capite non prohibet Sanctissimus, quo minus regulares, & alij supradicti in casibus à iure permissis petant Iudicem non suspectum à magistratibus secularibus, tribus tamen copulatiuè concurrẽtibus, vt sint actores, & non rei, vt agant contra laicũ, non autem ecclesiasticum, vel alias à seculari iurisdictione exemptum, ac etiam

vt

vt causa, in qua iudex deputatur si prophana, non autem Ecclesiastica.

24. Qui tamen dicantur cõseruatores, & ad materiam vide *Nouarium fratrem in nou. iur. pontific. cõclus. unic. de conseruat. Dom. Riccium col. lect. 899.*

25 Et an huiusmodi constitutio afficiat religionem Hierosolymitanam. S. Congreg. Emin. Cardin. censuit negatiuè *sub die 6. Februarij* 1627. quæ declaratio reperitur impressa in bullario S. D. N. Vrbani Papæ VIII. mei benefactoris incip. exponi nobis.

26 A cõseruatorum autem sententijs dari appellationẽ ad Papam dixit *Ancharan. cons. 72.* ex quo sunt Iudices delegati, vt habetur in *c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Tenor bullæ Nicolai V. in contractu censuali.*
2 *Tenor bullæ Pij V. in fenmãdo censu.*
3 *Tenor bullæ Gregorij XIII. pro constitutione census.*
4 *Census, vt dicatur legitimè constitutus qua requirantur.*
5 *Census constitui debet super re certa declaranda nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*
12 *Census non potest constitui ab vsufructuario, inuito proprietario.*
13 *Census non constituitur à marito super fundo dotali.*
14 *Census quando possit constitui super re aliena sine cõsensu domini.*
15 *Census constituitur super re stabili, amplia vt nu. 16. 17. & 18.*
19 *Census constituitur super re fructifera, & an si sit deteriorata nu. 20.*
21 *Census an imponi possit super re, quæ non affert tot fructus, quot importat census deductis laboribus.*
22 *Census an imponi possit super iurisdictione alicuius castri.*
23 *Res fructifera quæ dicatur.*
24 *Census imponitur super re libera, amplia vt nu. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.*
33 *Census imponitur super re certis finibus designata, & quid si venditor haberet vnam domum nu. 34.*
35 *Fines qui, & quot designari debent.*
36 *Pactum de retrouendendo apponitur in ciſu, amplia vt nu. 37. 38. 39. 40. & 41. declara vt nu. 42. 43.*

44 Cen-

44 *Census quando dicatur redimi.*

45 *Census constituitur ad vitã emptoris.*

46 *Census non debet excedere decimam partem pretij.*

47 *Census constituitur numeratione pecuniæ, amplia num. 48.*

49 *Pecunia numeratio probatur ex instrumento, nisi contrarium probetur.*

50 *Cedula bancaria habetur pro pecunia præsente.*

51 *Pecunia præsens non requiritur in contractibus censualibus.*

52 *Allegatio rerum pro numeratione pecuniæ.*

53 *Numeratio pecuniæ non requiritur, quando debitum fuit verum in alia causa.*

54 *Census est validus, absque pecuniæ numeratione, contra illa prætendentem ad minus venditorem.*

55 *Pecuniæ numeratio non requiritur in alienatione census.*

56 *Pecuniæ numeratio non est de substantia in contractu censuali ante Bullam Pij V.*

57 *Nullitas census ex defectu numerationis pecuniæ sanari solet per Pontificem.*

58 *Numeratio pecuniæ ex quibus verbis instrumenti colligitur.*

59 *Numeratio pecuniæ an probetur per testes de auditu.*

60 *Census invalidatis exceptio an impediat, quidinterim soluatur.*

De Contractibus censualibus.

Super Bulla Nicolai V. Pij V. & Gregorij XIII.

DE anno vero emanata fuit prædicta bulla per Nicolaum V. incipi. *Sollicitudo Pastoralis*, in materia contractus censualis, per quam mandatum posse costrui censum super rebus propriis cum facultatibus emolumentis iuribus, & rebus, dummodo interueniat pactum de retrouendendo, & annualis census non excedat decimam partem pretij principalis.

2 De anno postea 1569 emanata fuit noua forma creandi census per *Bullam Pij V. incip. Quæ ergo nostra constitutione.*

Ex cuius dispositione apparet requiri has qualitates in constitutione census. s. vt constituatur super rebus immo-

immobili, vel quæ pro immobili habetur de sui natura fructifera certis finibus designata pecunia præsente coram testibus, & Notario in actu celebrationis instrumenti.

3 Nouissimè verò de anno 1584. ad instantiam Alphonsi Regis Siciliæ citra & vltra farum, fuit *per Gregorium XIII. in eius constit. incip. Ad perpetuam rei memoriam.* approbata bulla Nicolai addito solum particulari, vt constituatur super re certa, & corpore expresso, & deinde super aliis rebus.

4 Tu autē benigne lector si scire intendas veram, ac hodiernam praxim tam in hac nostra Curia Archiepiscopali, quam per totum regnum. Notabis infrascripta requiri omissis omictēdisad effectum, vt legitimè dicatur constitutus census, nec aduersus eum aliqua exceptio opponi valeat.

Primo, & principaliter vt fiat super re certa, & stabili certis finibus designata ac libera cum obligatione omnium bonorum, & personæ ipsius venditoris. Secundo, vt addatur pactum de retrouendendo per verbum, quandocumque, & tempore vt annuus cēsus non excedat decimam partem pretij, habetur per *D. Riccium resolut. 205. p. 2.*

Alias census est nullus non seruatis dictis requisitis, tanquam contra formā dictarum constit. cuius ratio fauore animarum, & ob publicam vtilitatem, vt plurimis authoritatibus cōprobat *Surd. cons. 318. n. 1. & seq. Hurtado*

5 Ad primam qualitatem census cognoscendo sciendum est censum esse constituēdum super re certa alias si non sit constitutus super re particulari census non tenebit, *Vinnius decis. 363. num. 2.*

6 Declaratur primo, vt nō dicatur contractus vsurarius si plures sint obligati in solidum si interuenerit vnum solum corpus *Mastrill. decis. 142. p. 2.*

7 Declaratur secundo, vt census impositio super dōmo generaliter, si vnam tātum domum vendens habeat substineatur, vt in his terminis tradit *Bart. per illum text. in l. 2. nu. 1. ff. de liber. & posth. & ibi Iaſ. n. 14. & alij, quos citat Decian. in respons. 2. n. 70. lib. 4. textus*

quam

quam opinionem sentijt Rota in vna Ciuitatis Castelli census die 10. *Maij* 1599. *coram Marchesano de commiss. p.* 1. §. 2. *fol.* 859.

8 Declaratur tertio, vt post bullam hanc census vitalitius personalis sit licitus, *Lup. de vsur. coment.* 2. §. 2. *num.* 83. *Roderic. in sum. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 2. *Lopez lib.* 2. *de contract. cap.* 55. *conclus.* 3. *Salas de cens. dub.* 5. *nu.* 2. *vers. tertio probatur Eman. Sa verb. census num.* 4. *Istè Sanctar. var. resolut. q.* 46. *per totam, & vide infra nu.* 44.

9 Declaratur quarto, vt cē sus substineatur, quamuis sit impositus super pluribus rebus, etiam non expressa summa, pro qua singula corpora sunt grauata, dummodo certi fines designentur, vt fuit resolutum in vna *Romana census* 44. *Ianuario* 1602. *coram Sacrato*, per quam fuit reiecta distinctio, quam faciunt Moderni *à Cingulo in trac. de cens. p.* 3. *nu.* 26. quod habet locū etiam si sit appositum pactum, vt emptor singulis annis possit eligere ex qua re velit sibi censum persolui *Gabr. cons.* 47. *lib.* 2. Imò quamuis postea esset dictū super omnibus quibuscūq; bonis, quia quando certa corpora sunt expressa, census valet, nec vtile per inutile vitiatur *c. vtile de reg. iur. in* 6. *& ita tenuit Rota in vna beneuentana census* 16. *Decembris* 1594. *coram Mantica*. Dummodo prædicta specialiter grauata, & nominata sufficiār pro integra solutione fructuum census, secus si non sufficiant, quia sequens clausula generalis, & super aliis bonis attencta constit. Pij nihil operatur, neque ex ea census substineri potest, nisi esset cōstitutus ante ipsam bullam, *vt Rota tenuit in vna Eugubina census.* 10. *Februarij* 1597. *coram Litta*.

10 Declaratur quinto, vt census impositus super pluribus rebus substineatur ēt vna earum perempta, dummodo remanens sit capax pro illius substentatione, *vt fuit tenta in vna Romana census* 14. *Ianuarii* 602. *coram Sacrato*. hinc infertur de societate officiorum inita super duobus officijs, quæ substinetur, quamuis alterum ex officijs vacet dummodo officium remanens sit capax societatis, vt fuit dictū *in causa Romana*

Juge-

societatis de Luchinis 24. Ianuarij 1573. coram Blanchetto.

11 Declaratur sexto, vt census in terminis bullæ Pij V. super re propria constitui nō possit, nisi ad vtilitatem alterius, nā licet possit quis etiam, ex sua pecunia pro alio censum emere ad *text. in l. mancipia, vbi Bald. C. si quis alt. vel sibi*, Non tamen illud potest constituere super re propria ad sui fauorem, vt per *Rotam in causa Romana nullitatis census 9. Decembris 1602. corā Card. Lancellotto*, alias daretur emptio rei propriæ, quæ est impossibilis, *l. cum res C. de cōtrab. empt. l. sua rei ff. eod. l. neque pignus ff. de reg. iur.* Vnde videmus, quod census statim extinguitur quocumque titulo ad emptorem perueniat, *l. 1. ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. neque pignus ff. de reg. iur. eadem Rota in vna Romana census de Comitibus 29. Apri. 1592 coram Penia.*

In re autem aliena certū est constitui posse censum cum consensu Domini, *Nauarr. in comment. de vsufr. num. 431. vers. quintum*, adferens, quod si dominus consenserit dictæ impositioni, non poterit postea contrauenire *c. quod semel de reg. iur. in 6.*

12 Sic etiam vsufructuarius inuito proprietario non potest super ipsa proprietate censum imponere, quoniā proprietas quo ad vsufructuarium res aliena est, & sic non potest illam alteri seruituti subijcere, *l. 2. ff. de seruit. Molin. de primogen. Hisp. lib. 1. c. 20. nu. 2. Garz. de expens. & meliorat. cap. 10. nu. 20.*

13 Ita & pari modo dicimus de marito, cui prohibetur census impositio super fundo dotali ex defectu dominij, & hipothecæ cum maritus ad instar vsufructuarij prædictum dotale non valeat alienare, *l. 2. & l. dotale prædium ff. de fund. dotal.* Nisi res dotalis fuisset data æstimata, cum æstimatio faciat emptionem, *l. sinister C. de iur. dot. l. quotiens C. eod. & l. æstimatis ff. solut. matr.* Vel quando vxor impositioni census cum iuramento consensisset, nam hoc casu etiam contractus valet, *cap. cum contingat de iureiur. cap. licet mulieres eodem in 6. Roland. cons. 70. nu. 20. & 21. lib. 2.*

14 Licet vera sit illa con-

Digitized by Google

cluſio, quod cēſus non poſſit conſtitui ſuper re aliena ſine conſenſu domini, tamen ſi tempore creationis cenſus emptori non conſtabat rem eſſe alienam, impoſitio ſubſtinetur in præiudicium imponentis, quia etiam res aliena in præiudicium vendentis vendi poteſt, *l. rem alienam ff. de contrab. empt. Afflict. deciſ. 369. Rota in una Tuſculana ſoeietatis 9. Maij 1588. coram Gipsio.*

15. Secundo, quod cenſus conſtituatur ſuper re ſtabili adde videndum omnino *Illuſtriſs. D. Reg. Tapiã deciſ. 15.* Et ideo meo iudicio corruit opinio, *Maſull. ad Capyc. in addit. ad deciſ. 159. in fin.* vbi ait cenſum imponi poſſe ſuper barca, quę non excedit annos viginti, & ſic pariter id, quod inquit *Conarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 5. verſ. ego ſane*, vt cenſus imponi poſſit ſuper actione perſonali, quæ procedunt ante diſpoſitionem huius bullæ.

16. Ampliatur primo, vt poſſit cōſtitui cenſus ſuper cenſu, quia inter immobilia reputatur *Caroc. dec. 103* & in terminis huius conſtit. voluit *Seraphin. deciſ. 224. num. 4. p. 1.* quia cenſus dicitur res fructifera, & certa ratione rei, cui inheret, & inter ſtabilia connumeratur.

Quare nudum in ſcirpo quærunt, qui conantur in medium afferre, quod annui redditus contineantur ſub mobilium appellatione, & per conſequens ſi huiusmodi annui cenſus ſint dotales, non ſtatim ſed poſt annum reſtituendi veniunt cum ex magis cōmuni, & recepta opinione appellatione immobilium contineantur textus eſt expreſſus, & ad literam in *clement. exiui de paradiſo §. eumque annui redditus de verbor. ſignif.* vbi Summus Pontifex expreſſe ſtatuit, quod Fratres Minores Sancti Franciſci, qui non poſſunt poſsidere ſtabilia, nec etiam admictuntur ad poſſeſſionem annuorum reddituum, & reddit rationem quia inter immobilia à iure connumerātur, eſt alius *textus in l. ſi quis inquilinos ff. de leg. 1. ſequuntur Bart. Bald. Caſtr. & alij in d. l. in. bemus; & quamplurimos refert Surd. deciſ. 204.* hinc eſt quod

quod feudum licet non possit constitui, nisi in bonis stabilibus; tamen potest constitui in censibus cum immobilium appellatione veniant, vt nouissimè vltra alios notat *Regens de Ponte in pralud. feud. lect. 1. nu. 45. & 46.* & si vēdatur annuus census ab Ecclesia, vel minore requiritur eadem solemnitas, quæ in venditione stabilium secundum *Bald. cons. 518. vol. 5. & Foller. in sua praxi cens. § huiusmodi num. 24. & 36.* & sicut pro rei stabilis obligatione debetur laudemium, vbi data est in emphiteusi, ita & pro annuo cēsu, prout hæc & alia cumulat idem *Surd. decis. 204. refert & sequitur Ioanes Marcus Aquilinus in l. naturaliter § nihil cōmune ff. de acquir. possess. Quarant. in compend. Bull. verb. alienatio nu. 16. sic etiam Peregrin. decis. 75.* concludit, quod census quamuis nec mobiles, nec stabiles non sint, quia corporales non sunt, nec loco circumscribuntur, iuris tamen censura inter immobilia connumerantur, maximè quia sunt perpetui licet sint extinguibiles, causā habere perpetuam censen-

tur *l sufficit ff. de condit. indebit. l. iuris peritos ff. de cens. tut.* & si sunt extinguibiles ad voluntatem debitoris ad hunc perpetui censentur, & excusant à satisdatione non secus à possessione rerum immobilium, vt concludunt omnes *in l. soli dum ff. qui satisd. cog.*

Et si nunquam adessent authoritates Doctorum, & iurium expresse hoc sancientium, & esset iudicantium à ratione, ac si punctus nunquam reperiretur decisus, posset negari, quod mobilia restituūtur statim quia extant; & mobilia habent anni dilationem, quia præsumuntur, non sic facilior extare, *vt notant Doctores in l. vnica § exactio C. de rei vxor. act. in § fuerat inscript. de act. in l. 2. ff. solut. matrim.* Si hoc est clarum ad quid cadit dubitatio, quod cum essent annui redditus non sunt statim restituēdi & hæredes mariti nulla gaudent dilatione? cum n. militet eadem ratio idem ius statui debet vulgata *l. illud ff. ad l. Aquil. l. si à Titio tum concordantibus ff. de verb. oblig.* Et si videmus quod pecunia posita in bāco tanquam extans immo-

contra sæculares spectent *ex reg. textus in cap. cum sit generale, & cap. conquestus de for. compet.* in consequentiam super illis contra omnes etiam sæculares potestas conseruatoribus à iure concessa intelligitur cum nullum fiat præiudicium iurisdictioni sæculari tanquam cessante ratione *cap. nouit. in princip. de iudic. ita Cabed. diuers. iur. arg. lib. 3. cap. 18. nu. 6.*

17 Verum notare ne prætermictat conseruatores, vt ante omnia debent summariè examinare, an violẽtia, seù iniuria, de qua agitur fuerit manifesta, & super ea probationes recipere ad fundandam eorum iurisdictionem, ita vt si inueniant illam notoriam, procedant, alias se incompetẽtes pronuncient, *Gail. lib. 1. obseru. 34. num. 3. Barbos. in l. si quis ex alieno nu. 142. & 147. de iudic. Silu. in summ. verb. conseruator nu. 3. & plures refert Barbos. de pot. Episcop. p. 3. alleg. 106. nu. 18.*

18 In septimo capite expresse mandatur, vt prædicti conseruatores non præsumant procedere extra ciuitatem, & diœcesim, in qua fuerint deputati, & rationabiliter, nam iurisdictio conseruatoris est contentiosa, & non potest exerceri vltra suum districtum, *vulg. cap. vt animarum de const. in 6. l. fin. ff. de Iurisd. omn. iudic. D. Ricc. collect. 591.* hinc videmus, quod delegatus nequit extra locum commissionis partes citare, nec causam cognoscere sine expresso partium consensu *c. statutum, §. in nullo quoq; de rescrip. in 6. D. Ricc. resp. 422. p. 1. in prax. in nouis, & in antiq. decis. 624.* adeo vt tacitus nõ sufficiat, *Glos. in d. §. in nullo quoque Abb. in cap. nonnulli de rescript. Genu. in prax. c. 69. in addit. num. 15.* prout etiam sententia lata contra citatum extra territorium citantis est nulla ipso iure *clem. pastoralis de sent. et re iudic. Mising. obseru. 7. cent. 6.* & in terminis huius conclusionis inquit *Maser. resolut. 16. lib. 1.*

16 Ampliatur conclusio huius capitis, vt hodie dicatur limitata dispositio *textus in d. cap. fin. vers. conseruatores autem de offic. delegat. in 6.* per quam statuebatur, vt conseruatores extra ciuitates siuè diœceses, in quibus fue-

Digitized by Google

fuerant deputati procedere non possent, nec reos ad iudicium trahere vltra vnã dietam à fine dioecesum eorundem, prout notabant *Azor. instit. mor. par. 2. lib. 5 cap 34. q 8. Roderic. qq. reg. tom. 1. q. 65. artic. 7. Ceuall. commun. contr. com. q. 897. num. 730. cum seqq. tom. 4. & Tusc. conclus. 405. cum seqq. lib. D.* nam bulla prædicta simpliciter loquitur, vt nõ possint trahere extra dioecesim, vel ciuitatem, in qua fuerint deputati, nec mentionem facit de dieta.

20 Ampliatur secundo, vt nec procedere valeant statè partium consensu *glos. in d. cap. fin. de offic. deleg. in 6. verb. nõ præsumãt ibi, quod in conseruatore non credo*; sequitur *Molin. de iust. tract. 6. disp. 29. & idem Macer. loc. cit. numer. 6. vbi num. 7.* subdit esse suspensum tanquam excedentem terminos.

21 In octauo capite habetur, vt si fuerit controuersia inter conseruatores, & ordinarium, non procedatur per eos, quousque terminetur per arbitros competentia iurisdictionis, & excedens tam in hac quam alia parte suos limites per annum est suspensus ab officio, & partes id procurantes sint excommunicate.

22 Nota ibi (*quod ab officio sit suspensus*) vt illa suspensio tria comprehendit, nempè exequutionem Ordinis, iurisdictionis Ecclesiasticæ, & administrationem Ecclesiæ, & rerum ecclesiasticarum ad Dei cultum *Sair. de cens. cap. 5. Vgol. de censur. Eccles. tab. 4. cap. 6. nu. 1. & seq.* Non tamen priuat à distributionibus quotidianis, *Nauarr. in man. cap. 27. nu. 160. late Vgol. tab. 1. cap. 14. §. 1. Monet. de distrib. quotid. par. 2. cap. 15. imò secundum Suar. disput. 30. num. 17 in fin.* non suspenditur à beneficio, nam quoties à iure, seu ab homine suspensio ab officio præcisè, vel absolutè imponitur, si aliud non addatur non includit suspensionem à beneficio, *ex text. in cap. cum inter in prine. de purg. can.* & comprobant alijs fundamentis, *idem Suar. d. 26. sect. 3. à nu. 4. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 32. §. 3.* & sic ēt excusaretur conseruator ob ignorantiã dummodo non sit crassa, *secundum glos. in cap. vos de tempor. ordin. in 6. & Rodr. qq. reg. tom. 1. q. 65. artic. 9.*

Digitized by Google

Contrariam tamen ipſe ſector ſententiam non ſufficere ad incurrendam pœnam delinquere per ignorantiam iuris craſſam, vel affectatam, nam verius eſt requiri, vt conſeruatores culpabiliter, & grauiter peccando id faciãt cũ Sanctiſſimus hic referat ſe conſtitut. 1 onif. V III incip. hac conſtitutione, quæ eſt *d.c. fin. de offic. de leg. in 6.* qui textus exigit ſcientiam, nec ſine cauſa verbum ſcienter in eo additum eſt, ad excludendam ſcilicet quamcumque ignorantiam, vt defendit *Suar. tom. 5. diſp. 26. ſect. 1. d nu. 3* ea nempe ratione, nam quælibet ignorantia, & craſſa excuſat à pœna licet nõ à culpa, quando lex pœnam imponens vtitur verbo (*ſcienter*) vt *argum. text. in l. igitur ff. de liber. eauſ. cum ſimilibus comprobat Nauarr. in man. cap. 27. num. 141.*

Nota etiã ibi (*quod pars quæ id procurauerit excommunicationis pœnam incurret*) eſſe Sanctiſſimo reſeruatam, vt per *Gãb. de caſ. reſ. cap. 17. nnm. 6. in princip. Filluc. tract. 14. num. 53. verſ. quinta nu. 57. Reiner. de cenſur. extr. bull. cœna cap. 9. excom. 47. quos refert Barboſ. de pot. Epiſcop. p. 3. alleg 50. num. 205.* à qua abſolui nequit niſi refectis alteri parti expenſis, *vt habetur in d. cap. fin.* nec ſufficit cautio, *vt ibi Dominic. & & Franc. num. 2. gloſ. in cap. 2. verb. manifeſta de ſentent. excomm. in 6. DD. in cap. qua fronte de appellat. Couarr. in cap. alma mater p. 1. §. 11. num. 11. Henriq. in ſum. lib. 13. cap. 28.* quod declara in hanc pœnam non incidere quemcumque procurantẽ, ſed tantum partem, vt probant verba noſtræ bullæ ibi (*& pars, quæ hoc fieri procurauerit*) ita declarant *Nauarr. in man. cap. 27. nu. 125 Azor. d. p. 2. lib. 5. cap. 34. q. 13. Suar. tom. 4 d. 23. ſect. 4. num. 10. & Roderic. d. q. 65. artic. vlt.*

23 In octauo capite non prohibet Sanctiſſimus, quo minus regulares, & alij ſupradicti in caſibus à iure permiſsis petant Iudicem non ſuſpectum à magiſtratibus ſecularibus, tribus tamen copulatiuè concurrẽtibus, vt ſint actores, & non rei, vt agant contra laicũ, non autem eccleſiaſticum, vel alias à ſeculari iuriſdictione exemptum, ac etiam

vt

vt causa, in qua iudex deputatur si prophana, non autem Ecclesiastica.

24 Qui tamen dicantur cõseruatores, & ad materiam vide *Nouarium fratrem in nou. iur. pontific. cõclus. onic. de conseruat. Dom. Ricc. collect. 899.*

25 Et an huiusmodi constitutio afficiat religionem Hierosolymitanam. S. Congreg. Emin. Cardin. censuit negatiuè *sub die 6. Februarij* 1627. quæ declaratio reperitur impressa in bullario S. D. N. Vrbani Papæ VIII. mei benefactoris incip. exponi nobis.

26 A cõseruatorum autem sententijs dari appellationẽ ad Papam dixit *Anchoran. cons. 72.* ex quo sunt Iudices delegati, vt habetur in *c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Tenor bullæ Nicolai V. in contractu censuali.*

2 *Tenor bullæ Pij V. in summa de censu.*

3 *Tenor bullæ Gregorij XIII. pro constitutione census.*

4 *Census, vt dicatur legitimè constitutus qua requirantur.*

5 *Census constitui debet super re certa declaranda nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*

12 *Census non potest constitui ab vsufructuario, inuito proprietario.*

13 *Census non constituitur à marito super fundo dotali.*

14 *Census quando possit constitui super re aliena sine cõsensu domini.*

15 *Census constituitur super re stabili, amplia vt n. 16. 17. & 18.*

19 *Census constituitur super re fructifera, & an si sit deteriorata nu. 20.*

21 *Census an imponi possit super re, quæ non affert tot fructus, quot importat census deducta laboribus.*

22 *Census an imponi possit super iurisdictione alicuius castri.*

23 *Res fructifera quæ dicatur.*

24 *Census imponitur super re libera, amplia vt num. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.*

33 *Census imponitur super re certis finibus designata, & quid si venditor haberet vnam domum nu. 34.*

35 *Fines qui, & quot designari debent.*

36 *Pactum de retrouendendo apponitur in clausu, amplia vt nu. 37. 38. 39. 40. & 41. declara vt nu. 42. 43.*

44 Cen-

44 *Census quando dicatur redimi.*

45 *Census constituitur nouies immunis.*

46 *Census non debet excedere decimam partem pretij.*

47 *Census constituitur numeratione pecuniæ, amplia vide.* 48.

49 *Pecuniæ numeratio probatur ex instrumento; nisi contrarium probetur.*

50 *Cedula bursaria habetur pro pecunia præsente.*

51 *Pecunia præsens non requiritur in contractu censuali in pagum.*

52 *Allegatio variis pro numeratione pecuniæ.*

53 *Numeratio pecuniæ non requiritur, quando dubium est verum ex vlla causa.*

54 *Census est validus absque pecuniæ numeratione, si rō-sor illa promittat ad manus venditoris.*

55 *Pecuniæ numeratio non requiritur in alienatione census.*

56 *Pecuniæ numeratio non est de substantia in contractu censuali ante Bullam Pij V.*

57 *Nullitas census ex defectu numerationis pecuniæ sanare solet per Pontificem.*

58 *Numeratio pecuniæ ex quibus verbis instrumenti colligitur.*

59 *Numeratio pecuniæ an probetur per testes de auditu.*

60 *Census invalidatis exceptio an impediat, qui diuturnitate solutus.*

De Contractibus censualibus.

Super Bulla Nicolai V. Pij V. & Gregorij XIII.

DE anno 1452. emanata fuit prædicta bulla per Nicolaum V. incipi. *Sollicitudo Pastoralis*, in materia contractus censualis, per quam mandatum posse constare censum super rebus propriis tatibus facultatibus, emolumentis iuribus, & rebus, dummodo intercedat pactum de retrouendendo, & in huiusmodi census non excedat decimam partem pretij principalis.

2 De anno postea 1569. emanata fuit nouæ formæ creandi census per *Bullam Pij V. incip. Quæ ex iniuncto nobis nostra constitutione.*

Ex cuius dispositione apparet requiri has qualitates in constitutione census. f. vt constituatur super rebus immo-

immobili, vel quæ pro immobili habetur de sui natura fructifera certis finibus designata pecunia præsente coram testibus, & Notario in actu celebrationis instrumenti.

3 Nouissimè verò de anno 1534. ad instantiam Alphonsi Regis Siciliæ citra & vltra farum, fuit *per Gregorium XIII. in eius constit. incip. Ad perpetuam rei memoriam.* approbata bulla Nicolai addito solum particulari, vt constituatur super re certa, & corpore expresso, & deinde super aliis rebus.

4 Tu autē benigne lector si scire intendas veram, ac hodiernam praxim tam in hac nostra Curia Archiepiscopali, quam per totum regnum. Notabis infrascripta requiri omissis omictēdis ad effectum, vt legitimè dicatur constitutus census, nec aduersus eum aliqua exceptio opponi valeat.

Primo, & principaliter vt fiat super re certa, & stabili certis finibus designata ac libera cum obligatione omnium bonorum, & personæ ipsius venditoris. Secundo, vt addatur pactum de retrouendendo per verbum, quandocumque, & tertio vt annuus census non excedat decimam partem pretij, habetur per *D. Riccium resolut. 205. p. 2.*

Alias census est nullus non seruatis dictis requisitis, tanquam bonæ formæ dictarum constitutionum natura, vbi de animarum & obpublicam vtilitatem, vt plurimus authoritatibus comprobat *Surd. cons. 318. nu. 2. & seq. lib. 1.*

5 Ad primam qualitatem census conueniendo sciendum est census esse constituēdum super re certa alias si non sit constitutus super re particulari census non tenebit, *Vinnius decis. 363. num. 28.*

6 Declaratur primo, vt nō dicatur contractus vsurarius si plures sint obligati in solidum si intercenerit vnum solum corpus *Mastrill. decis. 142. p. 2.*

7 Declaratur secundo, vt census impositio super domo generaliter, si vnam tantum domum vendens habeat subsistetur, vt in his terminis tradit *Bart. per illum text. in l. 2. nu. 1. ff. de liber. & posth. & ibi Ias. n. 14. & alij, quos citat Decian. in respons. 2. n. 10. lib. 4. iuxta*

quam

quam opinionem sentijt Rota in vna Ciuitatis Castelli census die 10. *Maij* 5599. *coram Marchesano de commiss. p.* 1. *§.* 2. *fol.* 859.

8 Declaratur tertio, vt post bullam hanc census vitalitius personalis sit licitus, *Lup. de vsur. coment.* 2. *§.* 2. *num.* 83. *Roderic. in sum. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 2. *Lopez lib.* 1. *de contract. cap.* 55. *conclus.* 3. *Salas de cens. dub.* 5. *nu.* 2. *vers. tertio probatur Eman. Sa verb. census num.* 4. *latè Sanctar. var. resolut. q.* 46. *per totam, & vide infra nu.* 44.

9 Declaratur quarto, vt cē sus substineatur, quamuis sit impositus super pluribus rebus, etiam non expressa summa, pro qua singula corpora sunt grauata, dummodo certi fines designentur, vt fuit resolutum in vna *Romana census* 44. *Ianuaro* 1602. *coram Sacrato*, per quam fuit reiecta distinctio, quam faciunt Moderni *à Cingulo in trac. de cens. p.* 3. *nu.* 26. quod habet locū etiam si sit appositum pactum, vt emptor singulis annis possit eligere ex qua re velit sibi censum persolui *Gabr. cons.* 47. *lib.* 2. Imò quamuis postea esset dictū super omnibus quibuscūq; bonis, quia quando certa corpora sunt expressa, census valet, nec vtile per inutile vitiatur *c. vtile de reg. iur. in* 6. *& ita tenuit Rota in vna beneuentana census* 16. *Decembris* 1594. *coram Mantica*. Dummodo prædicta specialiter grauata, & nominata sufficiār pro integra solutione fructuum census, secus si non sufficiant, quia sequens clausula generalis, & super aliis bonis attencta constit. Pij nihil operatur, neque ex ea census substineri potest, nisi esset cōstitutus ante ipsam bullam, *vt Rota tenuit in vna Eugubina census.* 10. *Februarij* 1597. *coram Litta*.

10 Declaratur quinto, vt census impositus super pluribus rebus substineatur ēt vna earum perempta, dummodo remanens sit capax pro illius substentatione, *vt fuit tentū in vna Romana census* 14. *Ianuarii* 602. *coram Sacrato*. hinc infertur de societate officiorum inita super duobus officijs, quæ substinetur, quamuis alterum ex officijs vacet dummodo officium remanens sit capax societatis, vt fuit dictū *in causa Romana*

Iuge-

Digitized by Google

societatis de Luchinis 14. Ianuarij 1573. coram Blanchetto.

11 Declaratur sexto, vt census in terminis bullæ Pij V. super re propria constitui nõ possit, nisi ad vtilitatem alterius, nã licet possit quis etiam, ex sua pecunia pro alio censum emere ad *text. in l. mancipia, vbi Bald. C. si quis alc. vel sibi*, Non tamen illud potest constituere super re propria ad sui fauorem, vt per *Rotam in causa Romana nullitatis censur. 9. Decembris 1602. corã Card. Lancellotto*, alias daretur emptio rei propriæ, quæ est impossibilis, *l. cum res C. de cõtrab. empt. l. fundi ff. eod. l. neque pignus ff. de reg. iur.* Vnde videmus, quod census statim extinguitur quocumque titulo ad emptorem perueniat, *l. 1. ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. neque pignus ff. de reg. iur. eadem Rota in vna Romana census de Comitibus 29. Apri. 1592 coram Penia.*

In re autem aliena certũ est constitui posse censum cum consensu Domini, *Nauarr. in comment. de vsufr. num. 131. vers. quintum*, asserens, quod si dominus consenserit dictæ impositioni, non poterit postea contrauenire *c. quod semel de reg. iur. in 6.*

12 Sic etiam vsufructuarius inuito proprietario non potest super ipsa proprietate censum imponere, quoniã proprietas quo ad vsufructuarium res aliena est, & sic non potest illam alteri seruituti subijcere, *l. 2. ff. de seruit. Molin. de primogen. Hisp. lib. 1. c. 20. nu. 8. Garz. de expens. & melior. cap. 10. nu. 20.*

13 Ita & pari modo dicimus de marito, cui prohibetur census impositio super fundo dotali ex defectu dominij, & hipothecæ cum maritus ad instar vsufructuarij prædictum dotale non valeat alienare, *l. 3. & l. dotale prædium ff. de fund. dotal.* Nisi res dotalis fuisset data æstimata, cum æstimatio faciat emptionem, *l. sicut C. de iur. dot. l. quotiens C. eod. & l. æstimatis ff. solut. matr.* Vel quando vxor impositioni census cum iuramento consensisset, nam hoc casu etiam contractus valet, *cap. cum contingat de iureiur. cap. licet mulieres eodem in 6. Rebuff. conf. 70. nu. 20. & 21. lib. 2.*

14 Licet vera sit illa con-

Digitized by Google

cluſio, quod cēſus non poſſit conſtitui ſuper re aliena ſine conſenſu domini, tamen ſi tempore creationis cenſus emptori non conſtabat rem eſſe alienam, impoſitio ſubſtinetur in præiudicium imponentis, quia etiam res aliena in præiudicium vendentis vendi poteſt, *l. rem alienam ff. de contrab. empt. Affli. deciſ. 369. Rota in una Tuſculana ſoeieptatis 9. Maij 1588. coram Gipsio.*

15 Secundo, quod cenſus conſtituatur ſuper re ſtabili adde videndum omnino *Illuſtriſs. D. Reg. Tapiã deciſ. 15.* Et ideo meo iudicio corruit opinio, *Maſull. ad Capic. in addit. ad deciſ. 159. in fin.* vbi ait cenſum impoſi ni poſſe ſuper barca, quę non excedit annos viginti, & ſic pariter id, quod inquit *Conarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 5. verſ. ego ſane*, vt cenſus imponi poſſ vt ſuper actione perſonali, quæ procedunt ante diſpoſitionem huius bullæ.

16 Ampliatur primo, vt poſsit cōſtitui cenſus ſuper cenſu, quia inter immobilia reputatur *Curoc. dec. 103* & in terminis huius conſtit. voluit *Seraphin. deciſ. 224, num. 4. p. 1.* quia cenſus dicitur res fructifera, & certa ratione rei, cui inheret, & inter ſtabilia connumeratur.

Quare nudum in ſcirpo quærunt, qui conantur in medium afferre, quod annui redditus contineantur ſub mobilium appellatione, & per conſequens ſi huiusmodi annui cenſus ſint dotales, non ſtatim ſed poſt annum reſtituendi veniunt cum ex magis cōmuni, & recepta opinione appellatione immobilium contineantur textus eſt expreſſus, & ad literam in *clement. exiui de paradiſo §. eumque annui redditus de verbor. ſignif.* vbi Summus Pontifex expreſſe ſtatuit, quod Fratres Minores Sancti Franciſci, qui non poſſunt poſsidere ſtabilia, nec etiam admictuntur ad poſſeſſionem annuorum redditum, & reddit rationem quia inter immobilia à iure connumerātur, eſt alius *textus in l. ſi quis inquilinos ff. de leg. 1. ſequuntur Bart. Bald. Caſtr. & alij in d. l. imbemus, & quamplurimos refert Surd. deciſ. 204.* hinc eſt quod

quod feudum licet non possit constitui, nisi in bonis stabilibus; tamen potest constitui in censibus cum immobilium appellatione veniant, vt nouissimè vltra alios notat *Regens de Ponte in pralud. feud. lect. 1. nu. 45. & 46.* & si vēdatur annuus census ab Ecclesia, vel minore requiritur eadem solemnitas, quæ in venditione stabilium secundum *Bald. cons. 518. vol. 3. & Foller. in sua praxi cens. § huiusmodi num. 24. & 36.* & sicut pro rei stabilis obligatione debetur laudemium, vbi data est in emphiteusi, ita & pro annuo cēsu, prout hæc & alia cumulat idem *Surd. decis. 204. refert & sequitur Ioanes Marcus Aquilinus in l. naturaliter § nihil cōmune ff. de acquir. possess. Quarant. in compend. Bull. verb. alienatio nu. 16. sic etiam Peregrin. decis. 71.* concludit, quod census quamuis nec mobiles, nec stabiles non sint, quia corporales non sunt, nec loco circumscribuntur, iuris tamen censura inter immobilia connumerantur, maximè quia sunt perpetui liter sint extinguibiles, causā habere perpetuam censen-

tur *l. sufficit ff. de condit. indebit. l. iuris peritus ff. de cens. tur.* & si sunt extinguibiles ad voluntatem debitoris ad hunc perpetui censentur, & excusant à satisfactione non secus à possessione rerum immobilium, vt concludunt omnes *in l. scitum ff. qui satisd. cog.*

Et si nunquam adessent authoritates Doctorum, & iurium expressè hoc sancientium, & esset iudicantium à ratione, ac si punctus nunquam reperiretur decisus, potest negari, quod mobilia restituūtur statim quia extant; & mobilia habent anni dilationem, quia præsumuntur, non sic faciliter extare, *vt notant Doctores in l. unica § exactio C. de rei uxor. act. in § fuerat infin. de act. in l. 2. ff. solut. matrim.* Si hoc est clarum ad quid cadit dubitatio, quod cum essent annui redditus non sunt statim restituēdi & hæredes mariti nulla gaudent dilatione? cum n. militet eadem ratio idem ius statui debet vulgata *l. illud ff. ad l. Aquil. l. si à Titio tum concordantibus ff. de verb. oblig.* Et si videmus quod pecunia posita in bāco tanquam extans immo-

bilis iudicatur, *vt per Bald. in cap. cum causa de re iudic.* quare non est idem iudicandum in annuis redditibus super Vniuersitate existentibus.

17 Ampliatur secundo, vt possit imponi super vsu fructu, *Mastrill. decis. 92. par. 2* verum per mortem rescindi docuit *D. Riccius in coll. decis. 41.* & an requiratur consensus proprietarij, vide supra nu. 12.

18 Ampliatur tertio, vt possit imponi super molendinis, quæ inter immobilia connumerari voluit *Bald. in l. certi iuris C. locat. & in cap. contingit de dolo, & contum. Angel. in §. 1. Auth. de non alien.* quod intelligas de molendinis fixis, ac conseruatis in ciuitatibus, secus verò in fluminibus, & sic in periculo continuo impetus aquarum, quia de facili possent destrui, dictū est menti tenendum, *Ang. in l. non solum ff. de petit. hæredit.* vbi talia molendina per tutorem sine decreto alienari possunt quādo sūt in fluminibus, sequitur de *Monte tract. de empt. & vendit. in 4. quæst. princ. num. 20 Tiraq. de vtroq. retract. tit. 1. §. 1. glos. 7. num. 92. & Gutt. tier. quæst. 91. lib. 5.*

19 Tertio, vt constituatur super re fructifera, & propterea Rota censuit censū non posse imponi, vel trāsferri super re non fructifera, & impositus non substinetur, nec fructus debentur propter suspitionem vsurarum, *vt in decis. 260. p. 4. in postbum.*

29 Sed quid si res fructifera sit deteriorata, vel perempta, vel fructus rei censui submissæ non sufficiant, an possit fieri census exactio, vide latè, & distinguentem *Thesaur. q. forens. 13. lib. 1.*

21 Et an possit imponi super re, quæ non affert tot fructus quot importat census deductis laboribus, & expensis *Gutier. lib. 2. prac. quæst. 177. Conar. lib. 3. var. cap. 7. nu. 6.*

22 Quid super iurisdictione alicuius castri *Rota Romana dec. 623. n. 7. p. 2. in postb.* sentijt non posse imponi super eo tantum, sed benè super eius membris iuribus, & pertinentijs vniuersis.

23 Præterea est aduertendū, quod in terminis dictæ bullæ, res fructifera non dicitur, nisi deductis expensis, quæ fiunt in fructibus colligendis cum id dumtaxat ap-

appellatione fructuum cõtineatur, quod supereſt illis deductis, & non alias, vnde ſi ſumptus ſint æquales, vel fructus ipſos excedant, res non dicitur fructifera, nec cenſus ſuper ea ſubſtineri poteſt, *Rota in vna Rauennaten. cenſus* 10. *Maij* 1606. *coram Manpaneda per text. in l. diuortio §. impedit ff. ſolut. matrim. Roma. ſing.* 334. *Tiraq. de retract. lignag.* §. 13. *glo ſ.* 1. *nu.* 1. & 2.

24 Quarto, vt conſtituatur cenſus ſuper re libera.

25 Quam qualitatẽ ampliabis primo, quod ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis non poſsit cenſus conſtitui, *Rota deciſ.* 304. *par.* 4. *apud Farin. & Mareſcott. var. reſolut.* 304. *caſ.* 61. *lib.* 1. *eadẽ Rota deciſ.* 176. *par.* 2. *in poſth.*

26 Amplia ſecundo, vt nec cenſus cõſtitutio valeat ſuper rebus in quibus adſit ſpes luendi, vt puta ſi adſit pactum de retrouendendo *Muta deciſ.* 143. *p.* 2.

27 Amplia quarto, ſuper rebus feudalibus, *Muta deciſ.* 47. nec ſuper fructibus feudi, *idem deciſ.* 67. & ideo cenſus non poteſt imponi ſuper molendino feudale, quod eſt prohibitum obligari, *Seraphin. deciſ.* 894. *nu.* 5. *p.* 1.

28 Amplia quarto, vt cenſus ſit nullus ſi cõſtituatur ſuper re emphiteutica abſque conſenſu domini directi, *Carbull. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſ. dom. amplia.* 1. *numer.* 1. & *ampl.* 49. *num.* 1. *Azor. inſtitution. moral. lib.* 11. *cap.* 7. *q.* 4. *Bonac. de contract. diſp.* 3. *q.* 4. *punct.* 4. *vnico nu.* 112. *Seraph. deciſ.* 794. *n.* 9. *par.* 1. & 1299 *num.* 12. & 13. *par.* 2. *late Gratia. diſcept. forenſ. c.* 903. *nu.* 8. & 9. *p.* 5. & quando ſuper dictis bonis imponi poſsit *idem Gratian. cap.* 43. *nu.* 20. & 21. *tom.* 1.

29 Amplia quinto, vt non poſsit imponi cenſus ſuper re vendita cum pacto, vt nõ trãsferatur dominium, niſi pretio ſoluto *Gratian. deciſ.*

30 Amplia ſexto, vt cenſus non poſsit imponi à marito in fundo dotali inſcia, vel inuita vxore, vt voluit *Virgin. de cenſ. par.* 2. *num.* 77. *quicquid dicat Follen. §. cenſus num.* 13. & ratio plana eſſe videtur, quia maritus abſque vxoris licentia rem dotalem alienare, vel alteri obligare non poteſt vulgatis iuribus vide ſupra l. 1.

31 Am-

31 Amplia septimo, vt nec possit constitui super rebus prohibitis alienari *Gratian. decis.* 113.

Ex quo infertur, quod statim facta impositione cēsus super re expressim alienari prohibita, possit etiam viuente fideicommissario admicti sequens in gradu, qui venditioni non consentit, ad illam reuocandam, siuè is filius, siue transuersalis, seù extraneus sit *l. cum pater* §. *libertis ff. de leg.* 2.

Prout etiam stante nullitate census ob prohibitionem alienationis, emptor potest agere ad restitutionem sortis principalis ratione damnorum, & interesse, *Dec. cons.* 102. *num.* 2. *Alex. cons.* 63. *num.* 10. & *tenuit* Rota *in vna* Romana *census de Cuppis* 6. *Aprilis*, & 17. *Martij* 1577. *coram Seraphino*, & *in alia Spoletana terrarum die* 11. *Decembris* 1599.

32 Amplia octauo, vt census non possit imponi in rebus immobilibus pupilli vel minoris non concurrētibus solemnitatibus à iure requisitis in alienatione rerum minorum, *Bald. in l. iubemus nulli* C. *de sacrosanct. Eccles.* & *cons.* 518. *lib.* 5. *Peller. in prax. censuali verb. huiusmodi censualia nu.* 40. quę requisita recēsētur *per Afflict. decis.* 249.

Idemque diceretur de rebus Vniuersitatis, nam super ijs census potest constitui, concurrentibus sollemnitatibus, quæ in earū alienatione adhiberi solent, *l. fin.* C. *de vendit. rer. ciuit. lib.* 11. *vbi per nos latè.*

Nec alienum est à iure cēsum posse imponi super bonis Ecclesiæ concurrentibus sollemnitatibus, *Put. decis.* 310. *lib.* 1. *Tiraq. de leg. connub. glos.* 8. *nu.* 92.

33 Quinto, quod constituatur census super re certis finibus designata, nam alias census non diceretur legitimè constitutus, *Vtius d. decis.* 369. *nu.* 11. & *seq. Farin. cons.* 54 *num.* 20. *vnde* Rota *apud Farin. in decis. nouiss.* 502. *par.* 2. *tom.* 2. decidit census venditionem factam absque designatione confinium rei vigore bullæ nullam esse, verum confines non discripti possunt abundè probari per testes confessiones partium aliasque probationes.

Ratio autē huius quarti requisiti quare expressio confinium est necessaria est

ad

ad effectum, vt posit constare de perēptione rei super qua est impositus census, cuius periculū spectat ad emptorem, *l. 1. C. de peric. & com. rei vend. §. cum item instit. de empt. & vend. idem Marches. loc. cit. nu. 2.* nam consines in instrumēto ad rei demonstrationem ponuntur, *Vultum dec. 131. num. 3.*

34 Quomodo autem debēt fines, qui, & quot designari, vt validè dicatur census constitutus, *vide* Rotam Romanam *decis. 636. par. 2. par. 2. in posth. num. 3. & 4.* & qnando dicatur res incerta, & finibus non designata *eadem* Rota *decisio. 384 par. 1. in posth.* & quando possit imponi super domo non declaratis certis finibus, *Gratia. discep. forens. cap. 141. num. 14. tom. 1.* inquit quando cōstaret, qu d venditor census non habebat nisi vnam domum, nā ista expresio generalis super vna domo habet vim specialis, & indiuiduæ designationis confinium referens *decisionem Rota coram Emin. bonæ memoriæ Card. Millino Ciuitatis Castelli census 19. Maij 1599.* vbi etiam subdit esse satisfactū mēti huius bullæ quamuis constaret imponentem censum habere alias domos extra ciuitatem, in qua fuit celebratus census, quia indubio intelligitur impositus super domo existente in loco contractus *ex Bart. in l. si cum dies §. si arbiter ff. de recept. arbitr.*

35 Verum *Rota in vna ciuitatis Castelli census 11. Maij 1599. coram Eminent. Card. Millino.* declarauit, quod quoties venditor census tēpore impositionis illius nō haberet, nisi vnam domū, cēsum substineri quamuis esset impositus simpliciter super vna domo confinibus non expressis, quia cū in loco venditoris non adorat, nisi vna domus, in qua posset verificari impositio census expressio generalis super vna domo, habebit vim specialis, & indiuiduæ designationis confinium, vt in terminis tradit *Bart. per illum text. in l. 2. §. 1. ff. de libert. & posth. & ibi Ias. nu. 4. Decian. respons 12. nu. 29. lib. 4.* Et satis dicitur satisfactum menti, & intentioni bullæ, quia succedente casu peremptionis fundi non potest esse difficultas super qua domo cēsus fuerit impo-

Digitized by Google

positus, imò fuit dictum procedere licet constaret venditorem habere aliam domum extra locum contractus, nam in dubio census intelligitur impositus super domo existente in loco contractus, *Bart. in l. si eam diei § si arbiter ff. de recept. arbitr.*

36 Sexto, quod in constitutione census interueniat pactum de retrouēdendo per verbum quandocumque, redimi extingi, vt per *Cenc. de cens. p. 2. c. 1. q. 3. nr. 3. Gratian. discept forens. cap. 258. num. 18. & 19. & Rot. apud eundem Cenc. decis. 151. n. 2. & 5.* ita vt si ex conuentione partium irredimibilis sit, redimi tamen posset in totum, vel pro parte contraria, conuentione non obstante, *Couarr. lib. 3. var. resolut. cap. 8. num. 7. Rebuff. ad ll. Gall. tom. 3. tit. de constit. reddit. art. 1. glos. 17. nu. nu. pen. Garz. de expens. c. 9. nu. 75. Carlos. in prax. verb. census num. 10.* & *Guttier. pract. lib. 3. q. 168. nu. 8.*

Dominus tamen Regens doctissimus Rouitus pro validitate census in pragm. 1. de cens. nu. 2. sentit, vt quando pactum non sit appositum in contractu censuali, ne cōtractus vitietur intelligatur appositum de iure.

37 Ampliatur, vt non possit tempus cōstitui, & sic infra tantum tempus alias fiat cē sus irredimibilis *D. Ricc. resolut. 206. p. 2. in prax. Mat. decis. 99. Mastrill. decis. 95. Arnat. q. 38. Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 9.* inquiens, nec valere pactum vt liceat venditori, redimere post decem annos non vero antea *Farin. decis. 313. par. 4.* & ratio est, quia transiret in contractum mutui per huiusmodi pacti adiectionem, *secundum Guid. Pap. decis. 478.* quia pactum de redimendo infra tot annos facit contractum vitiosum, *Rot. in vna Forolinen. 13. Nouembris 1589. coram Orano, Marchesi de commiss. p. 1. §. 2. fol. 854. num. 3.* & sic iudicatum fuit per nostram Archiep. Curiam in causa Anelli de Franco pro Cl. Francisco Cesarano aduersus quem petebatur liquidari instrumentum continēs huius modi pacti adiectionem, & fuit dictum obstare exceptionem vsurarię prauitatis.

38 Ampliatur secundo, vt nec possit aliud pactū adiici in censu, quam retrouendenden-

dendo, & ideo nulla pacta pœnalia possint apponi, ga diceretur vsurarius contractus, vt habetur apud *Maser. resolut. 112. casu 1. lib. 1.*

39 Amplia tertio, vt censeatur vsurarius cõtractus censualis ex conuẽctione, vt sit in arbitrio emptoris à censu recedere, *Couarr. lib. 3. var. cap. 9. nu. 4. Rota coram Seraphino in Vbertinatus census 13. Nouembris 1592. de qua per Mantic. de tac. & ambig. conuenẽt. lib. 22. tit. 8. nu. 12. idem Cardin. Seraph. decis. 1096. p. 2.*

40 Amplia quarto, vt pactũ quod re pereunte non pereat census, sit contra expressam dispositionem bullæ *Seraphin. decis. 1418. n. 3.*

41 Amplia quinto, vt pacta nonnulla vitient censum, & illum annullent, de quibus vide *Seraphin. dec. 1431 & 1432. & 1418. p. 2 & 269. par. 1.*

42 Declara tamen, vt cẽsus impositus cũ pacto, quod venditore existente moroso in illius solutione licitũ sit emptori ab illo recedere validus reputetur, prout reputatur per *Rotam Romanã decis. 5. & 50. par. 2. in postb.*

43 Declara secundo, vt census non reddatur vsurarius, & illicitus ex pacto iniusto apposito instrumento, quãdo in eodem instrumento adest clausula, quod pacta cõtra formã constitutionũ apostolicarum habeantur pro non appositis, *Rot. decis. 43. par. 1. in postb.* vel si aliquod requisitum defecerit & contrahentes protestati fuissent se velle contrahere iuxta formam bullæ Pij V. videatur *Ludouis. decis. 375.*

44 Ad hunc autem effectũ census tunc dicitur redimi, cum per debitorem illius restituitur domino census liberè recipienti prætium, quod in illius emptionem & acquisitionem fuerat erogatum, vt per *Felician. de cens. tom. 2. lib 4. c unico nu. 12. vers. qualiter Cens. de cens. p. 3. cap. 1. q. 3. cap. 1. q. 3. artic. 1. num 4.* & absque tali prætij restitutione, census extinctio non sequitur, vt fuit dictum in *Rota decis. 204. nu. 3. & 4. & decis. 182. num. 1. & 272. impressa per eundem Cens. in fine sui tractatus.*

45 Census quoque recedo, & iustè constitui potest ad vitam ementis, & contractus dicitur licitus, quia sicut potest quis diù viuere

& posset cum morly & dubius euincetur, finisquo incertus contractum iustificat *Nauarrus in comm. de usur. q. 15. nu. 128. Vid. tom. opin lib. 4. tit. 22. n. 169. Surd. cons. 162. nu. 36. de alim. tit. 9 q. 11. nu. 2. Farin. decis. 30. par. 4.* etiam si tanto tempore is superuixerit, quod fructus excedant pretium solutum *Surd. d. q. 11. nubi.* 37.

An autem pactum appositum contra formam bullæ vitiet totum contractum, vel illo reiecto subsistat instrumentum. *Thesaur. quæst. forens. 89. par. 1.*

46 Septimo, quod non excedat decimam partem pretij, quæ decima pars non est soluēda anticipatè *D. Rota ad prag. 1. nu. 13. de cens.* nec vt soluatur tertiatim, *Cassill. decis. 132. p. 1.*

47 Octauo, & vltimo, vt in contractu censuali interuenire debeat numeratio pecuniæ, vt vult *Mant. cons. 44. vid. 1. Gratian. discep. 214. & alios assignatos per eundem discep. forens. c. 321. num. 18. tom. 1.* quamuis pecunia sit aliena *Lodouis. decis. 157. num. 1.* quam pariter numerationem requirit in emptione census idem *Ludouis. dicit in decis. 158. nu. 3. vbi Bertramin. nu. 14.* Non tamen in alienatione dicti census *Rota Rom. dec. 133. p. 1. in possib.*

48 Sed aduertas, quod licet census debeat creari in pecunia numerata. Tamen in hoc statur instrumento donec probetur contrarium adeo quod in instrumento census, in quo legitur census fuisse creatus in pecunia numerata probet numerationem pecuniæ, & contrarium asserens debet plenè, & concludenter probare, *Rota Romana dec. 280. in possib. pia.*

Nec census dicitur bene celebratus, quando pecuniæ exbursatæ fuerunt fictiæ celebratæ *Farin. cons. 54. num. 23.* vbi sic pari modo censuit censum in quo fuerunt exbursatæ pecuniæ & gemmæ minimè non dici iuste celebratum.

49 Et adeo census requirit numerationem pecuniæ, vt parens nequeant huic qualitati renūciare *Rota in una Benetuentina census 29. Martij 1593. coram Eminentissimo Dadino merissimus Card. Pamphilio, Cavalcar. decis. 2. de iudic. Gratia. disceptforens. tom. 3.*

50 Ve-

50 Verum si fiat per dationem cedulæ valeret ejusmodi contractus census, *Rot. coram Buonvisio in Cardin. Pamphilia Bononien. seu Sancto Martij 1599. num. 4. ubi habet tum solutionis Bart. in l. si filius §. de solut. Pucci. dec. 163. lib. 1.*

51 Et quibus omnibus colligo quæ circa prænarratas necessaria esse in constitutione census. Et quamvis inter alia requisita videatur esse præcipuum, ut pecunia vera numeretur tempore contractus. Tamen illa regula respectu hujus capitis in regno, vt audiui obseruari, vbique in omni foro non est in praxi nec requiri numerationem pecuniæ tempore contractus vide *D. Regentem Bouium in prag. de cens.* Imo quidam putant, instrumentum cedulæ esse solam confessionem debiti recepti. *Alex. de cens. §. 13. Cassan. super cons. sacred. Burg. ruhr. de cens. §. 1. Roller. in prax. cens. §. tanquam*, & ita obseruatur in nostra Archiepiscopali Curia Neapolitana, in quibus numeratio pecuniæ est de substantia præcipua habitis insuper scripturæ allegationem.

52 Pro invaliditate contractus census similis scripti à Francisco Mascardo duo opponuntur.

Primum, quod non fuerit assignatum certum corpus super constitutione talis census.

Secundum, quia non intervenit vera manualis & actualis pecuniæ numeratio facta tempore stipulationis instrumenti census, sed tantum quædam confessio receptionis, moneta vigente cuiusdam *Ducati Sancti Eligij de Neap.*

Quod primum provenificatione talis conclusionis, quæ quidem est indubitata supponitur quemlibet aliquem censum non posse constitui, nisi super certo corpore in specie vigore Bullæ Gregorij XIIIb. recepti in hoc Regno, & obseruate pro lege, vt iussit Rex Alphonsus in pragmatica de censibus, & ita etiam probant *Roller. in tract. de censibus in cap. incip. Census enim dici solet nu. 12. vbi vide Rom. & Arist. pro. Cumanis in contrarium volentes in contrarium sine subjecto corpore num. 2. Rebell. de obligat. just. part. 2. lib. 2. quæst.*

sibus quæst. 4. num. 1. & seq. ad vsq. fin. conf. 8. nu. 8. post principium. ad consuet. Mediol. Bonacin. de contract. tit. 9. q. 4. punct. 9. num. vbi quod hodie non datur census personalis, cum accenta dispositione Bullæ Pij V. census personalis iudicandus sit vsurarius etiam si celebretur cum hypoteca, vt per eundem *Authorem in propos. 21. num. 14. versic. dicitur* vbi quod census debet fundari super re, & non super persona census. *Soler. de constitut. in titul. de constitut. dub. 3.*

Quæ quidem res debet esse stabilis fructuosa, & propria ipsius constituentis censum, *Reginald. de oblig. iustis lib. 25. nu. 521. Neguſ. constitut. confess. lib. 2. cap. 7.* qui alios concordantes referunt.

Quoad secundum census quando constituitur pecunia debet numerari in actu instrumenti coram testibus, ac notario, *vt in bulla felicis recordationis Pij V.* Ibi nisi verè pecunia numerata præsentibus testibus ac notario, & in acta celebrationis instrumenti, sequuntur *Vsinus in decis. 369. Nevus. frider. in prag. 1. de censibus nu. 4. Medices decisiones resol. lib. 1. cap. 14.* vbi quod in constitutione census requiritur vera, & actualis pecuniæ numeratio alias contractus pro irrito habetur, & pro nullo iudicatur stante clausula irritante, de qua in cit. bulla allegat *Navarr. in consil. 1. de empt. & vendit. lib. 5. & Surd. in cons. 282. nu. 5. cum seq.* quibus iungi potest *Gratian. in decis. Rotæ Marchiæ 124.* vbi firmat licet; quod si nō verificatur ista qualitas quod pecunia vere, & realiter sit numerata tempore contractus, ipse cōtractus censetur vsurarius adeò quod non possit confirmari per sententiā iudicis tanquam contra casum legis prohibentis fieri sub alia forma, *Boscar. in vsur. vbi possidetis cap. 18. num. 59. & 60. & latissimè Cenedis in suo tract. de censibus*, vbi plures decisiones Rotæ Romanæ cumulat.

Vnde cum deforma sit, vt tale prætium numeretur tempore contractus, vt per *Antonin. in 2. resolution. 44.* non potuit per medium fidei banci celebrari, & sit per æquipollens cum forma debeat seruari in specie

&

& si deficiat in minimo actus corruit, *l. cum hi §. si prætor ff. de transact. late Tusc. in consuf. 415. lit. F. Gammadeus. Lusit. 149. n. 8.* & formæ nihil addi, & detrahi potest, *l. 1. §. opus nouum ff. de nouo oper. nunciat.* & ideo per æquipollens seruari non potest, late *Gens. in regul. cancell. de mensibus & Astern. glos. 18. à nu. 79. praxis nouæ Episcopalis lib. 2 cap. 5. Cioffus cons. 401. vol. 1. Menoch. cons. 388. ex Bru. quem allegat in cons. 175. volum. 2.* hoc ampliat procedere, quod si etiam statutum per dictionem taxatiuam disponeret, si tamen vltra procederet annullando actum tunc non sufficeret per æquipollens adimpleri.

53 Et stante obseruantia prædicta, vt numeratio pecuniæ fiat in instrumento censuali coram Notario, & testibus. Nō desinas animaduertere, quod si debitum sit ex alia causa, poterit vtique conuerti in censum, non obstante, quod pecuniæ numeratio non fuerit facta, iuxta decis. *Mediolanen. 2. num. 37.* quia debitum ex vna causa potest conuerti in aliam certum, *l. vendito §. depositi, l. fugitiua vbi Bart. num 20. & alij ff. si cert. pet.* & conuersio nō capit simulationem, quia fomentum habet ex veritate causę præcedētis, *Bart. in l. Lucius Ia 2. ff. depositi*, vbi dicit, quod in hoc casu nō habet locum simulatio nec statutum reijciēs simulationē, & cōuersio ex vna causa ad depositum facit, ac si interuenisset simulatio, *Bald. cons. 381. Soce. cons. 143. volum. 1. & facit optima glo. in l. ad uersus C. de non num. pecun.* vbi & si cōfessio mutua subiaceat exceptioni non numeratæ pecuniæ fallit quando debitum ex vna causa foret conuersum in causam mutui, quia habetur pro vera numeratione, & non patitur illam exequutionem, vnde cum verum debitum, quod superat conuertatur in solutionem, & proinde erit, ac si interuenisset pecuniæ numeratio, & si qualitas numerationis requiritur in cēsus cōstitutione satis sit per talem conuersionem maxime, quia vbi agitur de conuersione, & datione in solutum non ita vrget fraudis suspitio, sicut interest vendor, & quamuis Bulla requi-

requirat veram numerationem, & quando unum debitum in aliud transfunditur videtur fictè agi, tamen solutio tunc dicitur vera, & realis, etsi actus sit fictus, *Castillo declarat. in cons. 170.* & de prædictis omnibus vide *Milaresium in 4. decis. 2. num. 37. eam seq.* habes totam materiam apud *Surd. cons. 162. n. 18. & Gratian. in addit. ad decis. 124. num. 3.*

54 Prout etiam census non est nullus licet non sit in pecunia numerata quando constat illas pervenisse ad manus venditoris, vt in cedula bancaria prout fuisse declaratum coram Gregorio XIII. censor memoriæ recolendæ, *refertur Rota in una Romana census coram Card. Emin. Pamphilio* ubi fuit conclusum pro illius validitate, licet in actu impositionis non interuenisset pecunia, sed solum cedula bancaria, *Rota coram Ludouisio in una Eugubien. census 30. Februarii 1597.* cuius decisionem refert apud *Farinac. inter decisiones 10. in hoc num. 14. Gratian. discept. forens. cap. 388. num. 20. par. 2. & fuisse dictum per eandem Rotam in una Romana census 18. Maii 1602. coram Iusto* *testatur Marchesius de cõmiss. q. 1. §. 2. fol. 848.* vbi cedula bancaria habet vim solutionis, etiam si in illa dicatur quod inuestiantur pecuniæ idem *Marchesius loc. cit. f. 850. num. 4.*

55 Et sic pari modo in alienatione census nam debet interuenire pecunia, cum licet bulla videatur requirere istam numerationem in illis verbis, tam in censu de nouo creando, quam in creato alienando, tamen dicta clausula non refertur ad pretij numerationem, sed solum ad cætera pacta, quæ in constitutione prohibentur, cum enim sint plures species alienationis, vt legatum, donatio, & datio in solutum, & similibus nõ datur in alijs pretij numeratio, vltra quod in creando censu hoc fuit statutum vt cultẽtur fraudes, *Navar. de vsur. n. 85.* quæ ratio cessat in censu creato, quam vis alienetur, & sic judicauit *Rota in una Ravennaten. saluian. 12. Ianuar. 1607 coram Manzanedo*, circa intellectum clausulæ (hanc salutiferam) q nõ referatur ad substãtialia adhibẽda in creatione, sed ad cætera cõcerta in eadẽ cõstitutione

65 Quare

65 Quare idem notabiliter constitutione censis ante constitutionem Pij V. nam non intervenit ibi pecunia creatus non est nullus idem *Marchef. loc. vbi. rotum. 2.* vbi pariter subdit, quod census post constitutionem prædictam, etiã si pecunia non intervenerit dummodo ille alius vendens censum habuerit non reprobatur, referens fuisse per *Rotam in dicatis in una Egubina census 10. Februarij 1697. coram Dicta.*

57 Quoties tamen præmanibus causa magni momenti, vel propriam habebis adhuitandã omnanda notabis hanc cautelam, quod vbicumque reperitur contractus censualis celebratus absque pecuniæ numeratione, possunt poni preces Sanctissimo pro tali contractus, vel aliarum nullitatum sanatione, vt nempe, ac si vere, & effectualiter in ipsa stipulatione pecunia intercessisset. Gratia de facto concedetur sanando talem nullitatem, clausula tamen restrictiua adiecta (*contrario de verosimili non obstante vel credito*) & quamuis constitutio Pij V. supra dictam numerationẽ effectualiter requirat tam ante, vel post celebrationem contractus dicque quota verè sit, quia illa effectualiter disponit adimpleta, ac effectus subsequutus mitigatur constitutionis rigor, quod est declarandum modo ante sententiam talis sanatio petatur, alias illa lata, quia re non integra, iam est quæsitum ius parti, cui derogari Papa non vult, neque intendit, gratia non concederetur, nisi rarissimè maximè concurrente causa, vel æquitate, & de hac nullitate multa congerit *Bocc. in d. tract. de emptionibus par. 10. num. 5. & 44. par. 2. num. 139. & 96.* eam adductis, vt in simili si aliæ clausulæ in prædicta constitutione contentæ reperiantur omittãtur, vel aliæ ponã, vltra quæ ibi ponũ, & cõseruari mandantur, quæ res totũ supplicantur, & reducãtur ad formam prædictæ constitutionis, vel sanari perinde, ac si ad nihilo iuxta dictę constitutionis tenorem cõstituta foret stipulatio, quod semper concedi solet quando notarius restrictiuam apposuit, per hæc verba, & nihilominus semper prædicta contractus celebrati

celebratus, & reductus, iuxta formam, & tenorem dictę constitutionis, nam isto casu vitiatur pactum, & nō vitiatur contractus, *Bocc. loco cit. par. 2. num. 95. & 96.* vt pariter quando confinia bonorum super quibus census impositus fuerit, in ipso contractu non sunt bene designata, vel specificata, quia solet dari pariter sanatio dummodo de corpore bonorum rei censui obnoxiæ constet, ac de uera pecuniarum numeratione, vt ibi *Bocc. ciuaduct. p. 1. n. 6.*

58 Sed ex quibus verbis instrumenti colligatur numeratio vera, & actualis pecuniæ, & ex quibus verbis resultat sola confessio de recepto videndus est plenè *Cencius de cens. p. 2. cap. 1. q. 1. art. 8. & plenè fuit dictum in Faventina pensionis 23. Ianuarij 1619. & in eadem 10. Decembris 1619. coram Pamphilio nunc Eminentiss. Card.* vbi fuit dictum probari numerationem actualem, si Notarius dicat talis dixit, & confessus fuit habuisse, & recepisse, prout actualiter habuit ab N. presente, & soluente in tot ducatos vt refert *Beltramus in addit. ad decis. Ludouis. 355. nu. 7.* qui vti aduocatus in dicta causa contrarium defendebat ex pluribus rationibus per eum relatis, allegando *Gratian. discept. forens. c. 387. nu. 42. vbi n. 40.* considerat, quod quando re vera interuenit actualis numeratio Notarius solet dicere, quod pecuniæ fuerunt manualiter solutæ, vel quod quis illas ad se traxit vel alijs similibus verbis vti solet.

59 Et licet numeratio pecuniæ videatur cadere in sensum visus, & sensus auditus, tamen non probatur per testes deponentes per sensum auditus videlicet scio, quia audiui dictum esse menti tenendum secundū *Cassan. cons. 3. Archid. in cap. hoc videtur 22. q. 5.*

60 Sed an exceptio inualidatis census impediat, quin fructus interim soluantur *Rota in una Bononien. census 3. Februarij 1600. coram Lancellotto* negatiuam sententiam protulit, vt memorat idem *Marches. p. 1. §. 2. fol. 889. col. 1. nu. 1. ad quod facit decis. Verall. 321. par. 1.* quod exceptio extinctionis pensionis non impedit manutentionem.

SV M.

SVMMARIVM.

1 *Dari pro iustitia, vel gratia obtinenda à Sede Apostolica prohibetur, Amplia, vt nu.2.3.4.5.6.7.8. limita vt num.9.10.11.12.13.14.15.16.*

17 *Conuictus quibus modis dicatur de dato vel promisso pro gratia obtinenda, & an sufficiant coniecturæ nu.18.& quibus aliis modis nu.19.20.& 21.*

De dato, & promisso pro iustitia, vel gratia obtinenda à Sede Apostolica.

Super Bulla Gregorij XIII.

HAc constit. incip. ab ipso Pontificatus nostri principio de anno 1574. Probetur dari aliquid pro iustitia, vel gratia obtinenda à Sancta Sede Apostolica sub pœna excommunicationis reseruatæ ipso Sūmo Pontifici, nisi excommunicatus esset constitutus in vltimis, nam posset absolui ab Episcopo dummodo restituat accepta aut peribus,& præfati recipientes, vel auxilium præstantes,omni beneficio, & officio Ecclesiastico,& sæculari ipso iure sint priuati, efficiuntur infames, & inhabiles postea ad alia beneficia, & officia.

2 Quę constitutio pluribus modis extenditur, & primo, vt sub ipsa suppositi sint omnes personæ, siuè clerici siue religiosi, siue laici, siuè masculi, siuè fœminæ, siuè etiam familiares Curiæ, *Nauarr.in tract.de dat.& prom.6.notab.Bocca. in tract.de pact.par.1.nu.1. in 1.notab.nu.14.* & ratio videtur esse propter dictionē appositam in dicta bulla, (*vndecumque*) cuius natura neminem excludit *c. vndecumque 56. dist. Farinac.in prax.crim p.3.q.111.n.221. cum seqq.*

3 Ampliatur secundo, etiā si reciperetur res modica, vt habetur in hac bulla faciunt dicta per *Sair. decis. 90. de Simon.* Verum omnia intelligenda esse puto terminis habilibus, & ideo dicerem requiri, vt tanta esse debeat, quæ esset apta, ad mouendum, & flectendum à recto recipientem,

Digitized by Google

vnde secus esset, si datio, aut receptio rei paruæ credatur nō morura iudicem, vel authorem gratiæ à recto, nam tunc, nec dantes, nec recipientes pœnam prædictam incurrere possent, *Boccac. num.* 31. *Farin. numer.* 323.

4 Ampliatur tertio, vt sola promissio dandi, etiã quod aliquid postea non detur faciat incurrere pœnã huius bullæ, vt hic, & per *Farinac. num.* 313. siuè sit occulta siue sit manifesta, *Boccac. nu.* 23 *& Farin. nu.* 325. & si sit generalis idem *Farin. loc. cit.* siue promictatur pecunia siue alia res, vel vtilitas, *Nauar. vbi sup. in* 2. *notab. nu.* 28. *Boccace. n.* 33. *& Farin. nu.* 327. paria enim sunt, soluere, & promictere, *l. fin. C. ad l. Falcid. l. eum, qui ita §. pen. ff. de ver. oblig.*

Verum non omnis promissio facit incurrere pœnas prædictas, sed tantum illa, quæ est à iure prohibita, & quę à iure naturali, diuino, & humano ante huius cõstitut. emanationem, inducebat peccatum mortale, secus verò si talis promissio non erat improbata, & prohibita, & quatenus prohibita ex ea promictens mortaliter non peccaret, *Farin. nu.* 314.

Prout etiam non procedit respectu eius, cui promictitur, nisi promissio ei facta acceptata fuerit, alias secus *Boccac. nu.* 22. *& Farin. nu.* 315.

5 Ampliatur quarto, vt pœna huius constit compre hendat etiam illum, qui dat seu promictit non pro se, sed pro alio, & sic etiam per tertiam personã, prout est proxeneta, seù mediator *Nauarr.* 20. *not. num.* 30. *Boccac. num.* 40. *& Farinac. num.* 308. nam qui per aliũ facit per se ipsum facere videtur *cap. qui per alium de reg. iur. in* 6. hinc videmus, quod mandans clericum percuti per alium sequuta offensione erit excommunicatus, ac si ipse verberasset, *Bald. in l.* 1. *§. nec autem C. de cadue. toll. Plaz. in epi. delict. car.* 15. *num.* 8. *Rotar. ad Clar. q.* 99. *nu.* 6.

6 Ampliatur quinto, vt habeat locum etiam, quod detur, seù promictatur non solum pro consequenda gratia in scriptis, vt puta per literas apostolicas; sed etiam alias quomodocumque *Nauarr.* 17. *notab. n.* 29.

Bo-

Digitized by Google

Boccac. num. 46. & 47. Farin. nu. 330.

7 Ampliatur sexto, vt licet quando aliquid dabatur, aut promittebatur pro obtinenda gratia à sancta Sede Apostolica tantum, incurrebatur pœnas, & non ab alio Principe, magistrato, seù persona, vt inquit idem *Nauarr. in 18. not. num. 19.* Tamen hęc constitutio est verificãda in omnibus causis delegatis à Papa, iudicibusq; Romanæ Curiæ Ordinariis, Referendario, aut ab Illustrissimo Auditore Cameræ, siuè causa spiritualis, siuè prophana siuè ciuilis, siuè criminalis, siuè mixta sit, *Boccac. n. 45. et 46.* Imo Clemens VIII. bonæ memoriæ *in bulla de bono regimine publicata 15. Augusti* 1592. extendit hanc constit. Gregor. etiam ad promissa, data & recepta, Nedum apud sedem Apostolicam, sed in quocumq; tribunali, aut iudicio etiam sæculari, & tam in Curia Romana, quam extra, in quacumque prouincia ciuitate, aut loco status Ecclesiastici, sed vide infra num. 12.

8 Ampliatur septimo, vt tales excommunicati non possint absolui, nisi à Summo Pontifice, vel ab alio ad id speciale mandatum habente præterquam in mortis articulo, *Boccac. num. 58. in 2. notab. Farinac. nu. 294.* dummodo recepta pauperibus restituat, vt hic habetur.

9 Limitatur præfata bulla pluribus modis. Primo, vbi in dante, & recipiente non est causa finalis, sed tantum impulsiua, *Sayr. decis. 10. de simon.* & ratio est, quia causa sine qua non inducit simoniam, *Valer. in diffen. iur. verb. simonia differen. 11. Gouarr. variarum resolut. lib. 1. cap. 20. num. 3. tom. 2.*

Hinc glos. notab. in cap. ex ffens de simonia, loquitur de eo qui seruit Episcopo directè causa habendi beneficij, & sic non cum intẽtione seruiendi, & principaliter habẽdi beneficium, sed animo principali seruiẽdi, & spe habendi beneficiũ nam hoc casu non incidit in pœnam simoniæ cum nõ sit in causa finalis, sed impulsiua, *Gouar. vbi supra.*

10 Limitatur secundo quãdo dantes, & recipientes ignorabant constitutionem Gregorij, nam ignorantia

Digitized by Google

probabilis excusat à censuris,& pœnis, *Sayr. decis.* 103. *de simon. Graff. cons.* 5. *de homicid.* nam simoniacus dici non potest, qui ignorans esse simoniam pecuniam soluit ad obtinēdum fauorem pro beneficio cō sequendo, quia ignorantia excusat à peccato, & à pœna peccati, vt notatur in c. 2. & in c. nam concupiscentiam de constit. c. quoniam de simon. & actus agentium iudicandi sunt secundum intentionem principalem, *l. si quis nec causam ff. de reb. cred.*

11 Limitatur tertio quando aliquid daretur pro redimenda vexatione, *cap. dilectus il secondo de simonia*; dummodo duo concurrāt primo, quod dans pecuniā sit in possessione. Secundo, quod euidenter constet iniustè vexari, *Valer. differen. 14. verb. simonia, Sarnen. in reg. de ann. q 2. num. 5. vers. & sic videmus Angel. tit. de simon. conuentō. num. 4. Rota Romana decis. 135. apud Farin. post Cons.*

12 Limitatur quarto, vt nō habeat locum pœna huius constit. extra Curiam Romanam, vnde si aliquid daretur Neap. pro obtinenda gratia à sancta Sede Apostolica, euitare tur hæc pœna vt in terminis fuisse iudicatum per Rotam Romanā testatur *Seraphin. decis.* 825.

13 Limitatur quinto, vt ad hoc, vt habeat locum pœna huius constit. requiritur ali quod pactum saltem, vnde secus esset si aliquis in mēte resolueret se daturum, & alter se recepturum, vel alter tantum daturū, & alter se recepturum, nā hoc casu ex hac sola cogitatione pœna non incurritur, vt per *Boccacc. tract. de pact. p. 3. nu. 79. Farin. loc. cit. num. 353. ex dispositione text. in l. cogitationis pœnam ff. de pœn.*

14 Limitatur sexto, vt non comprehendat dantes, vel recipientes post gratiam, vel iustitiam obtentam, vt per *Nauarr. in 21. notab. na. 31. Boccace. num. 78.* vbi declarat procedere quando essent moderata alias secus *Farin. n. 348.*

15 Limitatur septimo, vt huiusmodi pœna cessabit, quoties Pontifex Sanctissimus habuisset notitiam datorum vel acceptorum pro iustitia, vel gratia obtinenda, nam per Papæ scientiam purgatur *arg. glos. in cap. pri-*

Digitized by Google

priden de pact. Ioan. Andr. in cap. 1. de simon. Archid. in cap. non ne nu. 89. Cassador. decis. 3. num. 7. de renunc. & decis. 2. sub nu. 3. de simon. nã authoritas, & scientia Papæ purgat omnem simoniam, *Rot. Rom. decis. 88. post conf. Farin.*

16 Limitatur octauo, non procedere in eo, qui dixerit tantum se futurum gratum, *vt dixit Rota in vna Tollen. parochialis 28. Maij 1594. & in alia Brittonien. comẽda 12. Decembris 1588.* quia verba generalia non faciunt aliquem incidere in pœnam huius constit. faciunt dicta per *Sot de iustit. & iur. lib. 9. q. 8. artic. 5. concluſ. 3.*

17 Sed quoniã dubitari posset, de modis quibus posset quis conuinci ipsum incidisse in pœnas huius constitutionis, puta dedisse, promisisse, aut recipisse aliquid pro gratia, vel iustitia obtinenda, ideo constituenda est regula, posse quem cõuinci ex testibus concludenter probantibus datum, & receptum, *facit Conf. Alexand. de Neuo 64. Abb. in cap. veniens il primo num. 4. de testament. Alciat. conſ. 2. num. 42. Rota Romana apud Farin. post Conſ. deciſ. 25. & fuit tentum in cauſa Imolen. confidentiæ ſub die 14. Februarij 1592. coram Pamphilio tunc Rota Romanæ Auditore, & in altera Galeguritana confidentia 25. Iunij 1593. coram eodem;* & ratio euidens esse videtur, nã quando agitur de effectu priuationis beneficiorum, eo casu requiritur plena, & concludens probatio, *glos. in cap. ſicut de ſimon. Mohedan. deciſ. 184. Alciat. conſ. 2. par. 1. Natt. conſ. 299. num. 3. Rota in vna Firman. Cappellania 7. Maij 1582. coram Sanctiſſimo Clem. VIII. tũc auditore, & in vna Brittonon. comenda 12. Decembris 1588. & 3. Maii 1589. coram Gipſio.* Quibus accedat, quod semper est capienda interpetratio ad excludendum delictum, *l. merito ff. pro ſocio, Put. deciſ. 381. nu. num. 2. lib. 1.* & actus debet interpetrari in bonam partem *idem deciſ. 440. lib. 1.* & promptiores debemus esse ad absoluẽdum, quam ad condemnandum, prout recti Iudicis partes in dubio esse debent iuxta *text. in l. arianus ff. de ſolut.*

Vnde in hac materia nõ videtur concludens proba-

tio

tio dictum vnius testis cum fama *Gosi in d. cap. veniens de testam. Dec. cons.* 210. qui refert communem opinionem, & fuit dictum per *Rotam in vna firmana cappellania coram Clem. VIII. bone memorie* 1582. Nec dictum vnius testis sufficeret cum præsumptione, quæ oritur ex dicto alterius, qui particeps fuerit criminis secundum opinionem *DD. in cap. sicut de testam. et fuit dictum in vna Ciuitatem. confidentiæ sub die* 23. *Ianuarii* 1593. *coram Manicia.*

Nec pariter dictum socij criminis admittendum esse voluit *Rota eadem in vna Fulginaten. parochialis* 28. *Maii* 1593. *Veralit. decis.* 744. *p.* 3. *& ratio ponitur per DD. in cap.* 1. *de test. in* 6. *Seraphin. decisio. Rot. Romanæ* 1029. *par.* 2.

Prout etiam nec famam publicam: *glo. d. cap. veniet, vbi Abbas n.* 8. *& Doc. n.* 22. *de testam. Gabr. concluf.* 1. *de probat. nu.* 12. *Pot. decis.* 179. *in fin. lib.* 2. *& eadem Rotam d. Imolen. confidentiæ sub die die* 14. *Februarii* 1682. *coram Pamphilio Seraphin. decis.* 1029. *p.* 2. *n.* 6.

Imò ad probandum talc 17 datum, & promissum testes debent esse omni exceptione maiores nobilis est decisio *Rotæ relatæ per Marsil. cons.* 2. *num.* 51. *lib.* 1. licet contraria opinio sit verior & communiter recepta, & ratio videtur esse, nam ad probandam simoniam non requiruntur testes omni exceptione maiores, *Nauarr. man. c.* 23. *sub nu.* 110. *Mascard. de probat. concl.* 1306. *num.* 16. & simonia est de illis criminibus, quæ solet committi occultè, & quoties sumus in his criminibus, & veritas aliter haberi non potest, tunc testes minùs idonei fidem faciunt, *cap. veniens il secondo de testam. Lap. alleg.* 94. *Marsil. sing.* 73. Et testes deponentes de solutione pecuniæ, si ignorent ex qua causa fuerit facta solutio, nec deponant de præcedenti conuentione non probant ad hunc effectum, idem *Seraphin. decis.* 1029. *nu.* 10.

Item ad conuincendum 18 quem de hoc crimine sufficere coniecturas. Breuiter respondeo iuxta communem omnium DD. sententiam receptam in praxi per eà quæ refert decisa *Veral. dec.* 266. *num.* 6. *par.* 1.

Na-

Nauarr. in man. cap. 23. sub num. 100. & Gabr. conc. 184. num. 10. lib. 2. & Menoch. lib. 2. præsumpt. 23. attamen debent esse euidentes, & vrgentes quæ reum ipsum de tali crimine conuincant, vt fuit resolutum per *Rotam in vna Calagurritana confidentiæ 25. Iunii 1593. coram Pāphilio. & in altera Aret. 23. Ianuarii 1595.* vbi fuit resolutum tale crimen ita probari talibus coniecturis, vt nihil aliud importare possint *ex Felin. in c. superbis nu. 17. de accusat. Natt. cons. 299. nu. 23.* hinc videmus, quod licet crimen simoniæ probatur per signa, *vulg. cap. sicut de simon.* Tamen intelligitur de signis euidentibus, & rerum de crimine conuincentibus, *cap. eorum 11. q. 3. & cap. euidentia de accus.* in terminis, *voluit Rota apud Seraphin. dec. 237. par. 1. & 120. p. 2.* & quæ dicantur istæ coniecturæ vrgentissimæ idem *dec. 1359. p. 2.*

Quas coniecturas debere plenè probari, prout de iure requiritur scilicet per duos testes contestes voluit *glos. communiter recepta in l. fin. C. fam. herciſc. Menoch. lib. 1. præsumpt. 51. Putens dec. 173. nu. 1. lib. 2. & Redoan. de simon. par. 4. cap. 6. num. 22.*

Verum vnica coniectura non sufficeret ad hunc effectum, nam vnica coniectura non sufficit ad probādam simoniam, nisi esset præsumptio violenta *Glos. in cap. insinuatum num. 4. de simon. Redoan. loc. cit. num. 35. & cap. 11. nu. 24.* quia præsumptio violenta habetur pro concludenti probatione etiam in criminalibus, dummodo non agatur de pœna corporali infligenda *cap. afferte, vbi DD. de præsumpt. & in cap. literas eod. tit. Abb. cons. 113. lib. 2. Bellam. dec. 689. Gram. dec. 42. & Gabr. concl. 1. nu. 70 de probat.* quę præsumptiones excluderentur postea per bonam famam dātium recipientium ad latè tradita per *Tiraq. de pœn. temp. causa 15. num. 2. Marsc. cons. 74. Gram. cons. 3. num. 7. & DD. communiter in l. fin. ff. de quæst.* & in hoc casu multum est attendenda, qualitas dantis, puta si esset Episcopus, vel Archiepiscopus, & parua quantitas, vt considerat *Gabr. d. cons. 172 nu. 14. lib. 2.* Vel quia etiam dans, vel recipiens esset, nimis

mis diues, quo casu non est præsumendum tale crimẽ perpatrasse cum potius pauperes propter eorum inopiam id cogitent ex vi *text. sing. in l. cum societas ff. pro socio*, & ideo hæ circumstãtiæ debent mouere animũ Iudicis, vt sit circumspectus ad credendum testibus, nõ autem elidunt in totũ coniecturas.

19 Probatur etiam, & conuincitur promictens, aut dans ex confessione ipsius Rota Rom. *d. decis. 25. apud Farin. post consilia*, vt fuit resolutum *apud Peregrin. decis. 338. lib. 2. Seraphin. decis. 90. lib. 1. & Verall. decis. 242. p. 3.* nam confessio est vera, & propriè probatio, *Salic. in rubr. C. de probat. Gram. decis. 36. num. 66. Cravett. cons. 60. nu. 3. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. nu. 217. Paris. cons. 112. nu. 42. volu. 4. Mascard. de probat. conclus. 1305.* verum huiusmodi cõfessio nõ præiudicabit recipienti, sed dãti, & facit à simili, nam confessio resignantis, non probat simoniam contra resignatarium, nec ei nocere potest *Paris. cons. 58. num. 8. p. 1. Affl. decis. 163. in fin. Tiraq. de utroq. retract. §. 2. gl. 2. num. 14. latè Paris. de confident. benefic. q. 16. nu. 24.*

Contrarium tamen est verius, vt huiusmodi confessio recipientis noceat dãti, & è contra, vt refert iudicatum, *in Rota Romana Seraphin. d. decis. 90. lib. 1. Puteus decis. 141.* quos refert idem *Paris. de confident. q. 77. num. 9. vers. contraria, sed Seraphin. in decis. 1029. p. 2. nu. 13.* firmiter tenet huiusmodi confessionem nõ præiudicare socio.

20 Probatur pariter per literas dantis, vel responsiones recipientis, vt in facti contingentia iudicauit Rota in vna Mindorien Canonicatus, & præbendæ, *vt apud Verall decis. 200. par. 1.* & ratio videtur esse, nam cum hoc crimen inter familiares agatur literæ debent sufficere, *cap. propterea de testam. Marsil. rubr. de probat. num. 312. Dec. cõs. 543. nu. 13.* nam literæ missiuę probant contra scribentem *Bald. in rubr. C. de fidei commiss. Bartol. & alii in l. admonendi C. de iureiur. Alex. in l. 1. C. de edendo, & Paris. cons. 90. num. 7. & 12. volum. 1. & cons. 64. vbi n. 6.* declarat hoc procedere, quoties illæ literæ missiuæ fuis-

Digitized by Google

fuissent recognitæ facit *tex. in l. non epistolis C. de probat.* per quem fuit dispositũ literas amatorias repertas penes mulieres apertam coniecturam inducere si fuerint recognitæ, *l. publica ff. depos. l. cum de indebito ff. de probat.* cum alijs de quibus *per Felin. in cap. scripta num. 12. de fid. instr.* & sic etiam præmentionatã conclusionem intelligas dummodo literæ sint si clarę, secus si dubiæ, vel in cifra loquerentur, nam hoc casu ex illis nunquam probaretur datum vel receptum, *Rota coram Gipsio in una Brittonorien. commendæ 12. Decembris* 1588. & *3. Maij* 1589.

21 Probatur tandem per instrumenta inter dantem, & recipientem inita, vt patet ex his quæ asserit *Sarn. decis. 4. lib. 2. Peregr. decis. 8.* & *82.* & *Crese. decis. 78. Verall. decis. 142. lib. 2.* nam probatio per instrumẽtum dicitur probatio probata, *e. forus §. eam de verb. signif. Glos. in rubr. de fid. instrum.* ipsum enim instrumentum habens sua requisita dicitur probatio probata, & veritas euidẽs non probanda, *Bald. in l. quoties de iudic.* & *cons. 176. vol. 1. Calcan. cons. 75.* nam quod constat per instrumentum dicitur manifestum, *cap. cum olim de verbor. significat.* & probatio per instrumentum dicitur firmior probatione per testes, *l. hac consultissima C. qui testam. fac. poss. l. testium ff. de test.* & *l. census ff. de probat.* vnde si quis remitteret debitum per instrumentum ex hac causa, nulli dubium est quin incurreret pęnam huius constit.

SVMMARIVM.

1 *Decretum S. Cong. de Diaconis saluatieis.*

2 *Diaconi seluatici qui dicantur.*

3 *Diaconi seluatici gaudent immunitate Ecclesiastica.*

4 *Diaconorum saluaticorum numerus qualis constitui debet.*

5 *Antonius de Mattheis Episcopus Castellanaten. laudatur.*

6 *Diaconi seluatici gaudent priuilegijs inductis ex cõsuetudine.*

7 *Diaconi seluatici appellantur personæ deputatæ tam ad seruitium Ecclesiæ, quã hospitalis.*

8 *Diaconi seluatici gaudent*

Digitized by Google

fori priuilegio etiam post mortem Episcopi.

9 *Diaconi seluati possunt constitui a Capitulo sede vacante.*

10 *Diaconi seluatici tunc gaudent fori priuilegio, quoties seruierint Episcopo, vel Ecclesiæ.*

11 *Diaconi seluatici gaudent priuilegio fori in criminalibus, & quid in ciuilibus nu.* 12.

13 *Diaconi seluatici non gaudent priuilegio Canonis.*

14 *Diaconi seluatici amoueri possunt ex causa delictorũ & quorum nu.* 15. *&* 16.

17 *Diaconi seluatici non eligantur scandalosi.*

De Diaconis seluaticis.

Decretum S. Congr.

1 SAcra Cardinalium Cõgregatio negotijs Regni Neapolitani præpositorum certior reddita in nõnullis eiusdem Regni diœcesibus Diaconos quos vocant seluaticos in maximũ numerum citra Ecclesiarũ necessitatem, aut vtilitatẽ excreuisse. Volens eorundem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscumque occurrere de Sanctissimi Domini nostri Gregorij Decimiquinti mãdato viuæ vocis oraculo de super habito Diaconis seluaticis huiusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum seruitio retineri, vel in locũ quoquo modo definientiũ assumi posse in Cathedralibus, seu superioribus Ecclesijs ad summũ quatuor in Collegiatis, vel Parochialibus duos in alijs verò Ecclesijs in quibus diuina celebrantur si Episcopo videbitur vnum, quos quidem Episcopi prorsus gratis & tales, qui omninò per se ipsos, non autem per interpositam personam seruitium debitum præstent, nec vllo modo criminosos aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, alias & hi nullo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apostolicæ seuerum experientur. Eos verò priuilegio Canonis non gaudere, fori autem priuilegio in criminalibus omninò, in ciuilibus quoad corporis distinctionem tantũ, & immunitate ab oneribus per-

Digitized by Google

personalibus, non autem ab alijs durãte seruitio frui debere, sed si alicubi maioribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus (ex legitima consuetudine) cuius cognitionem, & declarationẽ in casu controuersiæ eadẽ sacra congregatio sibi reseruat illam deberi attendi, cognitionem verò aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere hoc præsenti decreto statuit, præcepit, & declarauit Romę 10. Kal. Iulij 1623.

Oct. Card. Bandinus.

Laur. Campeg. Secret.

2 Pro choronide autem antequam ad alia deueniamus videre oportet, qui appellentur diaconi seluatici, & quia fortasse thirones de facili possent decipi, ne cõfundant terminos, sciẽdum est, valdè differre clericos coniugatos, à clericis, & diaconis seluaticis, si quidẽ clerici coniugati dicuntur hi, qui ante matrimonium consumatum cum vnica, & virgine erant insigniti ordine clericali, & vestes clericales deferebant, de quibus loquitur *text. in cap. vnico de cleric. coniug. in 6. & fusè tradunt post alios Graff. effect. cleric. 1. num. 84. Farin. prax. crim. p. 1. q. 8. à num. 6. Borrell. in summ. decis. tit. 8. num. 1. & 2. & Barbos. de potest. Episcop. par. 2. alleg. 12. nu. 25. cum seqq.*

Diaconi, seù clerici verò seluatici sunt personæ quocumque perpetuò adscriptę seruitijs alicuius Ecclesiæ etiam non insignitæ ordine clericali, *iuxta cap. indicatum de imm. Eccles.* vbi habetur tales personas dici adscriptas seruitio Ecclesiarum à quibus recedere nequeunt prout adscripti glebæ secundum *text. in l. cum satis de agricol. & censit. lib. 11. Diana ref. 69. p. 3 de imm. Ecclesiast.* nam videmus, quod seruientes alicui Ecclesiæ sunt conueniendi coram Iudice Ecclesiastico vt sanciuit *text. in c. Ecclesiarum seruos 12. q. 2. dixit glos. in cap. nullus Iudicum de for. compet. Aufrer. in tract. de potest. iudic. Eccles. super tase. seu eorum bonis nu. 37. vers. quinquagesimo primo pag. 128. Add. ad Marant. in prax. par. 4. dist. 11. num. 4. lit. A. Bellug. in spec. princ. rubr. 11. §. vi-*

Digitized by Google

dendum num. 6. vers. nã glos. dat exemplum in ianuatoribus, & de sacristanis dixerunt *Decian. tract. crim. p. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 27. Aloys. de Leo in l. placet num. 17. C. de sacros.* & quamuis *Morla in empor. Iur. vtriusque p. 5. tit. 2. de iurisd. omn. iudic. num. 140.* inquat non carere difficultate si prædicti
3 diaconi seluatici gaudere debeant Ecclesiastica immunitate, dum sint merè laici, ex pluribus rationibus ibi memoratis, tamen nouissime ex mandato Sanctissimi Domini nostri bonæ memorię Gregor. XV. virtute supradicti decreti possunt constitui præfati Clerici seluatici pro Ecclesiarum, & Episcoporum seruitio cũ certa determinatione, nempè in chatredalibus, vel Ecclesiis superioribus ad summum quatuor in collegiatis, vel parochialibus duo, in aliis verò Ecclesijs, in quibus diuina celebrantur si Episcopo videbitur, vnus tantum erint assignandi.

4 Quod non absque ratione id sancitum fuisse considero, si quidem Episcopi in præiudicium Regiæ iurisdictionis magnam quantitatem similium clericorũ constituebant, & ex hoc multoties oriebatur dissentio inter potestatem temporalem, & spiritualem, qua propter ad illam euitandã Sanctissimus in Christo Pater Gregorius statuit certũ numerum, iuxta dispositionem rubricæ, *Auth. vt determinat sit ord. cleric. & facit text. in cap. ex parte in fi. de concess. prabend. cap. in no no distin. 21. cap. quoniam de vit. & honest. cleric. glos. in cap. pen. verb. diminuti de consti. & in cap. constitutus de reserip. l. in Ecclesiis C. de Episc. & cleric. Aret. in l. nõ plures num. 1. C. de sacros. Eccles. quos refert Tutius al. leg. 46. num. 4.* hinc merito ante publicationem huius decreti Illustrissimus
5 Dominus Antonius de Mattheis Episcopus Castellanaten. vir doctrina, & integritate insignitus, pro seruitio Ecclesiæ cathedralis, & Curiæ Episcopalis cõstituerat quatuor tantum diaconos seluaticos, qui fungebantur officio cursorum pariter, & semper in causis criminalibus cognoscebantur per Curiam Episcopalẽ dictæ ciuitatis quã do exercebam officium Vicaria-

Digitized by Google

cariatus tempore meæ adolescentiæ causa adipiscendæ veram praxim Curiæ Romanæ, in qua versatissimus erat idem Episcopus.

6 Sed erit aduertendum, quod quoties alicubi clerici seluatici, vltra priuilegium fori in criminalibus, & in ciuilibus exemptionē, quo ad corporis tantum districtionem, & ab oneribus personalibus durante seruitio, quod ex vi huius decreti consequuntur, si reperiantur ex legitima consuetudine priuilegiati in aliis illa erit attendenda, prout voluit *hic Sacra Congreg.* ea nēpe ratione, quia consuetudine potest introduci, quicquid potest per priuilegium ad latè tradita per *Tusc. concluſ.* 808. *lit. C.* & consuetudo habet vim pacti, *l. non impossibile ff. de pact.* & facere potest quidquid pactum, *Afflict. decis.* 91. *num.* 9. *&* 258. *num.* 2. & operatur quidquid, & præscriptio *Tusc. concluſ.* 809. *loc. cit.* & licitum reddit, quod alias est illicitum, *Ludouic. decis. Perus.* 62. *nu.* 14. *&* Roland. *conſ.* 58. *nu.* 19 *lib.* 4.

7 Imò non solum procedere in personis deputatis ad seruitium Ecclesiæ, sed etiam ad aliquod hospitale authoritate Ordinarij erecto facit decisio *Valasc.* 105 *num.* 43. *& alij, quos refert Barbos. de potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 12. *nu.* 40.

8 Quod adeo verum est, vt prædicti Diaconi seluatici gaudeant priuilegijs contentis in hoc decreto etiam post mortem Episcopi, tū quia deputatio similium personarum fit gratia Ecclesiarum, quibus fit adscriptio, & ea quæ computantur inter gratias factas non sunt mentienda iuxta literarum iustitiæ naturam, & ideo non expirant morte concedentis iuxta tradita per *Squill. meritissimum in Concanonicum de priuil. cleric. cap.* 1. *nu.* 87. vbi licentia audiendi confessiones, cōputatur inter gratias factas, respectu personę determinatę puta sacerdotibus, quę in maximū comodum eorum redundat, & statim ac ipsi conceditur, est perfectè concessa à nulliusque exequutione dependens, non expirat morte Episcopi; Tū etiam, nam ista adscriptio fuit facta Ecclesiæ, quæ nūquam moritur.

9 Nec non prædicti diaconi

Digitized by Google

ni seluatici possint adhuc constitui à Capitulo sede vacante vulgata ratione ex quo iurisdictio Episcopi deuoluitur ad Capitulū sede vacante, *ad text. & ibi glos. in cap. vnico de maior. & obed.* quod succedere videtur in omnibus tam voluntariæ, quam contentiosæ iurisdictionis *glo. in clem. 1. de hæretic. Nouarius frater in opusc. non iur. pontific. cōclus. 1. num. 4. sub tit. de cauſ. prim. inſtant. & per* Pauin. *fusè in trac. ſpecial. de poteſt. cap. ſed. vac. quæſt. 1. par. 1.* D. Riccius *reſolut. 227. tom. 4.* & vide quæ diximus supra tit. de cap. sed. vac.

10 Nec pariter erit prętermictendum tunc gaudere debere præfatos clericos priuilegio fori, quoties verè, & cum effectu seruierint Episcopo, vel Ecclesiæ, vt habetur in dicto decreto.

Adeo quod S. Congregatio seruitium esse personale, & nō per intermediā personam mādauit, & ideo possūt expelli si nō vacauerint seruitio initūcto tanquā inutiles ex dictis per *Genuenſ. in pract. Eccleſ. q. 622.* nam cum priuilegia hic cōtenta dentur ob seruitia, quæ præstant Ecclesijs, illis cessantibus cessare, & pariter debent priuilegia, cessante enim causa priuilegij, cessare etiam debet ipsum priuilegium *c. cum ceſſante de reg. iur. in 6.* Nisi fuissent infirmi, nam hoc casu infirmitas excusaret vulgatis iuribus.

11 Insuper gaudere solum priuilegio fori in criminalibus vt hic, & faciunt notata per Couar. *pract. cap. 71 num. 6.* Farin. *d. q. 8. num. 7. & extat deciſ.* Cappell. Tholoſ. *deciſ. 414.* & in hoc clerici coniugati cum saluaticis conueniunt, quod adeo est verū, vt procedat quāuis causa sit ciuiliter intentata, dummodo sit criminalis habetur *in c. vnico de cleric. coniug. in 6.* Borrell. *in ſum. tit. de cleric. coniug. num. 18. & Guid. Pap. deciſ. 83.*

12 In ciuilibus autem, quo ad corporis districtionem tantum, & ab oneribus personalibus, non autem alijs fori debere, determinauit *S. Congr.* arg. eorum quæ recensēt Couarr. *d. c. 31. n. 7.* Sanchez *loc. cit. nu. 21. cum ſeqq. & Borrell. num. 5. &* D. Ricc. *deciſ. 159. part. 3.* & ideo tenentur ad collectas, prout coniugati *gloſ. in cap. ex parte de cleric. cōiug.*

ad

ad functiones fiscales, datia & gabellas pro eorum bonis secundum *prag. Regni, de cleric. & diac. selu.* & dū gaudent in criminalibus, ideo sequitur, quod liquidatio instrumenti est facien da in Curia Ecclesiastica, *Dominus Ricc. resolut. 231. tom. 4.*

13 Similiter, non gaudere priuilegio Canonis hic cautum reperitur, & ratio est, quia priuilegium cano nis datur præcipuè ratione ordinis clericalis, *Nauarr. cons. 24. de priuileg.* excepto nouitio alicuius religionis, *vt in c. religioso §. 1. de sent. excomm.* & in hoc differt Diaconus seluaticus à coniugato, qui etiam gaudet *can. si quis suadente Nacl. cons. 358. lib. 2. Graff. effect. cleric. 1. num. 81. Farin. de inquisit. quæst. 8. num. 7. cum seq.*

14 Item ex causa posse amo ueri ab Ecclesijs, quibus fuerint deputati non dubitatur, ea nempe ratione, nā si antequam eligantur, & deputentur Episcopi eligere debent non criminosos, aut malæ conditionis, & famæ eò magis, & poterint illos expellere si fuerint reperti criminosi malæ famę, & aliquod crimen commiserint, hinc videmus à maiori, quod conseruatores adhuc ex causa amoueri possunt per Ordinarium lo ci iuxta constit. Sanctissimi Gregorij XV. & sic etiam quod Vicarius perpetuus poterit remoueri ex iusta causa sanciuit *text. in cap. ad hæc, & ibi glos. verb. remouere de offic. Vicarij.*

Verum pendente inquisitione nō erint per Episcopos amouendi, nam retinebunt priuilegium Diaconorum seluaticorum, quousque fuerit contra eos pronunciatum facit *text. in l. libertus §. in quo ff. ad municip.*

15 Sic pari mō animaduertant Ordinarij id quod diximus posse ex causa amoueri, procedere quando delicta essent mali exempli, & causa esset ignominiosa, *arg. text. in l. eadem lege & l. lex iulia ff. ad l. Iul. repet.* secus verò ob minimam, & excusabilē per ea quæ memorat *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. glos. 10. nu. 56. par. 1.* subdens, quę dicatur causa parua, vel minima.

16 Imò si per prædictos diaconos fuerit vnicum, aut bi

num

Digitized by Google

num delictum commissum, nec poterint amoueri ab Episcopis, cum non criminosi appellandi sint, argument. eorum quæ cumulat *Peguer. decis.* 40. & *Ricc. decis.* 312. *par.* 3. Nec etiam sufficit quem alias fuisse inquisitum aut carceratum pro aliquo delicto ad effectum, vt dicatur criminosus, nisi etiam fuerit, aut confessus, aut conuictus, aut condemnatus, *Gram. decis.* 30. *num.* 25. & *cons.* 45. *nu.* 32. & *alij relati per Farinacc. consil.* 127. *num.* 8.

Quæ quidem qualitates minimè obstarent si per prius illas habuissent, sed postea tempore electionis essent bonæ famæ, & emendati à mala vita, vt tuetur idem *D. Riccius in prax. resolut.* 230. *tom.* 4. per ea quæ recensetVivius *in dec.* 94.

17 Tandem scandalosos eligi non debere per ordinarios statutum fuit hic, & scandalosi dicuntur illi, qui publicè peccant, & alij de quibus per *Nald. in summ. verb. scandalum.*

SVMMARIVM.

1 *Duellum est prohibitum omni iure amplia, vt nu.* 2. 3. 4. & 5. *declara vt num.* 6. 7. 8. & 9.

De duello.

Super Bulla Clem. VIII.

1 DVellum est prohibitũ omni iure, est enim prohibitum per legem generalem, vt per *text. in l. vnica* C. *de Gladiat. lib.* 12. *vbi nos* quam per particularem, vt habetur *in pragm. regni* 1. *de duellis*, & *per Canones, vt ex nonnullis bullis Summorum Pontificũ, vz. Iulij* 11. *Leonis X. Clemẽt. VII. Pij V. Greg XIII.* & *nouissima Clem. VIII. in bulla incip. illius vices*, & in qualibet parte orbis esse prohibitum duellum. testatur *Guid. Pap. decis.* 67. cum pluribus sequent. imo si sit permissum per consuetudinem generalem, ex quo ex abusu fuit introductum ad huc veniret prohibitum, ita *Oldrad. cons.* 191. & *Tusc. conclus.* 806. *verb. duellum*, *Menoch. de arbit. iudic. lib.* 1 q. 7.

Digitized by Google

q.7.num. 11. & 12. *Ameſua de poteſt. in ſeipſum cap.* 13. *ſub num.* 11. & *plurimi alij relati per Mut. ſuper Prag. Regni Sic. tit. de duello nu.* 3. qui plenè tractat hanc materiam duellantium, vt eſt videre, & latè habetur per *per Nouarium fratrem in pragm.* 1. *rubrica de duello, & poſt alios videndum D. Rice. in prax. bull. contra duellantes par.* 3. & *in prax. aur. reſol.* 170.

2 Ampliatur primo in acceptante duellum ob detractionē proprij honoris, nā adhuc incidit in pœnas Bullæ idem *D. Rice. reſolut.* 48. *par.* 3.

3 Ampliatur ſecundo, vt ignorantia præfatæ bullæ non excuſat idem *reſol.* 55. & *Graff conſ.* 5. *de homicid.*

4 Ampliatur tertio, vt decedens in duello debeat carere Eccleſiaſtica ſepultura idem *Dom Rice. reſolut.* 53. quamuis ante obitum oſtēderit ſigna penitentiæ etiā ſi confeſſus, & communicatus obierit. latè *Gratian. diſcept forenſ. qui plures refert in cap.* 410. *par.* 3. *vbi fit reſoluiſſe S. Congregationem de menſe Octobris* 1611. *teſtatur Dian. variar. reſolut. trac.* 2. *reſol.* 54.

5 Ampliatur quarto, vt pœna, de qua in bulla habeat locum tam in duello publico quam in priuato. i. ſine patrinis, cartellis, & alijs, de quibus in bulla ſecundum *Nald. in ſumm. verb. duellum nu.* 3.

6 Declaratur primo, vt prouocās ad duellum calore iracundiæ excuſetur à pœna Bullæ idem D. *Rice. reſol.* 51. *par.* 3. & ratio eſt, quia duellum propriè dicitur vbicumque interuenit animus deliberatus ex propoſito ſecus ſi ex iracundia vt puta ſi in rixa fuerit ab aliquo dictum accipe arma, vel cape enſem, & venias ad certum locum, *Plot. in l. ſi qua non pag.* 41. *n* 4. *C. vnde vi quem allegat Intrigl. ſingul* 149. *nu.* 4. *Sanchez in ſumm. lib.* 2. *c.* 39. *num.* 28. *Farinac. fusè in conſ.* 9. declarans hoc procedere quādo non fuit ſequutus effectus *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. Graff. conſ.* 4. *de homicid.* quia ſi fuiſſet ſequutus effectus talis prouocatus ad duellum poteſt aliter euadere, nam licitè, & abſque detrimento ſui honoris poteſt duellum recuſare, imò ad hoc tenetur, cum ab omnibus legibus ſit

Digitized by Google

prohibitum,& qui eum ſuſcipiunt,quacumque ratione id faciunt excommunicantur, nec obſtat vulgaris hominum opinio, ex quo regulæ duellorum lege rationis, & non iuxta prauas conſuetudines, & vulgares hominum opiniones ſunt regulandæ.

7 Declaratur ſecũdo,quod prouocans ad duellum aſſignando illi locum, & ibi accedendo effectu non ſequuto, vt quia aliter non venit non ligetur pœna Bullæ idem *D. Ricc. reſolut. 52. Diana var. reſolut tract. 2. miſcell. reſol. 55.* vbi idem ait vade quęſitum gladium hic te expecto vel veni ad talem locum, ſecus verò ſi quis offenſus dicat offendenti diſtringe enſem, tecũ enim pugnare volo.

8 Declaratur tertio, vt adſtantes, & aſpicientes non incurrant penas Bullæ idē D. *Ricc. reſol. 54.*

9 Declaratur quarto,vt requiratur acceptatio prouocati, & effectus conſumatus,quod in facto mihi euenit in ciuitate Caſtellanetæ tempore quo Vicariatus generalis officium exercebā in Præſulatu Illuſtriſſimi Domini Antonij de Mattheis,cuius virtutes mores vitæ probitas per totam prouinciam Hidruntinā celebrantur. Caſus autem tali modo accidit. Ex proceſſu coſtabat Franciſcum Mariam de Rentio æquitem grauis armaturæ,armatum enſe, & pugione, nepotem Clerici Cæſaris de Rentio commiſiſſe famulæ dicti Cœſaris, & expreſsè dixiſſe vt dinũciaret Cęſari, quod veniret ad plateam publicā ad occidendum ſecum, & ibi eum expectaret,ſed quoniam dictus Cœſar noluit acceptare prouocationem fuit dubitatum ſi Frāciſcus Maria, qui prouocauerat incidiſſet in pœnam bullæ habita ratione ad bullam Clem. VIII. ex quo non fuerat ſequutus effectus.

Qua in re videbatur dicendum ipſum incidiſſe in pęnam bullæ non obſtante non ſequuta acceptatione dicti Cæſaris, ex verbis bullæ Clementis VIII. ibi (ex compoſito ineuntes, nec non id ſcelus ſuadentes aut prouocãtes) & ideo ex illo verbo prouocantes dum ipſe prouocauerat abſque acceptatione Cœſaris poterat dici eſſe incurſus.

Ad

Digitized by Google

Ad cuius comprobationem adducebatur doctrina *Vgolini de potest. Episcop. cap.8.§.2.vers.quinto locum habet limit.3.* vbi ponit formalia verba. Tertio excipitur is, qui prouocatus est, seù non accepit, ex quo sequitur non excipi prouocantem; nam sicut inclusio vnius est alterius exclusio, ita & contra vnius exclusio est alterius inclusio.

Quidquid tamen sit contrarium censui dictum Frāciscum Mariam non esse incursum per doctrinam, *D. Riec.in prax.bull. contr. duell.resolut.52.* vbi affirmat prouocantem ad duellum assignando ei locum, & ibi accedentem etiam non sequuto effectu, quia alter nō venit nō incidisse in pœnas dictæ bullæ ex pluribus rationibus per eum adductis quem sequitur *Bonacin. de censur.disp.2.quæst.6.punct. 2.num.16.*

SVMMARIVM.

1 *Regularis non potest eiici à religione, nisi sit incorrigibilis.*
2 *Incorrigibilis quis dicitur.*
3 *Eiecti à religione sunt suspecti ab exercitio ordinum, amplia, vt nu.4.*
5 *Eiectus à religione celebrās fit irregularis, non recuperat beneficium, cui annexus est aliquis ordo, num.6.*
7 *Eiectus à religione nō potest ascendere ad superiores ordines.*
8 *Nouitius an possit eiici à religione.*

De eiectis à religione vti incorrigibilibus.

Decretum Vrbani Papæ VIII.

AD hæc, vt in posterum è Religionibus nullus legitimè professus eijci possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur (sublatis hac in parte Statutis, & Cōstitutionibus cuiusq; Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apost. approbatis, &

Digitized by Google

cõfirmatis) verũ etiam vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus; proïdeq. vnaquæq. Religio priuatos habeat carceres in qualibet ſaltem Prouincia. È lapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tamquam pecus morbida, ac membrũ putre eiici tãdem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantum, de conſilio & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis eligẽdis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus, tumq. nonniſi cõſtructo ſecũdum eorum ſtylum, & conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad ſacrorum Canonum præſcriptum. Interea tamen vſque ad primum generale Capitulum, ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſiquempiam ex iuſtis, & neceſſarijs cauſis expellere oportebit, eiectio fieri poſſit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, vt ſupra quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menſes à præſentis Decreti publicatione; ſeruata tamen in reliquis forma ſuperius præſcripta. Sic verò eiecti, quandiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedãt, atq. Ordinarij loci iuriſdictioni, & obedientiæ ſubſint, proindeq. Generalis illicò expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur. Cæterum Sacra Congregatio Religionum Superiores ſeriò admonet, ac p Ieſu Chriſti viſcera obteſtatur, vt memores paternæ charitatis, & mãſuetudinis, quã profitẽtur, nihil intẽtatũ relinquãt, vt lucrentur animas fratrũ ſuorũ ferè in profũdũ malorum delapſas, antequam grauiſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur. Idque eo magis, quod ſubditorũ ſanguinem, qui ex malo negligentium, & ſui officij immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus Noſter Ieſus Chriſtus in ſupremo Die iudicij de eorumdem Prælatorũ manibus requiſiturus.

Præterea ſtatuit, vt ijdem Superiores nemini ex Reli-

Digitized by Google

ligiosis expulsis literas testimoniales concedat, illos ad Sedem Apostolicam reijcientes vel iubentes aliam ingredi Religionem.

Item vt eiecti exta Religionem degentes, sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum sublata Ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxãdi, aut moderandi.

1 VIgore supradicti decreti Sacræ Congregationis Concilij Sanctissimi Domini nostri Vrbani Papæ VIII. nullus regularis legitimè professus a religionibus eijci potest, nisi sit merè incorregibilis.

Et quamuis incorrigibilis censeatur iuxta sententiam plurimorum Doctorũ, qui ter monitus, adhuc persistit in patrandis iisdem vel grauioribus delictis, & aliorum sentientium illum dici incorrigibilem, qui in eisdem, aut æqualibus, vel grauioribus permanet delictis, nec illa extat spes de illius resipiscentia, & emẽdatione, *Sanchez in oper. moral. lib. 6. cap. 9. num. 3. Sayr. lib. 5. de censur. cap. 21. nu. 47. Sanctarel. de apostas. cap. 4. dub. 2. num. 6. & Graff. 1. par. lib. 2. cap. 24. nu. 19.* & quod incorrigibilis dicatur qui post tertiam monitionem ad priora delicta reuertitur, vel differt iniunctam pœnitentiam facere, aut fugam capit, & occultat se ea non peracta, *Bernard. in pract. cap. 142. num. 1. & Dameus Riccius decis. 87. p. 1.*

Et ad effectum, vt per potestatem secularem clericus iudicetur, dicatur incorrigibilis, quando scilicet in graui crimine deprehensus depositus fuit, deinde propter contumaciãm excommunicatus, postea anathemizatus, & adhuc si in contumacia perseuerauerit seruata forma *text. in cap. cum non ab homine de iudic.* minimèq; subsequuta expressa per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari traditione poterit talis incorrigibilis comprimi per sæcularem potestatem, vt aiunt *Couarr. pract. qq. cap. 32. nu. 2. Menoch. de arbitr. iudic. casu 415. num. fin. Bellett. disquis. clerie. par. 1. tit. de fauor. cleric. pers. §. 6. Graff. de effect. cleric. effect. 1. num. 798. & Clar. §. fin. q. 38. vers. sed quæritur.*

Tamen ad effectum eiectionis à religione non

Digitized by Google

non ſatis eſſe, vt regularis in eiſdem, aut æqualibus, vel grauiorib⁹ delictis perſeueret arbitror, ſed requiritur, vt vno anno in carceribus maceretur ieiunio, & pœnitentia, & ſi poſt hanc probationem non ſe emendauerit, ſed adhuc pertinaciter deprauatis moribus adheſerit incorrigibilis habebitur, vt fuit ſancitum per ſacram Congregationem in illis verbis.

Ad hæc, vt in poſterum è religionibus nullus legitimè profeſſus eiici poſſit niſi ſit ver incorrigibilis, verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi ſolum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis diſpoſitione ſublatis in hac parte ſtatutis, & conſtitutionibus cuiuſcumque religionis, ac ordinis, & etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis, verum etiam vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur carceribus, proindeque vnaquæq; religio priuatos habeat carceres in qualibet ſaltem prouincia, elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerit ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida ac membrum putre eiici tandem poſſit, ſed ab ipſo met generali tantum de conſilio, & aſſenſu Patrum, ex grauioribus religionis eligendis, in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus. Tumq; non niſi inſtructo ſecundum eorum ſtilum, & conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad ſacrorum canonum præſcriptum.

3 Sancitur etiam in dicto decreto, quod eiecti à religione extra eam degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio ordinum ſublata Ordinarijs locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi, *vt in verſ. item eiecti.*

4 Vnde ſcias nomine ordinum hoc loco nō ſolum intelligi de maioribus; ſed etiam minoribus, cum decretum generaliter loquatur, & generaliter ſit intelligendum vulgatis iuribus. 5 Et ideo ſequitur, vt eiectus à religione incidat in irregularitatem celebrando aut functionum ſacrorū 6 ordinum exercendo. Prout etiam eiectum à religione non poſſe beneficium recuperare, cui adnexus ſit ali-

Digitized by Google

aliquis ordo, seu functio ordinis, suspensus enim ab exercitio ordinum, suspenditur etiam à beneficio, cui
7 ordo est adnexus. Et sic pariter eiectus à religione nō potetit ad superiores ordines ascendere, quia cui est prohibita functio ordinis, prohibita etiam videtur susceptio illius, cum ordines suscipiantur, vt exerceantur, eo magis quia non habet titulum ad quem promoueatur, cum titulus religionis ei non suffragetur, & eiectus à religione ab ipsa non sit alendus, *Sanchez in summ. lib. 6. cap. 9. nu.* 59.

8 Sed erit animaduertendum dictum decretum nō includere nouitium ob delictum eiectum, quia sacra Congregatio loquitur de religiosis eiectis, & nouitius autem non dum est religiosus, licet fortè religiosorum priuilegijs vtatur dum in monasterio degit, addendo etiam, quod sicuti nouitij impunè sua sponte exeunt, ita impunè eijci possunt *Mirand. in man. Prælat. tom. 1. q. 22. art. 7. cōclus. vn. Barbos. de potest. Episcop. par. 3. alleg.* 101. *nu.* 35. *in fin.*

Nec etiam includere religiosum eiectum, si iterū recipiatur, vel ad aliam religionem transeat etiam laxiorem, nam Sanctissimus loquitur de religiosis degēgentibus extra religionem.

SVMMARIVM.

1 *Eiectorum à religione bona debentur Camera Apostolicæ. Declara vt nu.* 2.

3 *Eiectus à religione quis dicatur.*

De eiectorum bonis à religione.

Super Bulla Gregorij XIII.

LIcet variæ sint Doctorum sententię, cui nā debeātur bona eiectorum à religione, nam aliqui senserunt pertinere ad monasteria, à quo eiecti fuere, vt *Molin. tom. 1. de iust. disput.* 140. *vers. quo ad votum Nauarr. comment. 2. num. 33. de regul. Sanchez in oper. mor. lib. 7. cap. 33. num. 27. Azor. 1. par. lib. 12. cap. 6. quæst. 9.* Alij autem aiebant pertinere ad Episcopum ad instar bonorum vacantium, *Sanctarell. de apost. cap. 6. dub.*

Digitized by Google

dub.2.nu.6. & Clau.reg.lib. 6.cap.9.nu.28.

1 Tamen hodie virtute bullæ *Gregorij XIII. incip. officij nostri partes* bona prædicta spectant ad Cameram Apostolicam,& ita dixerunt *Azor. tom.2.lib.8. cap.3.quæst.15. Rodriq qq. regul. tom.3.q.30. artic.26. Sanchez in oper. moral. lib. 7.cap.33.num.9. Sanctarell. de apost.cap.3.num.23. Latè D.Rice. decis.245. par.4. & Nouarius frater de bon.eiec. à relig.conclus.vnic. in nou. iur. Pontific.*

2 Quam conclusionem intelligas procedere quoties eiectus extra religionem obierit, secus verò si ad primam religionem adierit, *Sanchez in oper. mor.lib.7.cap.33.num.26.& Nauarr. comment. 2. nu.33. de regul.* Si verò ad aliam transiuerit religionem bona ipsius pertinebunt ad secundam religionem,si in ea professione emiserit, & capax fuerit, si vero fuerit incapax, succedet Camera Apostolica,*cap.exiit qui seminat de verbor. signif. in 6. Sanctarell.loc.cit. numer.7. Sanchez lib.7. cap.18.nu.2. & cap. 33. numero 8. & seq.*

3 Quis autem dicatur eiectus à religione,*vide Farin. decis.* 109. *p.2. in recent.*vbi voluit eiectum tunc dici monacum ;quando exutus habitu monacali à corpore ordinis dimittitur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati in duobus casibus sunt euitandi.*

2 *Excommunicatus non denunciatus non est euitandus.*

3 *Excommunicatus publicus quis dicitur.*

4 *Excommunicatus iniustè est euitandus.*

5 *Excommunicati sunt euitandi, quousque probetur absolutio.Declara vt n.6.*

7 *Excommunicatus notorius est euitandus, & quis dicitur notorius excommunicatus nu.8.*

9 *Percussio notoria an probetur per vehementes præsumptiones.*

10 *Percussor notorius dicitur, qui coram maiori parte capituli clericum à sede expellit.*

De

De excommunicatorum vitatione.

Super Bulla Leonis X.

TEnore huius constitut, incip. *Statuimus insuper ad euitandum scandala* mandauit Sanctissimus vitandos esse excommunicatos in duobus tantum ca
1 sibus. Primo si fuerint publicè denunciati excommunicati. Secundo quando ita notoriè constaret incidisse in excommunicationem, vt nulla posset tergiuersatione occultari siuè aliquo iuris suffragio excusari.

Vnde excommunicatus extra istos duos casus nunquam erit euitãdus, *Dec. in cap. cum à nobis de except.* & optimè discurrit. *Molfes. in sum. p. 1. tract. 6. cap. 16. n. 74* subdens quod licet excommunicatus non habeat vocem actiuam in electione, attamen hoc intelligit in dictis duobus casibus tantum.

2 Vt autem deueniam ad primum casum constituenda est regula nullum esse euitandum, nisi sit specialiter excõmunicatus, & denunciatus, *Couarru. in cap. alma mater p. 1. §. 21 num. 7. Nauarr. in man. cap. 27. n. 35 Guttier. can. lib. 1. c. 1. nu. 29. Sair. de censur. lib. 2. cap. 12. nu. 7, Suar. eod. tract. disput. 9. sect. 2. num. 8.*

Et licet *per text. in cap. cū non ab homine de sentent. excommun.* probetur excommunicatum pro violenta manuum iniectione in clericos occultè vitandum esse, si sit occultus, si vero publicus, publicè, & firmant etiam *Couar. in d. cap. alma mater p. 1. §. 2. num. 3. Reginald. in prax for. pœnit. lib. 32. num. 57. & Henriq. in summ. lib. 13. de excomm. c. 5. §. 1. lit. D.*

Hodie autem post hanc extrauag. nullus euitari debet antequam sit excommunicatus publicè denunciatus *Vgolin. de censur. lib. 1. cap. 13. §. 7. num. 8. Suar. de pac. tom. 1. temp. 5. nu. 7.*

3 Et huc spectat quod publicè declaratus excommunicatus non dicitur si sentẽtia excõmunicationis fuerit lata in Tribunali tantũ verum non fuerint affixi cedulones, vel non facta publicatio in Ecclesia, aut

Digitized by Google

aliis locis publicis, nam denunciatio excommunicati (ad effectum vt ab aliis euitetur) non dicitur facta per sententiam excommunicationis latam coram Iudice, & testibus, sed requiritur publicatio in Ecclesia, aut locis publicis per affixionē cedulonis, ita quod transeat in notitiam populi, & ita tenent *Anton. & Ioan. Andr. in c. illa de elect.* dicentes illum dici publicè excommunicatum, qui excommunicatur in publica communicatione, prædicatione, in Ecclesia, precipuè in sollemnibus festiuitatibus, sequitur *Felin. d. cap. exceptionem col. fin.* firmans expressè excommunicationem latam in tribunali nō facere propriè notorium excommunicatum, & adducit *tex. in cap. 1. de postul. Prælat. verb. publicè promulgetur* eandem opinionem tenent, & in praxi seruari testantur *Nauarr. in cap. 1. §. laborit de pœnit. dist. 5. num. 23. & in manual. cap. 27. nn. 35. Guttier. lib. 1. quæst. can. cap. 1. num. 29. facit text. in clem. quamuis §. si vero de for. compe. & clem. causa de elect. verb. sollemniter.*

Et quamuis in hoc casu aliqui contrarium putarūt & mouentur ex eo, quod illud dicitur publicum, & publicè fieri, quod fit corā sex personis, *vt in cap. aliquando de pœnit. dist. 6.* & ideo sufficeret sententia coram sex testibus lata.

Attamen tutior opinio, & de æquitate, ac benigna interpetratione erit prior maximè in ciuitatibus insignibus, & numerosis, in quibus non facilè presumitur notitia.

4 Prout etiam erit euitandus declaratus excommunicatus per cedulones, quāuis fuisset iniustè excommunicatus, *Nauar. in man. cap. 27. num. 2. Suar. de cens. disput. 4. sect. 7. num. 41. & 43. Bellet. disquis. cleri. p. 1. tit. de fauor. cleric. can. §. 5. num. 4.* Nisi ab illa excommunicatione appellasset, quia tunc in plus ligaretur dum ab alijs euitatur iuxta opinionem *Nauarr. in cap. cum contingat de rescript. remed. 6.* Sed salua opinione tanti Iurisconsulti aliud sētirem, quia extrauagans ad euitanda scandala, non intendit in aliquo releuare excommunicatum si non denunciatur, ergo & non

in

in plus ligatur, quam opinionem tuetur *Genuens. in prax. Cur. Archiep. cap. 22. nu. 2. circa medium.*

5 Quæ adeo vera esse putamus, vt semper erit euitandus, quousq; probetur absolutus, *c. sicut nobis de sent. excomm. Vinius dec. 98. Couarr. in cap. alma mater p. 1. §. 2 nu 9. Nauar. man. c. 27. nu. 35. late Alter. de cens. tom. 1. de excom. lib. 1. disput. 11. cap. 3. vers. dubitari.* Vnde non est adhibenda fides declarato excommunicato dicenti se absolutum, *Mascard. de probat. conclus. 12. nu. 1. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 37. n. 2.* quia qui olim fuit excommunicatus, hodie etiam excõmunicatus præsumitur *Mascard. num. 2. & conclus. 704. nu. 1. Menoch. præsumpt. 70. lib. 6. D. Riec. sobiect. 11 17.* Nec sufficit probare se absolutum ab excommunicatione per cæduiam confessarij, nisi duo testes adsint, qui probent excommunicatum absolutum, & parti satisfeciſſe, *Emon. in addit. ad bullam Cruciatæ §. 9. nu. 51.*

6 Verum quando cõmuni opinione ab omnibus reputaretur absolutus, aut esset elapsum aliquod temporis spatium ab ipsa excommunicatione, ita longum, vt attenta qualitate personæ, præsumendum esset probabiliter illum iam fuisse absolutum hoc casu non erit euitãdus, nec probanda absolutio, *Mar. Alter. loc. cit.*

7 Circa verò secundum casum, vt is sit euitandus, quando notoriè constaret incidisse in excommunicationem, vt nulla posset tergiuersatione occultari, siue aliquo iuris suffragio excusari.

Ad hunc effectum dici notorium percussorem clerici, qui erit absque dubio euitandus etiam si nõ fuisset per Curiam Ecclesiasticam declaratus excommunicatus.

8 Quare ad hoc, vt quis dicatur publicus percussor clerici, vt illũ euitare teneamur, necesse est talem percussionem nulla posse tergiuersatione celari nullo iuris remedio saluari, ex quo faciliter euenire posset percussorem notoriũ, fuisse ebrium, aut ob ipsius defensionẽ fecisse, prout docet *Couarr. loc. cit. nu. 7. Facundez præcept. 1. lib. 2. c. 5. num. 12. Menoch. de arbitr. iudic.*

iudic. casu 146. num. 4. Farin. prax. crim. q. 21. num. 8. Mench. Illust. c. 2. nu. 11.

Vnde licet ea percussio notoria sit, & patens multis, si tamen non sit notoria ijs, qui illam viderunt percussorem nullam habuisse legitimam excusationem non esset euitandus.

Opus enim erit, vt constet percussorem nullam habuisse causam percutiendi, vt euitetur, nam si posset probabiliter allegare aliquam veram causam, qua à peccato excusaretur non erit euitandus, & ideo rarò contingere potest percussionem clerici, ita facto notoriam esse, vt non possit aliquo iuris remedio probabilitate aliqua excusari, *Sair. de censur. lib. 2. cap. 12. num. 18.* quod menti tenendum, commendatur confessoribus, qui passim ex hoc à nonnullis conscientiæ scrupulis erunt liberi.

9 Posset verò pro intellectu huius materiæ dubitari, an percussor clerici dicatur notorius si non probetur percussio per testes, sed per vehementem populi præsumptionem pro certo, & indubitato id affirmantem.

Pro affirmatiua opinione facit sing. doctrina *Bald. in rubr. C. de prob. colum. 2.* asserentis notorium posse probari per vehementem opinionem absque probatione substantiæ, & sic absque eo quod probetur substātia per corporis sensum, quam doctrinam sequitur *Calderin. relatus per Butr. in cap. vestra de cohabit. cleric. & mul. sub num. 48.* qui etiam firmauit sufficere sic deponere, scio, quod est notorium, & quod maior pars populi hoc asserit pro certo publicè illum factum fuisse, vel esse, Idque putauit *Host. in cap. cum dilectus de purgat. can.* purgari notorium per testes deponentes causam scientiæ, quia est notorium.

Ex quibus iudicandum erit vehementem populi opinionem pro certo affirmantem percussionem clerici nemine contradicente, inducere notoriam percussionem ad effectum, vt euitetur.

10 Notorius etiam percussor clerici appellandus erit, qui coram maiori parte capituli eundē à sede expellit vt inquit *Sair. decis. 41. de sent. excomm.*

S V M-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

S.C.T. *sess.25.c.11. de regul.*

Regulares, siue seculares etiam exempti exercentes curam animarum personarum secularium, in quibuslibet Ecclesijs, subiacent iurisdictioni Episcopi, secus si non exerceant curam, vt num.5. animarum vt nu.3. vel essent personæ nullius diœcesis.

4 *Episcopis non licet uisitare altaria Ecclesiarũ regularium.*

5 *Episcopi non possunt præscribere regularibus vt in certis locis ac temporibus, aut certorum confessiones audiant.*

6 *Inferiores Prælati Iurisdictionem quasi* Episcopalẽ *habentes nullam habent iurisdictionem in regulares exercentes curam animarum.*

7 *Regulares, vel seculares exercẽtes curam animarum personarum secularium delinquẽtes puniuntur, ab* Episcopo *tanquam delegato Apostolico amplia vt nu.8.*

9 *Confessores siue regulares siue seculares quomodocumque exempti tam ordinarij, quam extraordinarij ad audiendas cõfessiones monialium etiam subiectarũ regularibus examinantur ab Ordinarijs. Amplia vt num. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. Declara vt n. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*

26 *Administrantes bona pertinentia ad monasteria monialium tenentur reddere rationes locorum Odinarijs. Amplia vt n. 27. 28. Declara vt num. 29. 30.*

31 *Episcopus potest ex causa admonere superiores regulares, vt amoueant confessores, & administratores monasteriorum monialium illis subiectarum. Amplia vt nu. 34.*

33 *Episcopus potest ex causa admonere superiores regulares, vt amoueant confessores, & administratores monasteriorum monialium illis subiectarum. Amplia vt nu. 34.*

35 *Episcopus potest interesse, ac præsidere in electione quarumcumque priorissarum eorundem monasteriorum una cum superioribus regularibus. Declara vt nu. 36.*

37 *Episcopus an possit punire regulares, quo proceduni*

ad

Digitized by Google

ad electionem Abbatissæ, ante tempus significatum ipsi Episcopo.

38 *Episcopi tanquam delegati Apostolici punire possunt exemptos prædicantes in alienis Ecclesijs absque licentia Episcopi, aut in suis non petita benedictione.*

37 *Facultates huius constit. nõ competunt prælatis inferioribus proprium territorium, & iurisdictionem Episcopalem habentibus.*

38 *Facultas concessa per hanc constit. non comprehendit personas nullius dieceſis.*

De exemptionum priuilegijs circa curam animarum, & administrationẽ sacramentorum.

Super Bulla Gregorij XV.

PLacuit Sanctissimo bonæ memoriæ Gregorio XV. *per constitutionem incip. Instrutabili Dei prouidentia aditam die nouis Februarii de anno* 1622. nõnulla prouidere, & aliquid addere infrascriptis decretis Sacri Conc. Trident.

1 Sancitum erat per *d. S. C. T. sess. 25. c. 11. de regul.* vt in monasterijs, seù domibus virorum seù mulierũ, quibus imminet animarum cura personarum sęcularium, præter eas quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia, personæ tam regulares quam sæculas eiusmodi curam exercentes subessent immediatè in ijs quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius dięceſi sunt sita.

2 Hac verò constitutione primo fuit decretum, ac ampliatum *d. cap. S. C. T.* vt deinceps tam regulares quàm sæculares quomodolibet exempti siue exerceant curam animarũ personarum sæcularium incũbentem monasterijs seu domib⁹ regularibus, aut quibuslibet aliis Ecclesijs, vel beneficijs siuè regularibus, siuè sæcularibus, siuè administrent alia sacramenta, aut vnum ex illis præuia Episcopi licentia, & approbatione, siue quouis modo se ingerant in administratione dictæ Curiæ, aut sacra-

Digitized by Google

cramentorum de facto absque vlla authoritate, plenè in omnibus subijciatur omnimodæ iurisdictioni visitationi; & correctioni diocesani Episcopi tanquam sedis Apostolicæ delegati in his quę eiusmodi curam, seu administrationem concernunt.

Ex qua bulla colliges, fuisse extensam dispositionem S. C. ad quoscumque exemptos, vt possint visitari, & examinari ab Episcopo, & ante illam sic consuluit, *Nauarr. cons. 4. de tempor. ordin. & Sair. in decis. 5, eod. tit. & latè Macer. resol. 18. nu. 4. & 8.* vbi loquitur de militibus religionis Hierosolymitanæ, & iuxta tenorem bullæ consultus respõdidi Reuerendissimo Domino Liparulo Episcopo Guardiæ, nam in loco suæ diœcesis exempto quidam absque authoritate, & approbatione ipsius audierat confessiones sæcularium, & censui potuisse eum puniri ab ipso Episcopo non obstante contradictione superioris illius loci exempti prætendentis delictũ fuisse consumatum in loco, in quo prædictus Episcopus nullam habebat iurisdictionem, & iuxta hanc opinionem obseruatum fuit, *vt discurrit D. Riuc. resol. 276. part. 2. & nouiter in prax. equit. milit. tom. 4. & Rota decis. 473. tom. 1. in recent.*

3 Declaratur modo hanc constitutionem non procedere in illis monasterijs in quibus non versatur cura animarum, nam S. Congregatio cẽsuit Episcopos, aut aliorum locorum Ordinarios vigore cuiusuis decreti eiusdem Concilij nullam habere facultatem quonis tempore in monasterijs, domibus & Ecclesijs regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum sæcularium visitando sacristias, paramenta, vasa sacra, altaria, & cętera huiusmodi aut etiam tabernaculum, seu pissidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ sacramẽtũ asseruatur vide *Roderic. in suo bull. in tlem. 8. in princip.* quod procedere dicerẽ etiam si Ordinarius prætenderet visitare ratione acquisitæ possessionis, & ideo cũ Archiepiscopus Genuensis prætenderet posse Tabernaculum, in quo idem Eucharistiæ Sacramentum asseruatur ratione acquisitæ pos-

possessionis visitare, quia eius anteceſſor aliquas Regulariũ exemptorũ Eccleſias visitauerat ſacra Congregat. Concil. Trident ad quam tale negotium deductũ fuerat reſpõdit vt infra.

Cũ actũ fuerit in ſacra Cõgregatione Cardin. Concil. Trident. Interpretum an liceat Amplitudini tuæ pergere in quaſi poſſeſsione Eccleſias Regularium viſitandi Illuſtriſs. Patres perſpectis ſcripturis huc ab Amplitudine tua non ita pridem de latis cenſuerunt debere eam abſtinere ab huiuſmodi Monaſteriorum viſitatione atque Eccleſiarum Reggularium exemptorum, quibus cura animarum ſæcularium non imminet itemque Monialium iiſdem Regularibus ſubiectarum in his quæ ad ipſarum clauſurarum non pertinẽt. Reliquum eſt, vt Amplitudo tua Sacræ Congregationis reſponſo prõptè quod ſuis literis pollicetur adhereat, & diu valebit in Domino, quem illi propitium ex animo cupimus Rom. 26. Ianuar. 1619. Candin. Lancell. habetur apud *Laurent. de Pierinis in tom. 1. priuileg. Minim. in annotatio. ad conſtitution. 2. Sixti IV. §. 10. num. 18.*

4 Declaratur ſecundo, vt Epiſcopis nõ liceat in vim eiusdem conſtitutionis viſitare altaria Eccleſiarum regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium; nec loca vbi in iiſdem Eccleſijs aſſeruatur Sanctiſsimum Euchariſtiæ ſacramẽtum, vel vbi perſonarum ſæcularium cõfeſsiones audiuntur, ita declarauit Sac. Cong. Eminentiſsimorum Card.) ſub his verbis.

S. C. reſpõdet Epiſcopis nõ licere in vim eiuſdẽ conſti. viſitare altaria Eccleſiarum regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium, nec loca vbi aſſeruatur ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel vbi confeſsiones perſonarum ſæcularium audiuntur.

5 Declaratur tertio non poſſe Epiſcopes regularibus præſcribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certorum confeſsiones audiant, vel alias illorum priuilegium in ſacramẽtis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari, q̃ ſi aliunde Epiſcopis huiuſmodi

Digitized by Google

modi facultas competat, illam non fuisse ab eadem constit sublatam, vt pariter declarauit eadem S. Congr. sub hoc tenore.

Sac. C. respondet hac in parte constitutionem nil nouas iuris, induxisse, nec vllam nouam authoritatem Episcopis in regulares attribuisse. Ideoque in vim ipsius constitutionis, non posse Episcopos regularibus præscribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia in sacramentis administrandis restringere, aut moderare, quod si alunde Episcopis huiusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadē constit. sublatam.

5 Declaratur quarto, vt huiusmodi facultas non intelligatur tributa in personas nullius diœcesis, licet cō prehendat tam sæculares, quam regulares, vt eadem Sacra Congregatio, declarauit formalibus verbis.

S. C. respondet huiusmodi facultatem non intelligi tributam in personas nullius diœcesis.

6 Declaratur quinto hanc facultatem non competere inferioribus prælatis proprium territorium, ac iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, & sic ēt declaratum fuit per candē S. Congr.

7 Fuit adiunctum secūdo, vt tam regulares, quam sæculares prædicti exercentes curam animarum personarum sæcularium in monasteriis, vt superius nullis priuilegiis, aut exemptionibus tueri se possunt, quo minus si diliquerint circa personas intra sepia degentes, aut circa clausuram vel circa bonorum administrationem monialium etiam regularibus subiectarum, ab Episcopo loci similiter, tāquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato quoties, & quando opus fuerit puniri & corrigi valeant.

Quare est aduertendum, quod licet per *Sacrum Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5.* regulares delinquentes poterant puniri ab Ordinario, illo solū casu quādo degebant extra claustra, vel quando delictum fuisset notorium, & scandalosum, & non fuissent puniti ab eorum superiore intra tempus ab Episcopo præfixum, vt habetur *in cap. 14.*

seſſ. 25. de regul. & latè ſcribunt Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. cap. 59. D. Rice. collect. 503. & 216. & deciſ. 202 par. 4. & Barboſ. de pot. Epi. par. 3. cap. 105. num. 21. cum ſeq. & extat conſtitut. Clement. VIII.

Tamen ampliari videtur per hanc bullam in caſu propoſito, nempè ſi regulares curam animarum perſonarum ſæcularium exercentes in monaſterijs delinquendo circa perſonas, etiã intra ſepta degentes, nam poſſunt puniri per Ordinarios locorum, & non abſq; ratione, nam ratione curæ efficiuntur ſubditi, cum Iudex Ordinarius loci ſit cõpetẽs tam ſæcularium, quã regularium exercentiũ curam animarum, *Macer. reſol. 18. lib. 1.*

Vnde videtur correcta *conſtitut. Leon. X. 26. §. 26. & tex. in cap. fin. §. 1. de ſtat. monac.* vbi regulares curam animarũ ſæcularium exercentes ſi deliquentes reperiebantur non erant ab Epiſcopo puniendi, ſed à ſuis ſuperioribus regularibus; & ſequebatur *Henriq lib. 7 de indulg. cap. 25. num. 11.* affirmans id fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione, quæ declaratio hodie ceſſare videtur ſtante bulla Gregorij.

8 Cuius conſtitutionis caput non ſolum procedere videtur in delictis notorijs tantum, & ſcandaloſis, ſed etiam, in delictis non notorijs, & non ſcandaloſis, nam bulla generaliter loquitur nullum de illis diſtinctionem faciendo, & generaliter eſt intelligenda vulgata, *l. de pretio ff. de public. in rem actio.* cum alijs, & ita declarauit S. Congr. ad XIII. caput reſpondendo per hęc verba.

Conſtitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum. & cum populi ſcandalo.

Sic etiam ſtatutum eſt *per S. C. T. ſeſſ. 25. cap. 15.* (nullum presbiterum etiã regularem poſſe confeſſiones regularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem gratis obtineat) idemque fuit ſancitum per Leonem Decimum in

cius

eius *bulla incip. dum intra mentis*, & innouatum per *Pium V. dr anno 1571. octauo idibus Augusti, vt pen eius constitut. incip. Romani Pontificis.*

9 Quæ propositio fuit extensa per hanc bullam ad confessores, siuè regulares, siuè sæculares quomodocumque exemptos tam ordinarios, quam extraordinarios ad confessiones monialium etiam regularibus subiectarum audiendas, nã ipsi nullatenus deputari valent, nisi prius ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur, & approbationem gratis obtineant.

10 Ampliatur primo, confessiones quas audiunt superiores regulares electi, seù deputati, vel confirmati post publicationem et sciẽtiam tenoris dictæ bullæ nõ obtenta Episcopi approbatione esse nullas atque irritas, *declarauit S. Congreg. per verba predicta ad VIII. caput respondendo, & ita resoluunt Sanchez lib. 6. disp. 38. num. 20. Prax. nou. Episc. p. 2. cap. 1. num. 9. pag. 92. & Coninch. de sacram. tom. 2. disput. 8. num. 49.*

11 Ampliatur secũdo, etiam si regulares haberent speciale priuilegium id agendi, nam adhuc erit necessaria approbatio ordinariorũ ex quo dicta priuilegia hodie fuerunt reuocata *per sãctissimum D. nostrum benefactorem Papam Vrbanum VIII. quem Deus incolumẽ seruet in eius constit. incip. cum sicut accepimus edita die 12. Septembris 1628. anno eius sexto.*

12 Ampliatur tertio, vt approbatio dictorum confessariorum spectet ad Episcopum tantum excluso Abbate habente territorium distinctum, & iura Episcopalia, vt per Rotam iudicatum fuisse testatur *Farin. decis. Rot. Rom. 332. par. 1. tom. 1.*

13 Ampliatur quarto, etiã si Ordinarius iniustè denegaret dictis regularibus approbationem, *vt post Suar. tom. 4. disput. 28. sect. 5. testatur declarasse sacram Congregationem, Molfes. in summ. tract. 7. cap. 14. nu. 62.*

14 Ampliatur quinto regularem, seù alium sacerdotẽ audientem fidelium confessiones absque approbatione, & licentia Ordinarij grauiter delinquere, cum id patrare non solum reperiatur prohibitum de iure

Digitized by Google

verum etiam *à Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. & in sess. 14. cap. 6.* de quo videndus est *Nauarr. in cap. placuit num. 5. & seq. de pœnit. dist. 5. idem in man. confess. num. 1. & 2. latè Gutier. lib. 1. can. qq. cap. 27. & text. in d. cap. placuit*, vbi habetur quod talia, patrantes debeant saltem suspendi à potestate, gradu, & iurisdictione habituali quam in sacerdotio receperūt, ita vt nunquā dicta potestas, & iurisdictio habitualis in actum redigatur; actualem iurisdictionem recipiendo, ad confessiones auriculatas audiendo. Imò secundum *Rodriq. q. 26. lib. 2. artic. 1.* esset suspendendus à celebratione missarum, idem tenet *D. Rica. decis. 146. p. 2.* Cumque casus iste euenisset in Curia Atchiepisc. fuit carceratus regularis, & post aliquos menses remissus ad eius superiorem qui ipsum suspēdidit ab exercitio ordinum per tres menses.

15 Ampliatur sexto, vt confessores approbati ad audiendas confessiones ab Episcopo prędecessore sine temporis præfinitione possint ab Episcopo successore iterum examinari, *vt est- fuit S. Congr. his verbis.*

Congeg. Concil., censuit regulares ad audiendas in Ciuitate, & diœcesi sæcularium confessiones, semel ab Episcopo præuio examine approbátos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cæterum à successore posse vtique examineri iuxta constitution. Pij V.

16 Declaratur primo, in hac parte constitutionem nihil noui iuris induxisse, nec nullam nouam authoritatem Episcopis in regulares attribuisse, & ideo in vim ipsius constit. non posse Episcopos regularibus præscribere, vt certis tātum in locis, & temporibus, aut certarum personarum cōfessiones audiant, vel alias illorum priuilegia in sacramentis administrandis restringere aut moderari; quod si aliunde Episcopis huiusmodi facultas competat illam non fuisse ab eadem constit. sublatam, *ita declarauit S. Congr. per præfata verba ad 11. caput respondendo.*

17 Declaratur secundo. Cōfessores ordinarios monialium ante constitutionis publicationē deputatos posse du-

Digitized by Google

durante triennio ab eorum deputatione inchoãdo pergere in confessionibus sanctimonialiũ audiendis absque alio examine, & approbatione Episcpi, quod si contingat, vt illorum facultas à Sede Apostolica vltra triennium prorogetur, tũc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari. Extraordinarios verò monialium nullatenus posse post constit. illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo diocesano idonei iudicentur, & approbentur) *ita declarauit S. Congr. per verba predicta ad VI. cap: respondendo.*

18 Declaratur tertio (superiores regulares electos seu deputatos ante ipsius constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi confessiones monialium sibi subiectarũ posse durãte eorũ officio pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiẽdis illarum tantum quæ sponte ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos qui post constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, seu dignitatatibus expleto iam tempore à cõstitutionibus cuiuscumque ordinis, vel alias legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse sanctimonialium confessiones audire, nisi prius à diœcesano Episcopo idonei iudicati atq; appobati fuerint) *ita respondidit S. Cong. ad VII. caput.*

19 Declaratur quarto (regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularlũ audiendas nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones monialiũ sibi subiectarum, sed egere quo ad hoc speciali approbatione Episcopi) *censuit S. Cong. ad ix. caput respondendo die* 20. *Nouemb.* 1515.

20 Declaratur quinto (Regularem ad audiendas confessiones monialium vnius monasterij ab Episcopo approbatum minimè posse audire cõfessiones monialium alterius monasterij) *ita respondidit S. Cong. ad x. Caput* hinc videmus, quod religiosus in vna diœcesi, non dicitur in alijs approbat° *Molfesius in sum. trac 6 de pœnit. c. 14. n. 67. tom. 1. & alij quos refert Nouar. frater in nou. Iur. pontific. concluſ.*

Digitized by Google

Bluſ. 2. de confeſſ. ſacram. qui recenſet declar. Sac. Congreg.

21 Declaratur ſeptimo (cõfeſſores extraordinarios ſemel deputatos atque approbatos ab Epiſcopo ad monialium confeſſiones pro vna vice audiendas haud poſſe plures in vim probationis eiuſmodi illarum confeſsiones audire, ſed ab Epiſcopo toties eſſe approbãdos quoties caſus deputationis contingerit) *ſic declarauit S. Congreg. ad xi. ca put reſpondendo.*

22 Declaratur ſeptimo, vt approbatio debeat eſſe per examen, aut alia ratione ab Epiſcopo iam confirmato, & habente ſubditos iuxta Conc. aut à Vicario generali perſonam Epiſcopi rapi rapreſentante, aut à Capitulo ſede vacante ſuccedẽte in iuriſdictionem Epiſcopi ad *text. in cap. dudum de maiorit. & obed.* aut ab alio habẽte iuriſdictionem Epiſcopalem in populum exemptum à iuriſdictione ordinaria, nam hic habere dicitur iuriſdictionem Epiſcopalem, & ideo ad ipſum pertinet approbare ſacerdotes in ſuo territorio, ita *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 29. num. 14. Bonacin. de ſacr. diſp. 5. q. 7. pan. 4. §. 1. num. 9.*

23 Declaratur octauo non procedere tenorem ſuprapoſitum, quoties regulares vellent audire peccata eorundem regularium, nam tunc ſufficeret approbatio ſuperioris regularis, & ita ſeruare quotidianã praxim teſtatur *Nauarrus frater in nou. iur. pontific. concluſ. 1. num. 9. de confeſſ. ſacram. & ſcribit Suarez tom. 4. diſp. 28. num. 4. Miranda in manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 45 art. 11. concl. 2.* quod comprobatur etiam ex decreto relato ex Clem. VIII. *vt per Quarant. in ſua bull. verbo confeſſor.* verum non poſſet audire confeſsiones ſæcularium, qui ſunt de familia, & ſeruiunt ipſorum monaſterijs abſque licentia Epiſcopi *Armen. in additio. ad recopil. leg. Nauarr. lib. 4. tit. 38. l. 1. §. de confit. ſem. in anno num. 10.* niſi eſſent vere de familia, & continui commenſales, vt declarauit S. Congreg. apud *Farin. recollect. deciſ. 96.* per hæc verba.

Congregatio Concilii cenſuit in monaſteriis, ac etiam collegiis regularium

vbi

vbi iuxta regularia statuta seruatur, posse Prælatos regulares, *siue aliorum religiosorum Confessores absque licentia Episcopi confessiones eorum secularium, qui sunt verè de familia, & constituti commensales, non tamen illorum, qui tantum deseruiunt in monasteriis audire.*

24 Declaratur nono, vt regulares confessarij semel approbati non possint ab ordinarijs suspendi ab auditione confessionum, nisi ex noua causa eaque ad cõfessiones ipsas pertinẽte iuxta declarationẽ S. Congr. Eminentiss. Card. negotijs Episcoporum, & regulariũ præpositorum per hæc verba.

Cum Sacra Congregat. Cardinalium negotijs Episcoporum, & regularium præpositorum innotuerit confessarios regulares grauiter conqueri, quod ab Archiepiscopis Episcopis, & locorum Ordinarijs ab audiendis confessionibus, quasis de causa indiscriminatim suspendantur, & propterea sæpe contingere, vt ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs omnibus simul vnius conuentus confessarijs confessiones audiendi facultas admittantur. Illustr. eiusdem sacræ Congregatio. Patres rati vix fieri posse, vt hac fine scandalo magna cum animarum pernicie contingant re maturè perpensa ad omnem scandali materiam summouendam, & quo magis spirituali piarũ mentium consolationi consulatur statuunt ac decreuerunt Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ordinarijs locorum, ad quos confessarios approbandi ius spectat confessarios Regulares alias ab ipsis libere approbatos ab audiendis confessionibus suspendere post hac minimè licere, nisi ex noua causa eaque ad confessiones ipsas pertinente aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum, Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius conuentus Regularibus confessarijs eadem sacra Congregatione in consulta nullo pacto adimere posse, quod quidem decretum, vt ijdem Illustrissimi patres opportunum, & necessarium, du-

duxerunt ita inuiolabiliter iubet obseruari Roma 21. Nouembris. 1615.

Mar. Epi. Host. Car. Gallus.

Theatin. Secret.

25 Declaratur decimo, vt quamuis ante huius constitutionis publicationem si moniales essent sub cura regularium, eorum confessiones non essent examinandi ab Episcopo, vt decisum refert *Armend. in addit. ad recopil. leg. Nauarr. lib. 4. tit. 28. l. 1. §. 1. de confit. semel in anno num. 17.* sed ex facultate Concil. Trident. sess. 25. cap. 10. de regul. potest. Episcopus dare confessorem monialibus subiectis regularibus, quem scilicet voluerit etiã alterius Ordinis vide *Armend. d. nu. 17. Ex facultate S. Conc. Trident. sess. 23. de Regularib. c. 10. Galet. in margarita casuum conscientiæ verbo confessio, & verbo monialis* D. *Rice. in prax. fori ecclesiast. resolut. 638. in 2. editione*, & sufficeret si examinatus fuerit à suo superiore ad audiẽdas confessiones monialium resoluit *Azzor. institut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. vers. quatres an Confessoris Sorb. in suis annotatio. ad compendium Mendicant. verb. moniales vers. quod prætor*, vbi subiũgit confessores ordinarios deputatos ad confessiones monialium non subiectarũ Episcopis, sed alijs non ab ipsis Episcpis approbandos esse, sed à superiore ordinis cuius dictum restringit *Campanil. in diuers. iur. Canon. rubr. 12. cap. 16. nu. 53.* in casu, de quo testatur ipsũ vidisse declarationem a Sacra Congregatione, quę censuit ea facultate decreti Conc. Trident. d. c. 10. posse Antistitem dare confessorem monialibus subiectis regularibus, quæ nulla ratione induci possunt vt suis regularibus peccata cõfiteantur. Nullam tamen authoritatem, vel iurisdictionem possunt sibi Ordinarij vendicare ex Concil. Trident. in cõfessarios monialium, quæ subiectæ sunt regularibus, ita refert decisum *Armendar. in addit. ad recop. legitur Nauarr. lib. 2. tit. 18. l. 3. de relig. nu. 98.*

Tamen hodie post prefatam constitutionem; cõfessarij tam regulares quam sæculares quomodocumque

que exempti Ordinarij, & extraordinarij ad cõfeſsiones monialium etiam regularibus ſubiectarum non poterint deputari ad earum cõfeſsiones audiendas abſque deputatione, & examine Epiſcopi.

26 Reperitur etiam ſancitũ vt adminiſtrãtes bona pertinentia ad prædicta monaſteria monialium etiam regularibus ſubiectarum ſiuè regulares extiterint, ſiuè ſæculares quomodolibet exempti teneantur reddere ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigẽdas Epiſcopo loci adhibitis etiam ſuperioribus regularibus, & ad id iuris remedijs cogi, & compelli poſſunt.

27 Ampliatur primo, vt ſi debitores fuerint inuenᵹti poſſint compelli per Epiſcopum ad ſoluendum, vt hic & ante voluerunt *Genuenſ. in prax. c. 21. nu. 2. & D. Ricc. in prax. var. reſol. 2.*

28 Ampliatur ſecundo, vt alio modo liberationes factæ dictis adminiſtratoribus minimè ſuffragentur, *Genuenſ. d. c. 21. & D. Ricc. collect. 714.*

29 Declaratur primo, vt ſi ſemel in anno fuerint redditæ rõnes non poſſint iterum cogi adminiſtratores prædicti de nouo reddere rationes *per text. in l. ſemel C. de apoch. publ. lib. 10. vbi nos, Bellon. conſ. 21. & Dom. Ricc. in prax. viſ. par. 1. in antiq. deciſ. 610. ſubdens nu. 2.* hoc non procedere quoties dolosè eſſent redditæ rationes, vel quando non fuiſſent finales, & plenæ vt eſt videre.

30 Declaratur ſecundo, vt detur appellatio ab adminiſtratoribus ſi fuerint inuẽcti debitores, & ptenderent ſe fuiſse grauatos in redditione rationum, eo quod tam noſtra conſtitutio ſimpliciter loqtur nullam mentionem faciendo do de excluſione appellationis, quã S. C. Trid. quod loquitur de alijs adminiſtratoribus locorum piorum, *vt in cap. 9 ſeſſ. 22.* per quod ſolum excluduntur quæcumque conſuetudines, & priuilegia non reddendarũ rationum, non autem appellationes.

31 Quinto mandat, vt licitũ ſit Epiſcopo ex tationabili cauſa ſuperiores regulares adm. onere, vt eiuſmodi cõfeſſores, atque adminiſtratores amoueant, ijſque ſu-

Digitized by Google

perioribus id facere detractantibus aut negligẽtibus, Episcopus habet facultatẽ prædictos confessores, & administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit.

32 Ampliatur hæc conclusio. (Non teneri Episcopos eiusmodi causam significare superioribus regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam S. Congreg. seriò onerauit, ne facultate in hac sibi attributa, quoquo modo abutantur eius rei in districto Dei iudicio rationẽ reddituri) *ita declarauit prædicta S. Congr. per verba prænominata ad xii. caput respondendo.*

33 Decernitur item posse Episcopum vna cum superioribus regularibus in electione quarumcumq; Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel præpositarum eorundem monasteriorum interesse, ac præsidere per se vel per alium gratis absque impensa monasterij.

34 Declaratur modo, vt per hæc verba non fuerit concessa potestas confirmandi Abbatissas siuè præpositas monialium, vt declarauit S. Congreg. per hæc verba.

An per eandem constit. in illis verbis possit Episcopus vna cum superioribus regularibus quarumcumque Abbatissarum, &c. electoribus per se, vel per aliũ interesse, & præsidere ius Abbatissas cõfirmandi attributum censeatur. *Censuit ius confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per constitutionem attributum ad dictum v. caput respondendo.*

35 Sed an liceat Episcopo in vim huius capitis constit. punire regulares, qui ad Abbatissæ electionum procedunt ante tempus ipsi Episcopo significatum aut die electionis eidem nullatenus pronunciatę.

S. Congreg. Card. S. C. T. interpretum respondit Regulares ex eadem constit. ita demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ eumque vsq; ad præfinitum tempus expectare si ante ipse expressè declarauerit se vti velle facultate sibi in hac parte attributa Abbatissarũq; electionibus per se vel per aliũ interesse, ac præsidere. Post eam verò declarationem licere

Digitized by Google

licere Episcopo animaduertere in regulares, qui ante tempus significatum, aut à electionis eidem non prænunciatę ad Abbatissæ electionem procedere, quam Congreg. sententiam S.D. N. Vrbanus VIII. ad se relatam approbauit de anno 1626.

Cosm. Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosper Fagnanus S.Cong. Secret.

36 Sic etiam commictitur Episcopis vt tanquam sedis Apostolicę delegati habeāt potestatem coercend ac puniendi quoscumque exemptos tam sæculares, quam regulares, qui alienis Ecclesijs aut quæ suorum ordinum non sunt absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis aut suorum ordinū non sunt non petita illius benedictione aut ipso contradicente prædicare præsumpserint etiam extra actum visitationis.

Pro cuius capitis choronide est notandum, quod quamuis antiquitus in casu controuentioris regulares puniendi ueniebant ab eorum superioribus secundū *Zerol. in prax. Episc. in verbo excomunicatio causa materialis §. 4. Quaranta in Summa Bullarum in verbo priuilegia rgularium*, vbi sequentem determinationem Sacræ Congregationis Illustrissimorum Conc. Interpretum adducit.

Congregatio Concilij censuit Regulares qui absque licentia Episcopi prędicauerint in Ecclesijs quæ suorum ordinum non sunt tamen si decreto eiusdem Concilij cap. 2 sess. 5. contrafecerint nō posse tamen puniri ab Episcopo, sed tātum à suis superioribus regularibus. Tamen dicta declaratio per hoc caput fuit correcta, & declarata per Sanctissimum licere Episcopis punire regulares prędicantes in Ecclesijs alienis absque eorum licentia, & benedictione.

Et ideo constituas regulam, quod regulares in Ecclesijs, quæ sui ordinis non sunt prædicare volentes vltra suorum superiorum licentiā ab Episcopo loci ordinario facultatem impetrare cogantur sine qua nullo modo in eis prædicare possunt vt in Conc. Trid.

Digitized by Google

seſſ 5. de reformat. cap. 2. inde benedictionē ab Epiſcopo illos accipere, & petere videmus, ita vt Epiſcopus poſsit interdicēre regulari ne prædicet licentia nō petita etiā non reddita cauſa, vt deciſum teſtatur *Theſaur. fori Eccleſ. cap. 8 nu. 9. par. 1. Piaſeg. in prax. Epiſcopal. cap. 3. num 4. par. 2 quos refert Nouarius in opuſ. nou. iur. Pontif. tit. de poteſt. Epiſcoporum in regular. tom. 2.*

Et quamuis *Pius V. de anno 1571. per bullam incipientem ad hoc, & aliam incipientē, & ſi mendicantium de anno 1560.* impartierit priuilegium regularibus, vt cōtradicente Epiſcopo prędicare valerent, tamē fuit illud reuocatum per Gregorium XIII. ad terminos Sacrum Conc. Trident. vt per *bullam incipientem in tanta rerum, & negotiorum mole.*

37 Sciendum eſt tamen ad obſeruationem huius conſtitut vt facultates prædictę non competant inferioribus prælatis proprium territorium, & iuriſdictionem epiſcopalem habentibus, vt declarauit Sac. Congr. per hæc verba.

An facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent ibus *cenſuit non competere ad quartum caput reſpondendo.*

Hinc videmus, quod ſolum legatus de latere non autem aliusinferior eſt ordinarius exemptorum *c. ſi Abbatem de elect. in 6. DD. in cap. venerabilis de conſuetud.*

Sed an Nuncio in ſimilibus caſibus competat facultas, *vide Triuiſ. deciſ. 36. num. 4. par. 2.*

38 Aduertas etiam, vt facultas, quæ per hanc conſtitut. datur in regulares vel ſæculares exemptos, non comprehendat perſonas nullius dięceſis, vt declarauit ſacra Congregatio per hæc verba.

An facultas Epiſcopis per conſtitutionem attributa in exemptos tam ſæculares quam regulares intelligatur etiam tributa in perſonas nullius dięceſis. *Cenſuit Sacr. Congreg. eiuſmodi facultatem non intelligi tributam Epiſcopis nullius diœceſis ad ij. caput reſpondendo.*

Quæ omnia prædicta Sac. Congreg. reſponſa ad

ſe

Digitized by Google

se relata felic. record. Gregor. XV. & Sanctissimus D.N. Vrbanus VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card Caet.

Prosper Fagnanus S. Cong. Secretarius.

SVMMARIVM.

1 *Legata pia infra quantum tempus adimpleri debent.*
2 *Legatum factum confraternitatibus dicitur pium.*
3 *Fabrica procedit in legatis pijs captatorum.*
4 *Legatum dotis factum puellæ dicitur pium.*
5 *Legatum coniunctæ factum dicitur pium.*
6 *Legatum relictum distribuendum secundum conscientiam alicuius dicitur pium.*
7 *Legata quæ fiunt Ecclesijs, vel pauperibus dicuntur pia.*
8 *Legatum pro celebrandis missis dicitur pium.*
9 *Legatum pro incertis, & male ablatis dicitur pium.*
10 *Legatum dicitur pium si fuerit relictum pro pictura imaginum, constructione Ecclesiæ, & similium.*
11 *Legata pia quæ dicantur.*

De fabrica Sancti Petri.

Super Bulla Pij V.

1 LEgata pia à testatoribus facta ad effectum celebrationis missarum, & recitationis diuinorum officiorum, nec non erogationis elemosinarum piis locis hęredum auaritia, si non fuerint demandata exequutioni per triennium retroactũ vna illorum medietas applicabitur fabricæ, & altera loco cui legata fuerint, vt voluit *Sanctissimus Pius V. per hanc bullam incip. exigit emanatam de anno* 1569.

Tu autem animaduertas adesse declarationem Eminentissimorum Cardinaliũ declarantem præfatam bullam, per quam mandatur, quod si dicta legata infra annum ab hæredibus, seù alias grauatis non fuerint exequutioni demandata vsque ad triennium computandum à die mortis testatoris, quinta pars applicabitur fabricæ, elapso vero triennio, si adhuc adimpleta non sint eidem fabri-

cæ

cæ medietas debetur, vide in terminis D. *Rice. resolut. 377. par. 2.*

Non inutile tamen videtur discurrere, ad intellectū huius constitutionis, quæ dicantur legata pia, & quæ non.

2 Et primo legatum factū confraternitatibus sunt pia ad effectum, vt tribunal Reuerendæ fabricæ possit se intromictere *idem D. Rice. resolut. 353.*

3 Secundo, fabrica procedit in legatis piis captatorū, *idem resol. 361.*

4 Tertio, legatum dotis factum puellæ dici pium ad effectum, de quo supra testatur *idem resol. 370.*

5 Quarto, legatum factum coniunctæ personæ dicitur pium *Franc. decis. 564. D. D. Rice. resolu. 381. Thor. in summ. priuil. pia causa priuil. fin.* imò legatum factū consanguineo, qui respectu conditionis, & qualitatis testatoris pauper dici potest, quamquam alias absolutè loquēdo opulentus videatur adhuc dicitur pium, *Nald. in summ. verb. legatū num. 2.*

6 Quinto, legatum relictū distribuendum secundum conscientiam alicuius, intelligitur esse pium, & in causam piā distribui, *Alex. cons. 176. vol. 5. refert Nald. in summ. verb. ligatum nu. 6.*

7 Sexto, legata pia dicuntur quæ Ecclesiis vel pauperibus fiunt, vide latè *Thor. in compend. priuil. caus. piar. priuil. 152. & priuil. 175.*

8 Septimo, legatum pro celebrandis missis dicitur piū *Canale. decis. 27. nu. 52. p. 3.* intantum, quod citius erit adimplendum, nec aliter dilatanda eius solutio, vt inquit *Tiraqu. in l. boues §. hoc sermone lim. 1. nu. 23. ff. de verb. signific.* imò ne animæ testatorum relinquentium morentur in purgatorio præstari debet ante aditam hæreditatē, & nō cōfecto inuēctario, *Gratia. disc. forens. cap. 62. num. 23. & 26. idem Thor. in sum. priu. 53.*

9 Octauo, legatum factum pro incertis, & male ablatis dicitur pium, *Gratian. cap. 329. n. 13. & 14.* hinc euenit vt sit irreuocabile eo quod vim confessati debitè obtinet *Caroc. decis. 7. nu. 12.*

10 Nono, legatum dicitur pium si fuerit relictum pro imaginum pictura, vel cōstructione Ecclesiæ, aut cappellæ, & similium, nam est opus pietatis talium ædificatio

catio *D. Riccius var. resol. cap. 11. Tiraquel. in præfat. tract. priuil. pia causa vers. item relicta pro imaginum, idem Thor. priuil. 162.*

11 Quæ dicantur legata pia ad effectum, de quo supra vide eundem *D. Ricc. collect. 553.* & in quibus possit procedere fabricæ tribunal *idem à resolut. 374. vsque ad 381. par. 1.* & an possit se intromictere in legato ad pias causas facto si testator dixerit, quod si fabrica imponat manus nō sit legatum piū, & habeatur, ac si non esset relictum; *Nouarius frater q. foren. 91.* affirmatiuè.

SVMMARIVM.

1 *Dies festi sunt ab omnibus obseruandi. Amplia vt n. 2. 3. 4. 5. declara n. 6. 7. 8. 9.*
10 *Iudiciales strepitus quiescere debent diebus festis.*
11 *Sententia lata diebus festis est nulla.*
12 *Executio fieri nequit diebus festis.*
13 *Citatio facta die festiuo non tenet.*
14 *Acta facta die festiuo sunt nulla.*
15 *Dies festi sunt obseruandi etiam à Iudicibus delegatis.*
16 *Constitutio facta ab Episcopo, quod in diebus festis donec sacra conciones fiāt abstineatur à commessationibus tenet.*
17 *Feriæ non obstant in causis contentiosæ iurisdictionis.*
18 *Tutor potest decerni, & confirmari diebus festis.*
19 *Decretum Iudicis in alienatione rerum minoris interpositum die festo est nullum.*
20 *Sententia in causa hæresis potest ferri die festo.*
21 *Obligatio penes acta facta die feriata exequitur.*
22 *Testes possunt examinari die festo.*
23 *Festi dies non obstant in causis personarum miserabilium.*

De festis diebus.

Super Bulla Pij V.

1 STatuitur per hanc bullā incip. *cum primum* dies festos ab omnibus obseruandos esse sub pœnis arbitrio Ordinarij imponendis. Adde quod huiusmodi obseruantia festorum non solum est considerata per hanc Bullam, sed etiam per leges ciuiles, *primo per text. in*

in l. dies festos C. de fer. vbi die festo nihil agi debet. secundo per l. omnes Iudices C. eod. vbi Iudices debent cõquiescere die festo *Dom. Riccius collec. 124. Tep. variar. iur. sent. tit. de fer. f. 178 tom. 1.*

2 Cuius dispositionis tenor extenditur, & limitatur nõnullis modis, & primo ampliatur, vt licet regulares sint exempti à iurisdictione ordinarii, Tamẽ quo ad obseruantiam festorum subijciuntur iurisdictioni ordinarij, *vt habetur in dicta bulla in Conc. Trid. sess. 25. can. 12. de regul. Sair. dec. 2. de fer. & Guttier. can. qq. q. 13.* quod Conc. decretum S. Congreg. censuit esse intelligendum tantum quo ad lectiones, & conciones quas ijdem regulares ad populum habuerint per hæc verba.

Congregatio Concilij censuit decretum cap. 12. vers. dies etiam festi sess. 25. de regul. ita esse intelligendũ, vt regularium ritus illis festis semper permaneãt quo ad missas celebrandas, & cœtera diuina officia, tam publicè, quam priuatim ab ipsis regularibus in eorum Ecclesijs persoluenda, nec circa hæc ab ipsis quoquo modo quidquam in cõtrarium eisdem regularibus præcipi posse, quod si de facto præceperint, regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire teneri verum quo ad conciones, & lectiones, quas iidem regulares ad populum habuerint, debere se conformare Euangeliis, & Epistolis, quibus clerus sæcularis vtitur illis diebus festis) habetur apud *Barbos. de pot. Episcop. alleg. 105. nu. 34. par. 3.*

3 Ampliatur secundo, vt possint prohiberi nundinæ fieri in die festo c. 1. defer. non obstante consuetudine *Gratian. dec. 21.* qui declarat procedere in nũdinis priuatis secus vero publicis, quæ nullo modo prohiberi possunt, & hoc, vt negotiantes citius se expediant, *ex Quarant. & Episcopo Isern. probat idẽ Thorus in compend. decis. Cur. Archiep. Neap. verbo* Nundinæ.

4 Ampliatur tertio, vt Episcopus non possit impartiri facultatem piscatoribus piscandi *D. Riccius decis. 189. par. 1. & decis. 141. par. 2. sequitur Thorus in compẽd. dec. Cur. Archiep. Neap. verbo*

bo Episcopus an possit, allegat Nauar. in Manual. cap. 13. num. 9.

5 Ampliatur quarto, vt obseruantia festorum sit ab omnibus amplectenda sub pœnas arbitrarijs arbitrio Ordinarij, & ideo superiores sæculares nullatenus prohibere possunt sub certis pœnis ne sæculares diebus festiuis opera seruilia faciant, *Nouarius frater in tract. de grauamin. vassall. grau.* 331. per ea quæ cumulat *Megal. in 1. p. inst. lib. 5. cap. 17. num. 7.* & iam fuit declaratum per S. Cõgreg. sub sequenti tenore.

Cum officiales Curiæ sæcularis Mutinæ prætendant neminem posse diebus festis vacare operibus seruilibus, etiã de licentia Episcopi, nisi eorum quoque licentiam obtineat, & laborantes absque eorum licentia incidere in pœnas ab eis contra non obseruantes dies festos statutas, Episcopus petit, vt declaretur ad quem spectet huiusmodi licentiam concedere, & an sibi ipsi præuia necessitates approbatione aliquibus illum cõcesserit, possint prædicti officiales eos punire.

S. Congreg. Cardin. Cone. interp. censuit facultatem huiusmodi licentiam concedẽdi ad sacrorum Canonum præscriptum ad Episcopum tantum pertinere, non autem ad ministros sæculares, atq; eos qui diebus festis, præuia Episcopi licentia operibus seruilibus vacauerint, nequaquam posse à alijs quoquo modo multari, aut puniri.

R. Card. Vbald.

Locus † Sigilli.

6 Declaratur modo huius modi constitutionis tenor, & primo, vt circa obseruãtium festiuitati sit attendẽda consuetudo loc. & propterea circa auditionem missarum, vel circa opera seruilia fieri possunt si in loco, vel regione dies festiuus obseruatur, vt habetur *in hac Bulla, & in cap. quoniam de Ferijs, Farin. dec. 15 par. 2. tom. 1.*

7 Declaratur secundo, vt nõ incurrere possit in præfatas pœnas propterea, paruitatem materię non violatur *Sayr. decis. 1. de fer.*

8 Declaratur quarto non procedere in his, quæ respiciunt disciplinam, & sciẽtiam, nam cum non dican-

Digitized by Google

tur opera seruilia possunt fieri citra contentum festiuitatis *Sayr. decis. 3. de feriis.*

9 Declaratur quinto, vt diebus festis, quę victui sint necessaria facere licet, vel vbi necessitas vrgeat, aut sua deat pietas, *vt declarauit Sac Congreg sub die 22. Aprilis 1599. teste Farin. in recollect. decis. 239.*

Congr. Cons. censuit licere diebus festis dare operam rebus ad victum necessarijs tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, ac messium, ac recollectionis fructuum, vel vbi necessitas vrgeat, aut suadeat pietas.

10 Quatenus autē habetur in dicta constit. vt iudiciorum strepitus quiescere debeant diebus festis, ex ea animaduertas, vt dies festi sint obseruandi etiam in Tribu-
11 nalibus, adeo vt sententia lata die feriata in honorem Dei & sanctorum sit nulla *Lanfranc. decis. 253.* etiam si proferatur ab arbitro, secus si ab arbitratore, *Bart. in l. si feriatis ff. de recept. arbitr. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1 q. 30. in fine.*

12 Ampliatur primo, vt nec exequutio fieri possit de festo *Thesaur. decis. 95.* secus verò diebus feriatis introductis ad honorem hominum, *Cappell. Tholos. decis. 158. Caball. millelog. 634. D. Carauit. Ritu 172. num. 4.* quamuis sententia haberet exequutionem paratam, *idem Caball. loc. cit.*

13 Ampliatur secundo, vt citatio facta in die festiuo in regno non teneat, vt per *Rit. M. C. V. 116.* licet de iure communi sit satis dubiū, sed citatus tenetur comparere die nō feriata *Ceuall. com. contr. com. q. 366.*

14 Ampliatur tertio, vt omnia acta facta in diebus prædictis sint nulla, etiam parte non contradicente, *Menoch. præsumpt. 46. num. 28. lib. 2.*

15 Ampliatur quarto, vt Iudex delegatus teneatur etiā seruare festos dies illius loci, in quo ius dicit *Triuis. decis. 3.*

16 Ampliatur quinto, vt Episcopus in sua diœcesi possit facere constitutionē, quod in diebus festis donec sacræ conciones fiant abstineatur à commessationinibus, & talis constitutio erit obseruanda, cum tendat ad augēdum diuinum cultum, vt homines diebus festis per breue spatium tē-

po-

Digitized by Google

poris donec in ciuitate sacra concio sit expleta, vel quousque fuerit in missa maiori facta sanctissimi Sacramẽti eleuatio abstineãt à commessationibus, vt fuit tentum per *Rotam Romanã in decis 757 p. 2. tom. 2. in recent.* vbi habes, si possit imponi pęna excommunicationis, vel pecuniaria.

17 In nonnullis tamen casibus nõ obstant feriæ, & primo in causis contentiosæ iurisdictionis, vt in datione tutelæ consignatione alimentorum, & aliorum quę hic ponuntur quamuis essent feriæ in honorem Dei, *Bertacchi. in repertorio verbo feriæ num.* 10. in causa depositi quamuis sint summariæ seruandæ sunt feriæ *idem num.* 28. *& text. in l. si quis à liberis §. 2. ff. deliber. agnosc.*

18 Secundo die feriato potest decerni etiam in honorem Dei, & confirmari tutor quando non exigitur causæ cognitio alias secus veluti quando dicatur per inquisitionem *Balb. decis.* 352. hinc & decretum Iu-

19 dicis in alienatione rei minoris, quia exigit causæ cognitionẽ nõ potest interponi die feriato *idẽ decis. 333.*

20 Tertio, sententia in causa hæresis potest die festiuo ferri, vt declaratum fuisse per Sac. Congreg. testatur *Macer. resol. 49. lib. 3.*

21 Quarto obligatio facta die feriata penes acta, ex quo est voluntariæ iurisdictionis debet exequi *Viuius decis. 35.*

22 Quinto, testes possunt examinari, & interrogari die festo, *Menoch. de arbitr. ind. q. 30. num.* 18. *Guid. Pap. decis. 215.*

23 Vltimo, festi dies nõ obstant in causis personarum miserabilium, & in causis alimentorum, *Amat. decis.* 83. *Peguera decis. 53.*

SVMMARIVM.

1 *Infeudatio ciuitatum, terrarum, & locorum Ecclesiæ prohibetur per bullam hãc iuris communis correctoriam num.* 2.

De feudis.

Super Bulla Vrbani VIII.

1 *BVlla hæc edita de anno 1623. incip. sacrosancti Apostolatus ministerij cura,* confirmat constit.

Digitized by Google

Pij V. de non infeudandis Ciuitatibus, Terris,& locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quamuis solitis dari in feudum, aut quemuis alienationis titulum quouis modo ad Sedem Apostolicam deuolutis, aut deuoluēdis, prohibēdo quibuslibet personis, etiam S.R.E Card. tractare consulere,vel alia verba facere de prædictis infeudationibus, aut alienationibus, etiam ex causa permutationis, vel sub annuo censu, aut canone, aut alias quomodolibet, etiam sub prætextu necessitatis, vel euidentis vtilitatis, aut quolibet alio titulo ad vitam longum tempus, aut beneplacitum Sedis Apostolicæ sub pœna tam dictis tractantibus cōsulentibus, quam per alium huiusmodi munus recipientibus excōmunicationis Sūmo Pontifici reseruatæ. Declarando etiam ipsos rebelles in primo capite læse Maiestatis, & bona ipsorum ipso iure Cameræ Apostolicæ deuoluta,priuatos beneficijs,obtentis, & inhabiles ad obtinenda ea, & dignitates, infames,& alia quæ ibi habentur.

Ad cuius bullæ elucidationem aliquid reportare nequit cum sit iuris communis correctoria, ex quo olim res consueta emphiteoticari vel infeudari poterat iterum concedi in emphiteusim, vel feudum, vt dixerunt *Borrell.in sum. decis.tit.33.num.129. cum seqq. Rot.Bon.decis.13.nu.7. & 8.Gam.decis.24.Zerola verb.alienatio* §.3.*p.*11.*Gonzalez ad reg.Cancell.glos.6. num.* 124. *Phebus decis.*82. *num.*34. *Quarant. in summ. bull.verb.alienatio rerum Ecclesiæ nu.* 39.*&* 40.*pag.*29 adeo quod sufficiebat vnica concessio, & lapsus 40. annorum *secundam Beth. de præscript. 1. p. 5. princip. q.*20. *Afflict.decis.*305. *n.*10. *Clar.*§.*feudum q.*13.*num.*4. *Ruin.conf.*35.*nu.*30.*Cephal. conf.*155.*nu.*30.*lib.*2.Hodie vero. Non obstante lapsu 40.annorum,& quod bona sint solita infeudari, nullatenus in feudum,aut alium titulū dari possit,& proīde omnia cōgesta per *Genuēs. in pract.Eccles.*qui hāc materiam fusè scripsit *in q.*12. *& plurib.seqq.* minimè obseruari debent, post hanc constitutionem tam rectā, & in fauorē Ecclesiæ emanatam.

SV M-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Professio fidei à prouisis de Cathedralibus, Canonicatibus, dignitatibus, & aliis quibuscumque beneficiis curam animarum habentibus fieri debet infra duos menses. Amplia vt nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Declara vt nu. 8. 9. 10. & 11.*

De fidei professione.

Super Bulla Pij IV.

1 DE *anno* 1564. 13. *Nouembris fuit emanata bulla haec incip. sacrosancta*, per quam fuit statutum, vt prouisi de cathedralibus, Canonicatibus, dignitatibus, & alijs quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis curam animarum habētibus teneantur infra duos menses fidei professionem facere, alias nullos fructus faciunt tu videas latè *Garz. de benefic. part. 3. capitulo 3.* adde quod concordat *eum S C.T sess. 24 cap. 1. de refor.* infinitas ampliationes, & limitationes refert *D. Riccius in tract de iur. person. extr. Eccles. prem. exist. cap. 13. lib. 1. & cap. 16. & Barbos. de potest. Episcop. allegat. 71. par. 3.*

2 Ampliatur modo huiusmodi dispositionis tenor procedere etiam in Canonicis exemptis, nam tenētur emictere professionem coram Episcopo *Sair. decis. 1. de sum. trin. & fid. chattol.*

3 Ampliatur secundo, vt ad effectum amictendi fructus non sit opus aliqua declaratione, *Garz. loc. cit. nu. 45. idem Riccioll. nu. 43.*

4 Ampliatur tertio, vt fidei professio in dubio non presumatur facta *Dom. Ricc. in prax. prætermiss. decis. 681. par. 1. in antiq.*

5 Ampliatur quarto, vt nec quis se valeat ex ignorantia excusare quo ad amissionem fructuum, secus autē quo ad peccatum mortale, *Sair. decis. 3. eod. tit. & decis. 1.* licet distinguat *Dom. Riccioll. nu. 44.*

6 Ampliatur quinto, vt possit fieri etiam coram Vicario Episcopo non impēdito, & debet fieri etiam ab eo, qui eam semel emisit in adeptione alicuius dignitatis si alteram postea adipiscatur ex Congregat. Concilii, vt per *Sorb. in cōp. priuil. verb. professio fidei.*

7 Am-

Digitized by Google

7 Ampliatur sexto, vt non triennalis possessio, sed nec longissima prosit ei, qui nō emisit professionem fidei quo ad fructus percipiendos, quamdiù dictam professionem non emiserit, *vt declarauit Sac. Congreg. teste Paris. de resignat. q. 9. lib. 10 nu. 122. Rodriq. cap. 119. num. 7.*

8 Declaratur modo, vt huiusmodi professio fieri possit per procuratorem habētem speciale mandatum, nam neque Concilium, neque constitutio nostra vtitur verbis significantibus personalitatem, vnde succedit regula, quod quidquid potest fieri per semetipsum potest fieri per procuratorem, *l. 1. ff de procurat. ita optime D. Riccius l. cit. num. 22.* qui licet nōnullos contrarium tenentes referat, ipse tamen hanc opinionem sequitur iuxta *decis. Rota in vna vermien. Canonicatus 13. Iunij 1608.* coram Sacrato quam refert & sequitur de verbo ad verbum *Lauor. var. lucubrat. tit. 4. cap. 22. nu. 3.* hanc etiā sententiā amplectitur *Molfes. de sinod. diœces. c. 4. dub. 41. & fusè Barbos. de offic. et potest. Episcop. alleg. 60. nu. 20. quidquid dicant Garz. loc. cit. Gratian. discep. forens. cap. 166. num. 22. per decis. Rot. in vna Carthaginen. 9. Februarij 1581. coram Plato, & in eadem coram eodem 1. Iulij, & 22. Nouembris, & Dom. Riccius decis. 84. par. 4.*

9 Declaratur secundo, vt pœnam aliam non incurrāt omictentes facere fidei professionem, quam amissionem fructuū perceptorum, vt in proprijs terminis resoluit *Nauarr. cons. 3. de verb. signif. & iudicatum in Archiep. Curia testatur D. Riccius decis. 220. par. 1.* & ideo consului quendam Illustrissimum Præsulem, vt desisteret quēdam Parochum punire ex eo quod non emiserat fidei professionem.

Vnde meritò infertur professionem non suffragari ei, qui fidei professionem non emisit, quo ad fructus faciendos tantum quo ad cæteros autem effectus, comodo possessionis, & cęteris iuribus, si quæ habet non priuari (quod notabis in materia præcedentię, *vt declarauit S. Congr. 2. Septembris 1591. apud recollect. per Farin. decis. 15.*

&

Digitized by Google

& de voce in Capitulo, & iure præcedendi à die adeptæ poſſeſſionis non priuari cenſuit eadem S. *Congre. 27. Aprilis, 1595. teſte eadem Farin. deciſ. 128.*

10 Declaratur tertio, quoties per S. Congr. Eminentiſsimorum Cardinalium eſſent condonati fructus, quos ob non profeſsionem fidei non feciſſet, vt ego ipſe obtinui ad fauorem Reuerendi D. Franciſci, iuxta decretum tenotis ſequentis v3.

Die 18. Decembris 1627. S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretũ benigne condonauit oratori omnes fructus, quos ob non emiſſam fidei profeſſionẽ ſuos non fecit impartitaque eſt eidem facultatem eandem profeſſionem emittẽdi coram Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Neapolitano dummodo quã primum ei licuerit, ad ſuam Eccleſiam ſe conferat, & coram Ordinario ad præſcriptũ S.C. T. iterum eandem fidei profeſſionem emittat deputato interim in dicta Eccleſia idoneo Vicario per Epiſcopum approbando.

R. Card. V baldinus.

Locus † Sigilli.

Franc. Paulut. S.C. Sec.

11 Declaratur tertio, vt ob omiſſionem fidei profeſſionis non omittat diſtributiones quotidianas, & ita cenſuit Sacra Congregatio nam illæ dantur ratione miniſterij perſonalis, ac propter operas ſuas, & quod non veniant appellatione fructuum R*ot. deciſ. 2. de prebend. in nou. Caſſado. deciſ. vnica de clerie. non reſid. in terminis loquitur D. Riccius deciſ. 112. par. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Conceſſiones facta viuæ vocis oraculo reuocantur.*

2 *Gratia Principis probatur reſcripta non autem per teſtes.*

De gratiarum reuocatione.

Super Bulla Gregorij XV.

1 PEr hanc cõſtitutionem incip. Romanus Pontifex Sanctiſsimus Gregorius XV. reuocauit quaſcũque conceſsiones quibuſuis viuæ vocis oraculo, effectum non ſortitas, non tamen ad inſtantiam Regum,

Digitized by Google

gum, nec sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus cõcessas, vel ipsorum manu ad fauorem aliorũ factas, & ea nempe ratione videtur hoc decretum, nam conceſsiones, & gratiæ non ſuffragantur niſi literis expeditis ſecundum *reg. Cancell. in ſuo ord. 26. & facit etiam reg. 30. & ſequitur ad id latè Gigas de penſ. q. 34. n. 10. & 11. & fusè Monald. in conſ. 4. volu. 2.* & gratia.

2 Principis non poteſt aliter probari quam per reſcriptũ *l. 1. C. de mandat. Princip.* nec probãda erit per teſtes etiam mille copioſè, *Garz. de benefic. p. 4. cap. 2. à n. 10. cum ſeqq. Parſ. de reſignat. benefic. lib. 10. quæſt. 1. tom. 2 & Seraphin. deciſ. 764. & 774. tom. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici immiſcentes ſe enormibus delictis, de iure antiquo non amittebant priuilegium clericale, niſi trina monitione præcedente.*

2 *Clerici in minoribus non incedentes in habitu, & tonſura continuè abſque trina monitione perdunt priuilegium clericale. Declaratur nu. 3. 4. & 5.*

De habitu clericali.

Super Bulla ſeu extrauag. Clem. VII. & Pauli III.

1 LIcet ante promulgationem harum conſtitutionum per plurimos Doctores fuerit firmatum clericos etiam ſe immiſcentes enormibus delictis nõ amittere priuilegium clericale, niſi trina monitione præcedente, prout ſentierunt *Capolla conſ. 11. Alex. conſ. 8 Capic. deciſ. 61. Gram. vot. 43 Farin. in prax. crim. q. 8. nu. 60. Triuiſ. deciſ. 48. num. 16 cum ſeq. lib. 2. Couarr. præct. qq. cap. 32. num. 2. Clar. q. 36. verſ. quinto modo ex diſpoſitione textus in cap. inaudientia, & cap. cum contingat de ſent. excomm.*

2 Tamen hodie vigore ſupradictarum cõſtitut. quas refert *Garz. à Tolet. iuriſd.* 330. clerici in minoribus conſtituti non incedentes continuè in habitu, & tonſura, abſque trina monitione priuilegio fori non gaudent, & ratio videtur eſſe, nam poſt formam traditã *à S. C. T. ſeſſ. 23. c. 6.* fuit derogatum iuri communi ſal

tem

Digitized by Google

tem, vt non requiratur trina monitio secundum opinionem *Cucchi instit. mor. lib. 3. tit. 9. de priuil. cleric. num. 66.* qui testatur ita obseruari de consuetudine, & pluries fuisse declaratum non solum per sacram Cõgregationem Card. testatur *Macer. resolut. 48. lib. 3.* sed etiam inter laicos, & sic in Sacro Cancilio refert *Vrsil. ad Afflict. decis. 24. nu. 7.*

Vnde quãdo clerici cõtinuò incederent in habitu laicali, & ita perseuerarent, quo, publicè existimarentur, vt laici nulli dubium est, quin non gauderent priuilegio clericali per ea, quę congerit *Farin. d. q. 8. & idem Vrsill. loc. cit.*

Verum si probaretur dictos clericos captos sine habitu, & tonsura, fuisse solitos illa deferre, tunc gauderẽt priuilegio fori *vt censuit* S. *Congr. de anno 1586.* in quodam clerico cum armis deprehenso sine habitu, & tonsura, recenset *idẽ Macer. loc. cit. num. 7. ex dicto Bald. in l. si qua num. 2. C. de Episc. & cleric.* & quotidie practicatur in nostra Archiep. Curia aliquando clericum, qui dimisso habitu homicidium commisit, cum demum sæculari habitu indutus deprehensus fuisset, fuisse remissum ad nostram Archiepiscop. Curiam teste *D. Regente Tapia in constitut. regn. de personis nu. 24. & facit text. notab. in cap. ex parte il 3. de priuil.* vbi considerat perseuerãtia dimissionis habitus clericalis, *Rota Lipsiensis decis. 339. par. 2. refert D. Riccius collect. 956.* vnde infertur clericum beneficatum, qui aliquando dimittit habitum, & tonsuram, nõ incurrere pœnas constitutionis, *Diana resol. 33. de imm. Eccles.* vbi refert declarationem Sac. Cong.

Nec pariter requireretur trina monitio, quando diocesanus per viam rædicti, siuè statuti, imponeret pœnã amissionis dicti priuilegij clericatus nam tunc statim perdi decidit *Rota dec. 436. de dol. & contũ. quã refert Garz. de Toled in iurisd. 320.*

3 Declaratur primo supradictas constitutiones non ligare clericos beneficiatos *Peregr. decis. Rot. Patau. 40. Faber decis. 14. de iurisd. omn. iud. Garz. de benef. p. 3. cap. 2.* vbi refert declarationem sacræ Congregationis *Macer. loc. cit. num. 22.*

Digitized by Google

4 Declara ſecundo, vt ad effectum amictendi priuilegium clericale requiratur dimiſſio, tam habitus clericalis, quam tonſuræ, & ideo ſi fuerint dimiſſa tonſura, & retentus habitus vel è contra, clericale priuilegium non amicteretur & quamuis prima facie iſta opinio videretur dura, ex quo S. *Conc. Trident.* vtitur copula (&) quæ requirit copulatorum concurſum, vt per *Cauale deciſ.* 10. *nu.* 20. *Guid. Pap, deciſ.* 138. ex vulgatis iuribus, tamen reſpõſio eſt clara, nam de iure communi *in cap. ſi Iudex laicus de ſentẽt. excom. in* 6. eadem dictio (&) legitur & tamen nõ deſunt authores hanc pariter opinionem firmantes, vt ſufficiat alterutrum nõ dimicti, vt inquit *idẽ Maeerat. loco citato n.* 11

Quidquid autẽ ſit, nobis intellectus iſte nõ videtur placere, cum C. T. loquatur ſpecificè, & ideo ad effectũ amictendi priuilegiũ. ſufficeret dimiſſio tonſuræ, vel habitus, vt in puncto firmauit *Theſaur. in for. eccl. c.* 38 *p.* 3. *num.* 133. habitus enim clericalis conſiſtit in duobus copulatiuè 53. in veſte, & tonſura *d. c. ſi Iudex laicus. Gemin c.* 1. *de cleric. coniug. Aretin. conſ.* 16. Verũ ſi tonſura fuiſſet dimiſſa, ſiuè non deferreretur à clerico ob excreſcẽtiam capillorũ vel infirmitatem, & probaretur cõcludenter per priꝰ fuiſſe ab eo delatam licet reperiretur cũ ſolo habitu gauderet priuilegio fori, *Cappell. Tholoſ. dec.* 104.

1 IN Bullario tom. 1. extat bulla Gregorij per quā fuit sancitum illegitimos esse inhabiles ad ordines, & beneficia, ex quo illegitimi omnes sunt irregulares, & inhabiles ad omnes dignitates Ecclesiasticas, & quæcumque beneficia, vt constat *ex cap. innotuit de elect. & cap. final. de fil. presbit. c. per venerabilem qui fil. sint legit. tradunt Nauarr. in sum. c. 27. n. 201. Suar. tom. 3. de cens. disp. 50. sect. 3. Maiol. de irreg. c. 4. lib. 1. Sair. de censur. lib. 6. c. 10. Seraphin. decis. 1442. n. 9. Garz. de benefic. p. 7. cap. 2. Barbos. de pot. Epis. alleg. 72. n. 83. Paris. de resign. benefic. lib. 4. q. 4. à n. 8.*

2 Ampliatur primo etiam in illegitimo occulto, & qui publicè habetur pro legitimo, vt benè docent, *Silua verb. irregularitas q. 20. Nauarr. loc. cit. vers. 9. Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 4. Ang. verb. irregularitas num. 51 Tolet. lib. 1. cap. 10. num. 36. Auil. de censur. p. 7. disp. 3 dub. 6. conclus. 1.*

3 Ampliatur secundo, vt qui ex dicto matris credat se esse illegitimum, vti talis erit reputandus, & inhabilis ad beneficia, *Abb. in cap. 1. de fil. presbit. Nauar. in summ. cap. 27. num. 201. Sair.*

Digitized by Google

Sair. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 37. Maiol. lib. 1. de irregul. cap. 7. num. 3. Suar. de censur. tom. 5. disput. 50. sect. 4. num. 7. Non tamen tenetur filius credere matri dicenti, quod sit illegitimus, *Nauarr. cons. 1. de fil. presbi. num. 5. Salsed. in pract. c. 14 lic. C. Couarr. 2. p. Sponsal. c. 8. §. 3. num. 8. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 7. §. 4.* vbi ait, nec vir, nec filius, nec etiam publicus Iudex mulieri hoc reuelanti credere tenetur, nisi probet dicta sua per signa infallibilia, *Sair. de cēs. loc. cit. num. 37. & Sot. lib. 4. de iust. q. 7. artic. 2.*

4 Ampliatur tertio quamuis beneficium esset tenue, nam ad illud etiam esset incapax *arg. cap. si proponente de rescript. cap. conquerente de cleric non resid.*

5 Amplia quarto, vt non sit capax pensionis, nisi ratione clericatus, super quo si sit dispensatus, non indiget dispensatione super illegitimitate, quam opinionem perpetuò seruat Rota, *& præsertim in una Meliten. pēsionis 14. Maij 1614. quæ est decis. 549. p. 2. tom. 2.*

6 Cuius bullæ tenorem limitabis primo, fauore infantium expositorum, quorum parentes ignorantur, nam habentur pro legitimis, & possunt absque dispensatione promoueri ad beneficia, nam etiam multi legitimi exponuntur, & in dubio pro legitimitate est facienda interpretatio, ad *tex. in cap. ex tenore qui filii sint legitimi Menoch de arbitr. iudic. casu 396. Garz. vbi supra par. 7. cap. 1. num. 7. Henriq. in summ. lib. 14. §. glos. 10. lit. K.* vbi ait, quod Gregorius XIV. per suam bullam declarauit istos tales expositos haberi pro legitimis ad omnes præbendas.

7 Limita secundo, in legitimatis per subsequens matrimonium nam efficiuntur legitimi quo ad omnia præter Cardinalatum, ex *constit. Sixti V ita Mantic. de cenſ. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. Peregrin de fideicom. artic. 24. à num. 1. Thesaur. decis. 83. Campanil. diuer. iur. can. rubr. 11. cap. 13. nu. 127. Peregr. de fideicom. art. 24. num. 12. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 1. num. 33. Sair. de censur. cap. 10. lib. 6.*

Imò si filius illegitimus promoueatur ad ordines, & beneficia, antequam parentes

Digitized by Google

rentes contrahant matrimonium fit etiam legitimus per subsequens matrimonium, nec indiget dispensatione, ad hoc vt possit ministrare in ordinibus susceptis, sicut nec vt possit ad maiores ordines ascendere, probatur quia in iure communi absolute, & vniuersaliter dicitur, quod illegitimus sit legitimus per subsequens matrimonium, nec vllibi habetur hoc esse falsum, quando filius susceptis ordines ante contractum matrimonium parentum: si igitur hic est legitimus, sequitur hunc esse factum habilem, tum ad celebrandū in susceptis ordinibus; tum etiam ad ascendendū ad superiores ordines, & licet peccauerit mortaliter recipiendo ordines sine vlla dispensatione, nam tamē propterea incidit in nouam irregularitatem, cum igitur per subsequens matrimonium tollatur irregularitas tollitur etiam omne impedimentum ad ministrandū in ordinibus susceptis, & ad suscipiendos alios superiores ordines, nec vlla deinceps requiritur dispōsatio, prout etiam nullo iure habetur hūc esse irregularem si fiat legitimus per subsequens, & re vera sit, ergo poterit ministrare in ordinibus, quos antea suscepit, & præterea alios sumere.

8 Limitatur tertio in illegitimis ingredientibus religionem cap. 1. de filijs presbit. & Gregor. XIV. in anno 1590. moderando constitutionem Sixti V. permisit arbitrio Superioris regularium susceptionem illegitimorum.

9 Limitatur quarto, quando cum illegitimis fuisset dispensatum per Ordinariū loci quo ad beneficia simplicia *per text. clarum in c. 1. de fil. presbit. in 6.* vel per Vicarium Capituli sede vacante *Sair. decis. 34. de temp. ordin.* quod secus dicēdum esset in Episcopo dispensante cum familiari illegitimo *idem Sair. decis. 29. eod. tit.* nec dispensatus ad beneficium censetur dispensatus ad aliud *cap. 1. § illi vero de fil. presbit. in 6. latè D. Rice. collect. 704.*

Non leuis autem fuit orta difficultas ex facti serie nobis consulenda transmissa per Illustrissimum, & Reuerēdissimum Dominum Ascanium Gesualdum Archiepiscopum Baren. Præ-

sup-

ſupponebatur enim, quod fundator in erectione iuriſpatronatus mandauerat, vt in futurum quoties caſus vacationis contingiſſet præſentaretur in rectorem, & beneficiatum vnus de linea legitimus, & cum Nicolaus Lamberta, deſcendens à dicto fundatore, in caſu vacationis euēctæ præſentauerit ſuũ filium naturalem, verum legitimatum per ſanctam Sedem Apoſtolicam ad beneficia ſimplicia, quare ſtante dicta diſpenſatione, fuit dubitatum an poterat inſtitui ad dictum beneficium non obſtante illa qualitate à teſtatore appoſita, dum eset naturalis, non de linea ipſius fundatoris, verum effectus legitimus per Sanctiſſimum Dominum.

Et prima facie videbatur conſulendum pro affirmatiua opinione, ex infraſcriptis rationibus, primò nam quando illegitimi fuerunt per Papam legitimati tunc habentur, vt legitimi ad ordines, & beneficia *DD. in c. 1. §. 1. de fil. preſbit. in 6. & in cap. per venerabilem qui fil. ſint legit. Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos à nu. 64. C. de reuoc. donat. Nauarr. conſ. 1. & 2. qui fil. ſint legit. Molin. diſp. 373. & Garz. d. cap. 2. n. 45. & 46. & latè Taſc. concluſ. 247. lit. L.*

Et pro cortobotatione adducebatur deciſione Verall. vbi habilitas, vel inhabilitas electionis, ſeù præſentationis attenditur tempore electionis, ſeù præſentationis, & ideo cum tempore præsentationis reperitur habilis per legitimationem factam per Sanctiſſimum videbatur dicendum potuiſſe inſtitui.

Ad quod facit, quia legitimatus reſcripto Principis admictitur ad omnium ſucceſsionem *Couarr. tit. de matrim. c. 8. §. 10. p. 2.*

His tamen non obſtantibus contrariam partem cõſului veriorem, vt ſcilicet non potuiſſet inſtitui præfatus naturalis legitimatus per ſanctam Sedem Apoſtolicam, & non abſque efficacibus rationibus, quoniam à fundatore fuit prętiſa macula originis, quæ videtur multum conſiderabilis à iure, *Couarr. par. 2. recollect. cap. 8. §. 2. num. 7. de ſponſal. & matrim. Caſar de Graſſ. de ſponſ. deciſ. 6. nu. 5. & Macer. reſol. 2. num. 5.*

Digitized by Google

lib. 1. & consequenter legitimatio facta per Sanctissimum Dominum debet extendi tantum ab beneficia simplicia, & iurispatronatus si aliud non obstaret impedimentum quod illegitimitatis, secus vero in casu nostro nam obstat impedimentum à fundatore præuisum, vt præsentetur vnus de linea legitimus, & sic ista dispensatio stricto iure est interpetranda iuxta *decis. Rot. Rom. 1. & 2. de filiis præsbit. in nouis*, & si fuisset narratum Sanctissimo Domino, quod esset præsentandus illegitimus ad beneficium iurispatronatus testatore nolente, vtique ad hoc particulare illum non legitimasset, cum rõne & causa vrgentissima solet dispensari vltimæ voluntati testatoris, vitiatur enim gratia omissione eius, & si fuisset expressum non fuisset, & equè concessum, *l. 1. C. si contra ius vel vtil. public.*

Et pro ea parte adiuuãda adducebatur optima consideratio, nam licet legitimatus per subsequens matrimonium excludat substitutum, tamen si per testatorem fuerit dictum si hæres decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, substitiutus non excluderetur iuxta *decis. Surd. 319. & & Thesau. 196. latè Marisc. var. resol. cap. 188. lib. 2.*

10 Limita quinto, vt non comprehendantur nepotes *Glos. in cap. apostolici 8. q. 1. & cap. 1. 56. dist. Bellam. de cis. 345. Salzed. in addit. ad Diaz. in practic. crim. can. c. 28. & plures alij relati per Dom. Ricc. decis. 330. par. 2.* nam in materia odiosa, & pœnali nomine filiorum non veniunt nepotes, *Sard. de alim. tit. 9. q. 36. Gabr. de verb. signif. concluf. 1. nu. 54. Azor. tom. 2. li. 6. cap. 4. q. 17. Roderic. tom. 1. cap. 29. nu. 4. per text. in l. fin. C. de natur. liber.*

11 Limita sexto, vt illegitimus ordinatus absque dispensatione non incurrat irregularitatem nouam, *Rebuff. in prax. benefic. in tract. de dispensat. super defect. natal. num. 13. QD. communiter in cap. fin. de cleric. excomm. min ſtr.* quia in iure non est expressum hunc contrahere nouam irregularitatem, & tamen irregularitas non incurritur nisi in casibus expressis in iure *cap. is qui de sent. excom. in 6.*

Vnde

Vnde videmus quod si illegitimus promotus ad ordines sine dispensatione celebret non contrahit nouã irregularitatem, *Maiol. lib. 1. de irregul. c. 2. nu. 8. Sair. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 38.* quare pro obtinēda tali dispensatione satis est exprimere in supplicatione se esse illegitimum, nec erit necesse explicare, se celebrasse permanendo in irregularitate, vt aduertit *Rebuff. in prax. benefic. tract. de dispensat. super defect. natal. num. 13.*

12 Limita septimo, vbi illegitimus esset dispensatus à Summo Pontifice ad beneficia curata, & Canonicatus, & quascumque dignitates Ecclesiasticas, *vt in c. 1. de fil. presbit. in 6. Dom. Ricc. collect. 496.*

Subdeclara vt non censeatur dispensatus ad dignitatem Episcopalem *Sair. de censur. lib. 6. cap. 11. nu. 28. Maiol. de irreg. cap. 9. num. 4 Oldrad. cons. 14. Roma. cons. 338. Siluest. in summ. verb. legitimus q. 7. vers. quartum Peregrin. de fideicom. art. 13 num. 8 Barbos. de pot. Episco. alleg. 1. num. 17. Garz. de benefic. par. 1. cap. 6. num. 66.* ea ratione, quia Episcopatus non numeratur inter simplices dignitates, sed culmen dignitatum nominatur *in cap. 2. de præb. in 6. & in cap. venerabiles de præb. in 6.*

Subdeclara secundo, vt dispensatus ad beneficium non censetur dispensatus ad beneficium curatum, sed simplex *glos. in cap. fin. de prabend. Sair. de cens. lib. 6. cap 11. num. 25. Barbos. alleg. 45. num. 7. Campanil. diuers. iur. can. rubr. 11. cap. 13 num. 97.*

Subdeclara tertio, vt illegitimus dispēsatus ad beneficium consequendum, non censetur dispensatus ad plura *cap. 1. §. ille vero de fil. præsb. in 6. c. nõ potest. de prabend. in 6. Rebuff. in prax. benefic. tit. de dispensa. super. defect. natal. num. 83. Rot. decis. 1. de fil. presbit. in nou. Acbill. de Graff. decis. 1. de conces. prabend. Tiraq. in l. boues §. hoc sermone ff. de verb. significat. num. 29. & seqq.*

Subdeclara quarto, vt dispensatus ad obtinendum beneficium non intelligatur dispensatus ad retinendum *Rot. decis. 233. num. 25. par. 1. Costa de remed. subsid. remed. 35. nu. 7.*

13 Li-

13 Limita octauo, vt benè possint comendari beneficia ad tempus illegitimis secus verò in perpetuum, nàm appellatione beneficiorum, non veniunt comendæ temporales, quia in illis comendis nullus adest titulus, nec datur ius in re, nec ad rem, & quandocumque possunt reuocari *Rota decis. 1. de prabend. in antiq. Gomes. de non tollend. ius quæsit. q. 4. num. 12. Man dos. reg. 32. q. 7.* Nauarr. *cons. 9. de prabend.* commendare enim nil aliud est, quam deponere, *l. comendare ff. de verb. significe. l. Lucius ff. depos. cap. primo eod. tit.* Put. *decis. 25. lib. 1.* & ex hac ratione commendatarius nõ facit fructus suos, Roman. *cons. 350. nu. 8. Rebuff. in prax. tit. de commend. nu. 25. Put. d. decis. 25. hinc idem Put. decis. 272. num. 1. lib. 2.* decisum refert de dicta temporali commenda facta ad vtilitatem Ecclesiæ non esse faciendam mentionem in impetratione beneficiali.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi sunt inhabiles ad ordines beneficia, & successiones bonorum parẽtum. Amplia vt nu. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Declara nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*

De illegitimis ad beneficia parentum nõ succedentibus.

Super Bulla Clem. VII.

Licet per text. in cap. ex transmissa de fil presb. filij naturales poterant succedere in beneficijs parentum, tamen *Clemens VII. de anno 1530. per constit. incip. ad canonum cõditorem* postea statuit illegitimos esse inhabiles ad ordines, beneficia, & successiones bonorum parentum vide *Nald. in summ. verb. beneficium num. 2. fol. 67. & Dom. Ricc. collect. 705. & supra de benefic. Eccles.* & ratio videtur esse ne incontinentiæ patris memoria à locis Deo consecratis quas maxime puritas sanctitasque decet lon-

Digitized by Google

longiſsime arceatur.

2 Ampliatur primo, vt ſint inhabiles ad obtinendum aliquod beneficium in Eccleſia vbi parentes eorum habent, vel habuerũt illud, vel ſimile iuxta *diſp. S.C.T: ſeſſ.25.cap.15 late Garz.de benef.p.7.tom.2.c.3.*

3 Ampliatur ſecũdo, quãuis pater per procuratorem cœpiſſet poſſeſſionem, & nunquam in Eccleſia miniſtraſſet *Campan. rub. 11. cap.13.num.67. quem refert Barboſ. de pot. Epiſcop. p.3. alleg.65.nu.7.* ſecus vero ſi nec per ſe nec per ſuum procuratorem fuiſſet adeptus poſſeſſionem, *Garz. de benefic.par.3.cap.3.num.56. in 2. & 3. declar. Campan. nu.67. Barboſ.de pot. Epiſco. alleg 65.nu.7.*

4 Ampliatur tertio, vt nec Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo, vt beneficium paternum immediate conſequatur *Gloſ.in cap. 1.de fil. Presbit. in 6. verbo tali, Abb.in cap.nimis eodem tit.num.2. Sair.lib.6.de cenſur. cap.11.num.11.* prout nec etiam poteſt diſpenſare vt obtineat beneficium in Eccleſia patris ſui clerici vinentis *c. cum decorem, & c. cum ad abolendam de filijs Presbit. Siluest.in ſum.verb. beneficium num.17. Armill. eod.verb.num.33. Diaz in prax.crim.cap.48.numer.4.* ſe prædicta diſpenſatio petenda eſt à Papa, Epiſcopus enim eã concedere non poteſt nec etiam legatus, *cap.pen.cum ibi notat. de fil. Presbit. gloſ.1. verſ. nec diſpenſat hodie cum fil.presbi. in cap.miror 50. diſt.*

5 Ampliatur quarto, vt prohibeantur habere penſiones ſuper fructibus beneficiorum *S.C.T ſeſſ.25.cap. 15. de ref.* vbi ſi pariter, & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiãtur cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra Eccleſiam intra trium menſium ſpatium, alias ipſo iure eo priuatus exiſtat, & ſuper iis quęcumq; diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur, & ita in terminis huius ampliationis, *Gratian.diſcept.forenſ. cap.574.*

6 Ampliatur quinto, vt neq; filius illegitimus poſſit in Eccleſia canere tanquam muſicus ſimplex; *Sair.deciſ.1. de conſtit. Gratian.tom.2.cap.397.num.26. Garz. de benefic. p.7. cap.3. nu.68. Barboſ. de pot. Epiſco. alleg.*

Digitized by Google

alleg.65. num.20.& D.Riccius collect.1367.& ratio videtur esse, nam Concilium vtitur verbo ministrare, & canere in Ecclesia est ministare, quod verum esse dicas quando filius in Ecclesia paterna ministraret ex officio, vel ratione mercedis, secus verò ex deuotione, vel ex propria voluntate *Roderic. in summ. tom. 1.cap.247.nu.1. Campan.diuers.iur.canon.rubr.11.c.13 nu.67. Garz.nu.73. Barbos. num.24. & licet Nauar.cõs. 1.de constit.q.17.& Salzed. ad Diaz. in prax. criminal. cap.416 lit.A.* teneant contrarium, Tamen prior opinio videtur verior, ac sanior,& proinde si pater fuerit musicus,œconomus vel officialis alicuius Ecclesiæ, non poterit eius filius illegitimus in eadem Ecclesia esse Canonicus, vel obtinere beneficium.

7 Ampliatur sexto,si pater habeat facultatem transferendi pensionem,quamuis aliqui putauerint posse eã transferre in filium suum clericum etiam illegitimũ secundum *Gigant. de pens. q.86.num.1.Paris.de resign. benefic. lib.3. q.4. num.18. Gonzalezglos.5.§.5.num.22 Garz. de benefic. loc.cit.nu. 34. Gratian. tom.2. cap.397. disceptat.foren.* ex eo quod pẽsio non est beneficium *ex Felin.in cap. ad audientiam num.2.de rescript.* Tamen contrarium est verius,nam pensio succedit loco beneficij,& ordinariè reguletur tanquam beneficium,sicut filius non potest succedere in beneficio patris, ita nec in eius pensione, *Nauarr. cons.61.de fil.presbit.num 3 Zerol.in prax.p.2.verb pensionarius* §.1. & proinde qui habet facultatem transferendi pensionem non potest transferre in filium, cũ per hanc bullam prohibeatur ne filij presbiterorum ex fornicatione progeniti nullo vnquam tempore obtinere possint quæcumque beneficia, quæ eorum patres aliquando obtinuerunt,& ideo quando in cõstitutionibus Pontificijs dicitur *alia quæcumque beneficia*, sub prædictis verbis comprehenduntur etiam pensiones, vt aduertunt *Felin. in cap.postulastis de rescript. num.8. & in cap.de quarta num.16.de præscrip. Rebuff. de pacific. possessor. num.132.*si igitur filij non possunt succedere in beneficijs

ficijs paternis, nec etiam poterint succedere in pensionibus paternis.

8 Declaratur primo, vt pater, & filius possint missam celebrare in eadem Ecclesia dummodo ambo non obtineāt beneficium in ea vt referunt decisū *Armend. in addit. ad recopil. leg. Navarr. lib. 2. tit. 19. Garz. de benef. par. 7. cap. 3. num. 68. in 3. declar. Campan. diuers. iur. can. rubr. 21. cap. 13. nu. 67. vers. & quia.* Nec etiam impediuntur, quin possint insimul processionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam cappellanus diuersarū Ecclesiarum idem *Garz. n. 68 Armend. nu. 30.*

9 Declaratur secundo, vt Cappellan' amouibilis possit esse filius in Ecclesia, in qua eius pater tanquam cappellanus amouibilis seu Vicarius temporalis seruiuit, ita censuit S. Congreg. teste *Armend. nu. 32. Garz. num. 72. Gratian. discept. forens. cap. 397. à num. 24. quos refert Barbos. de pot. Episco. alleg. 65. num. 5. par. 3. Sair. decis. 59. de tempor. ordinat.* secus si cappellania esset data in titulum, *Gonzal. super reg. 8. Cancel. glos. 4.*

10 Declaratur tertio, vt solus Pontifex possit dispensare, vt illegitimus habere possit ea beneficia, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua genitus habuit, aut in præsenti retinet *c. dilectus filius & c. nimis eod. tit. de filiis presbit. Mandos. de signat. grat. sub tit. de dispens. ad benefic. in Eccles. in qua pater Campan. rubr.* 11. *c.* 13. *num.* 87. Nec quæcumque dispensatio sufficit, nisi in specie dispensetur ad obtinenda beneficia, in qua pater cum derogatione huius bullæ Clem. VII. & Conc. Trident. *Rebuff. in prax. tit. de dispensat. natal. num. 24. & 55. Gratian. d. cap. 397. num. 35. D. Riccius in prax. aur. resol. 269. & Barbos. d. alleg. 65. nu. 31.*

An autē dispensari possit filius alicuius religiosi, vt ad dignitates, & prælaturas promoueatur in ea religione, in qua eius pater prælationem obtinuit, affirmatiuam opinionem asserit *Roderiq. q. regul. 13. artic. 7. tom. 1.* Sed contrarium firmat *Miranda in manuali prælat. tom. 1. q. 1. art. 10.*

11 Declaratur quarto, vt pater possit succedere etiam immediate in beneficio

lij, siuè filius fuerit legitimus, siue illegitimus, *glos. in c. apostolica 8. q. 1. Azor. tom. 2. cap. 4. q. 18.* nam bulla, & iura vetuerunt filium beneficium habere, quod pater habuerat, prout etiam nullo iure est prohibitum ne frater beneficium obtineat, quod frater eius habuerat, vt sentiunt *Abb. in cap. ex transmissa de fil. presbit. nu. 7. Less. lib. 2. de iust. cap. 34. num. 91. Rebuff. in prax. tit. de dispensat. super defect. natal. num. 29. Gigas. de pens. q. 86. num. 10. Campanil. diuers. iur. can. rub. 11 cap. 12. nu. 78. Rota coram Seraphin. decis. 1442. Garz. de benefic. par. 7. cap. 3. nu. 28. & 29. dicens ita fuisse iudicatum à S. Congreg. Barbos. de potest. Episcop. allg. 65. num. 17.* & ideo cum nullo iure prohibeatur parentem non posse succedere in beneficio filij, pœnæ, & odia sunt restringenda, *cap. odia de reg. iur. in 6.* nec eadem ratio potest vendicare in hoc casu, nam filio succedente in beneficio patris videtur in beneficio dari quædam successio, quam leges detestantur, quod nõ ita habetur patre succedẽte in beneficio filii.

12. Declaratur quinto, non habere locum in beneficiis dimissis à patre ante dispositionem bullæ, *Achill. de Graff. decis. 2. de filijs presbiter.*

13. Declaratur sexto, vt non habeat locum hius constit. rigor in nepotibus, qui benè succedere possunt ad beneficia auorum, *Sair. decis. 9. de fil. presbit. Examen Episcop. num. 18. fol. 53. allegat text. in cap. ad extirpanda eod. tit. de fil. presbit.* ex quo cum simus in materia stricta, & non fauorabili appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes, *Manoch. cons. 1192. num. 26. Sesse decis. Arag. 53 num. 17. Rota decis. 507. nu. 7.* & ideo quamuis sint illegitimi, & naturales, attamen non prohibentur succedere in beneficiis auorũ, sed patrum tantum.

Et quamuis *Rebuff. in prax. benef. tit. de dispens. super defectu natalium* contrarium firmauerit per ea quæ dixit *glos. in d. c. ad extirpandas de filiis presbit. Alex. in cap. presbiterorum 86. dist. Archid. in cap. Apostolica 8. q. 1. & idem sequitur Guglielm. de benedicto in cap. Raimutius in verbo*

&

& vxorem num. 693. de testam. quos refert Garzia d Toledo in decis. 48. quam decis. notabilem asserit ad ampliationem Sac. Concil. Trident. Attamen in facti contingētia nullatenus recederem à prima opinione vti magis communi, & æquiori siquidem tam Sac. Conc. Trident. quam mentionata bulla Clementis prohibuerunt successionē ad beneficia Patrum ne memoria incontinētiæ paternæ refricaretur, quæ ratio est diuersa à nepotibus legitimis, cum filij illegitimi representent incontinētiam paternam, & pro eis est illa præsumptio, quod filij patribus similes esse præsumuntur.

Sed nepos legitimus non paternam incontinentiam sed continentiam refert, & ideo cum illa ratio, quæ est in filijs cesset in nepotibus appellatione filiorum in odiosis non continentur nepotes singularis est text. ad hunc propositum *in l. fin.* C *de natur. liber.*

Verum contrarium dicendum erit in beneficio patrui, siue eius auunculi quia illud obtinere nepos minime prohibetur, vt inquit iddem *Garz. d Toledo in d. decis.* 48. *in fin. per text. in cap. ex parte ii primo de offic. delegat. & Abb. & Doctores in capitulo secundo de arbitris.*

14 Declaratur septimo, nō procedere, quando beneficium patris daretur in commendam filio ad tempus, nam in commendis temporalibus nullum datur ius nec titulus, & quandocumque reuocari potest, *glos. in d. cap. nemo verb. commendare de elect. in 6.* ex quo tenetur de fructibus rationem reddere *cap. placuit* 10. *q.* 13 & proindè meritò videmus illegitimos esse inhabiles ad beneficia tantum, non autem ad commendas ipsorum temporales, vt dixi in præcedenti titulo.

15 Declaratur octauo, vt quoties obtinetur dispensatio à Sede Apostolica in rescripto apponi solet clausula (*dummodo simul non ministrent*) videatur *Mandos. de signat. grat. de dispensat. ad benefic. in Eccles. in qua pater.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clerici prohibentur disponere de bonis Ecclesiasticis, seu ex fructibus illorum bonorum acquisitis in quoscumque illegitimos, seu eorum coniuges vel parentes. Amplia vt nu. 7. 8. 9. & 10. Declara vt n. 11. 12. 13. 14. & 15.*

2 *Filij legitimi qui dicantur.*

3 *Filij nati ex matrimonio clandestino valido dicuntur legitimi.*

4 *Filij nati ex matrimonio, de quo est dubium an sit validum sunt legitimi.*

5 *Filij nati ex parentibus qui emiserunt votum simplex castitatis sunt legitimi.*

6 *Filij nati ex legitimo matrimonio sunt legitimi, quamuis vir ex consensu uxoris ordines sacros susceperit, & post susceptos ordines progeniti fuerint post filij.*

De illegitimis inhabilibus ad successionem Clericorum.

Super Bulla Pij V.

1 PAtet ex hac constit. incip. *quæ ordini* prohiberi clericos disponere de bonis Ecclesiasticis, seu ex fructibus illorum bonorum acquisitis, in quoscumque illegitimos, siue suos siue extraneos, siue in illorum coniuges, siue ipsorum parentes, vel alios cognatos.

2 Sed quia ad intelligentiam, & pro ornatu huius bullæ dubitari posset, qui dicantur illegitimi, & qui legitimi, Ideo præmittendum esse putaui, quod filij dicuntur legitimi, qui ex legitimo orti sunt matrimonio *Couarr. 2. p. sponsal. cap. 8. §. 1. num. 2. Suar. tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 1. num. 1. Sair. de censur. lib. 6. cap. 10. nu. 35.* quamuis contrahentes essent inhabiles ad contrahendum matrimonium propter affinitatem, vel consanguinitatem

vel

Digitized by Google

vel propter aliud impedimentum, dummodo vterque coniux illud impedimentum ignoraret, *Cpuar. num. 1. Suar. nu. 6. Sanchez de matrim. disput. 42. lib. 3. num. 1.* Idemque erit si mulier post habitam notitiam de morte sui coniugis bona fide contraxerit matrimonium cum secundo viro, viuente tamen re vera primo marito, proles suspecta erit legitima, vt docent *Zabarella in cap. per venerabilem, & cap. videbatur opus. 4. Maiol. lib. 7. de irreg. cap. 5. num. 8. Sair. lib. 6. de censur. cap. 10. num. 3.*

Quod adeo verum esse existimatur, licet alter illorum sciat hoc impedimentum, alter vero coniux bona fide illud ignorãs celebret matrimonium, *cap. ex tenore cap. cum inter cap. peruenit qui filij sint legit. cap. cum inhibitio de clãdest. desponsat. Suar. num. 5. Maiol. Sanchez de matrim. loc. cit. num. 1. & lib. 8. disp. 34. num. 46. & 50. Casiador. decis. vnica de sponsal. Duen. reg. 350. ampliat. 9. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 12. Menoch. præsumpt. 81. num. 3. lib. 4. Garz de benefic. par. 7. cap. 2. num. 30.* & ideo si postea declaretur matrimonio nullum, cum tamen ignoretur an bona, vel mala fide parẽtes contraxerint matrimonium, est reputandus legitimus, & habilis ad recipiẽdas successiones clericorum, ordines officia Ecclesiastica, vt colligitur ex *d. cap. prouenit qui filij sint legit. Suar. num. 10.*

3 Nec pariter dici possent illegitimi, qui procreantur ex matrimonio clandestino valido *cap. 2. de clandest. desponsat. glos. in cap. quod nobis in fin. qui fil. sint legit. Silu. verb. filii q. 8. §. 10. Paleot. de noth. & spur. cap. 10. num. 2. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 12. nu. 13. Menoch. conf. 199. volu. 2.* & nomine matrimonij clãdestini intelligitur, quod fuerit celebratum coram Parocho, & testibus, absq; tamen denũciationibus sine causa omissis, nam hoc matrimonium est clandestinum quoad pœnas incurrendas, & per illud legitimari prolem affirmant *Navarr. in summ. cap. 22. nu. 70. Guttier. lib. 2. pract. qq. q. 4. & in tract. de matrim. c. 55. num. 5. Molin. de ris. nupt. lib. 2. differ. 11. num. 4. Barbos. de pot. Episcop. alleg. 33. nu. 8.*

Digitized by Google

nu.8. Sanchez lib.3. de matr. disp.1. num.7. & ita declarasse S. Congr. Cardin. refert Farin. decis.18. in recollect.

4 Prout etiam filij nati ex matrimonio, de quo est lis an sit validum non censentur illegitimi, quousque à Iudice feratur sententia de nullitate matrimonij, ita *Abb. in ca. cum inter qui filij sint leg. num.2. Maiol. de irregul. lib.1. c.5. nu.7. Sair. de censur. lib.6. cap.10. num.33.* Imò filij reputantur legitimi, si feratur sententia, q matrimonium sit nullum, quando interponitur appellatio, videndi sunt *Couarr. par.2. sponsal. cap.8. §.1. nu.7 Maiol. loc. cit. num.7. & 11. Sair. nu.33 subdens num.34* quod quando coniuges separantur quoad thorum Episcopo præcipiente talẽ separationẽ, filij ex eo progeniti sunt legitimi, si non fuerit declaratum inualidũ matrimonium, licet sub pena excommunicationis esset eis prohibita copula matrimonialis, opinio est *Abb. in cap.1. de matrimon. contr. contra interd. Eccles. num.1. 4. & 6. in cap.2. num.5. eod. tit. Maiol. lib.1. de irregul. c.5. num.5. & 6. Zabarell. in c. cum inter qui fil. sint leg. q.2.*

5 Similique modo filios genitos ex parentibus qui votum simplicis castitatis ex mutuo consensu emiserunt esse legitimos dixerũt *Alex. in cap. tua il secondo num.9. de iureiur. Maiol. in 4. dist.32. q.2. sess. de iust. lib.2. cap.19. dub.6. numer.57.* & ratio videtur esse, nam valdè odiosum est, quod filij sint illegitimi, ergo dum non est expressum à iure, hæc pena non est infligenda filiis ex valido matrimonio procreatis, cum nulla inter uenerit culpa ex parte filiorum, & tamen odia sunt restringenda, & non amplianda *c. odia de reg. iur. in 6.* & licet aliqui cõtrarium senserint *vt Anchar. in cap. vnico num.3. de vot. in 6. & in cap. dudum de conuers. coniug. & Roderic. in sum. tom.1. cap.90. num.6. & Vega in sum. tom.2. cap.129. casu 69.* ex eo quod tale matrimonium ob votum castitatis ab vtroque coniuge emissum quo ad vsũ actus coniugalis proinde est, ac si inter eos esset iam dissolutum matrimonium, ergo proles inde orta erit illegitima, Tamen, meo iudicio facillimè respõderi potest, coniuges illicitè agere contra

tra votum, se ipsos cognoscentes, at cum talis copula non sit fornicaria, vt esset inter solutos, hoc satis erit, ne proles inde concepta sit illegitima.

6 Et tandem à simili filij progeniti ex parentibus legitimo matrimonio inter se coniunctis sunt legitimi, quamuis vir ex consensu vxoris ordines sacros susceperit, & post susceptos ordines habuerint istos filios, carnaliter se cognoscendo *Abbas in cap. literas num. 4. de fil. presbit. Suar. tom. 5. de censur. disput. 50. sect. 2. nu. 4. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 4 nu. 9. Astens. in sum par. 2. lib. 6. tit. 22. art. 3. q. 5.* tum primò quia nati sunt à parentibus vero matrimonio coniunctis tum; etiam quia nullo iure habetur eos esse illegitimos, & culpa parentum, proinde filijs obesse non debet, nisi in casibus in iure expressis, ergo quamuis peccauerit parens post ordines sacros susceptos copulam habendo cum sua coniuge, hoc peccatum obesse non debet filio ex tali coitu progenito.

7 Ampliatur tenor huius constitutionis, vt si clericus in testamento reliquerit filio illegitimo bona, referēs se ex contractu quodam oneroso esse debitorem ipsius, neque tenentur hæredes testatoris illa tradere dicto filio illegitimo, nam talis confessio facta etiam in testamento, nihil probat nec in foro interiori, nec exteriori, cū enim spurius sit incapax bonorum paternorum *auth. ex complexu C. de incest. nupt.* censetur talis confessio facta in fraudē legis *l. cum quis decedens §. codicillis ff. de leg. 3. l. qui testamentum ff. de probat.* & præsumitur testator id fecisse ex affectu naturali, vt notat *Bald. in l. 1. num. 4. de falsa. caus. adiect.* quod est verum quāuis talis confessio esset iuramento vallata, nā etiam in tali casu, non carebit huiusmodi confessio fraudis suspitione, vt obseruat *Bartol. in d. l. cum quis decedens §. titia num. 1. Roman. consil. 120. numer. 15. Alex. consil. 18. volum. 3.* nisi concurrerēt aliæ coniecturæ, quæ id probarent, vt optimè habetur *per Felin. in cap. literas num. 11. de præsumpt. Natta consil. 146. nu. 17. & patet ex d. l. qui testamentum ff. de probat.*

8 Ampliatur secundo hāc con-

Digitized by Google

constit. intelligi non solum de bonis Ecclesiæ; sed etiã de quibuscumq; patrimonialibus, *vt idem Sanctissimus Pius V. declarauit in alia constit. incip. ad Romanum spectat Rota decis. 487. par. 1. in nouiss.*

9 Amplia tertio, vt comprehendat non solum testamenta, sed etiam donationes ex quibuslibet bonis acquisitis ex beneficijs, & cęteris rebus Ecclesiasticis *vt habetur in dicta bulla.*

10 Ampliatur quarto, vt huiusmodi constitutio liget vbique licet in Curia tantũ fuerit publicata *iuxta resolutiones sapius factas, tam coram bona memorie Rubeo de anno 1579. quam etiam in causa Romana de Peruschis sub die 29. Februarij 1580. coram Robusterio, & latius in Perusina de Vbaldis 25. Octobris 1589. coram felic. record. Clem. Papa VIII. tunc auditore, & in vna Bononien. alimentorum coram Penia 28. Martij 1594. vt idem videmus in terminis constit. eiusdem Pij V. de nõ admittendis resignat. vt fuit resolutum in causa Hyporegien. Canonicat. 14. Maii 1584. coram Orano, & in vna Papien. bonorum 16. Ianuarii 1598. coram Eminentiss. Cardin. Pamphilio.*

11 Declarabis autem conclusionem memoratæ constitutionis pluribus modis, & primo, non procedere, quoties clericus institueret hæredẽ suorũ bonorũ aliquẽ habilẽ, cui cõmendaret filiũ suũ illegitimũ, nam hic rectè institutus poterit filiũ clerici testatoris instituere hæredem vel restituere hæreditatem illegitimo, debet enim cauere clericus ne hæredem suum obliget ad restituendam hæreditatem filio, & hanc cautelam tradunt *glos. in auth. quib. mod. nat. effic. sui §. fi. in verb. participium Castr. in l. si is qui ff. de vulg. Specul. tit. de succeff. ab intest. §. 1. verf. quid si pater nu. 30.*

12 Declara secũdo, nec procedere si tales filii illegitimi instituerentur sub conditione si fuerint à superiore legitimati, tunc enim sequuta legitimatione poterint spurij tuta conscientia hęreditatem obtinere, cum incapax possit institui hæres in tempus quo capere possit, *l. in tempus ff. de hæred. instituend. & l. sicut ff. quib. mod. vsufruct. ammitt. & notat ibi glos. in princip.*

&

Digitized by Google

& hunc modum afferunt *Paris. lib. 3. conf. 23. num. 24. in fin. Socin. iun. lib. 2. conf. 121. num. 25. Crot. conf. 425. nu. 48. Graff. de effect. cler. effect. 15 nu. 53. Decius conf. 40. Castrens. lib. 2. conf. 301. vers. ad primum de Pret. interpr. vltim. volunt. lib. 2. inter. 2. fol. 1. num. 38. Bald. in l. Gallus §. instituens num. 2. ff. de liber. & posthum. & ibi Iason. num. 5. Gomez. in l. 9. tauri num. 18. Couar. de spons. sal. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 5. & 12. Molina lib. 2. de primogen. cap. 7. num. 40. & 41. Duen. regul. 366. Canal. comm. opin. q. 391. nu. 1. & q. 472. Curtius iun. conf. 84. n. 3* dicens esse veram opinionem *Gualdensis de art. testandi tit. 1. cautela 14. num. 16. Cotta in vltimis memorialibus verbo spurius, Aretin conf. 155. Molin. tom. 1. de iust. disp. 169. in fin.* vbi dicit hanc sententiam esse veram, dummodo quam primum licuerit petatur legitimatio putatque reddi constitutionem inualidam si semel denegetur, nec enim legitimi hæredes expectare debent, quousque talis filius non obtempta legitimatione moriatur, vt in eius bonis succedant. Ait etiam *Molina in cad. disp. 169. ad finem vers. hactenus cum Claro in §. testamentū q. 31.* quod si pater filium non dum legitimatum hæredem suorum bonorum instituat isque ante patris mortem legitimationem consequatur eam institutionem esse validam. notat etiam *Lapus in rubr. de don. inter virum & vxorem §. 29. nu. 4. Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 5. num. 12.* asserens spurium, qui est institutus hęres sub conditione si à Principe fuerit legitimatus posse quamdiu cōditio non est impleta petere bona illa hæreditaria eaque tanquam curatorem administrare.

Tu autem animaduertas hodie tales illegitimos, quamuis restitutos natalibus quauis authoritate, adhuc comprehēdi sub hac dispositione, vt habetur in hac bulla.

13 Declaratur tertio, & hæc cautela traditur per Doctores, si Clericus faceret filiū suum contrahere societatē vniuersalem cum aliquo, & postea socium instituat hæredem suorum bonorū, nam tūc ratione societatis initæ habebit spurius me-

Digitized by Google

dietatem bonorum paternorum, nec tunc illam habebit non ex bonis patris, sed socij, cum quo fuit inita societas, vt tradūt *Corset. sing. verb. spurius Duen. regul. 366. limit. 11. Bald. cons. 75. lib. 2.*

Verum hæc cautela reprobata fuit, ptout mihi neque placet, cum in dubio videatur facta in fraudem legis, vt benè notat *Couarr. de sponsal. p. 2. c 8. §. 5. nu. 11 in fine*, maximè in terminis huius bullæ prohibētis successionem non solum respectu parentum, sed etiam aliorum.

14 Declaratur quarto, vt licet filius clerici non possit patri succedere, nec ab eo aliquid accipere, non tamē prohibetur, neposetiā non legitimus succedere, & capere ex testamento aui clerici, *ita Molin. tom. 1. de iust. disp. 176. conclus. 9. Clar. §. testamentum q. 32. Paleot. de noth. c. 51. Parlado lib. 1. rer. quot. q. 26. Gomez. in l. 9. tau. nu. 17. Duen. reg. 366. limit. 2 & Pinell. in 3. C. de bon. matern. nu. 3.*

Quā declarationem dicas procedere posse, ante hanc constitutionem per quam expresse prohibetur successio bonorum, non solum suis, sed etiam extraneis illegitimis.

15 Declaratur quinto, vt post hanc constitutionem, possint clerici præbere alimenta filiis spuriis ex bonis Ecclesię, & dotem congruā filiæ spuriæ iuxta circumstantiam, & qualitatem personæ, *Nauar. de spol. cleric. §. fin. nu. 5. & seq. Molin. to. 1. dt. iust. disp. 167. Azor. to. 2 lib. 2. cap. 12. q. 5. & cap. 4. q. 20.* & ratio est, nam Pius V. videtur solum abrogare priuilegia faciendi testamēta, & donationes causa filiorū illegitimorum concessa iure speciali, non autem priuilegia concessa iure communi, de iis enim priuilegiis nulla fit mentio in dicta constit. Pij V. at de iure communi possunt clerici præbere alimenta filiis spurijs, vt constat *ex text. in cap. cum habeat de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult. affirmat Abb. cōs. 50. & 115. vol. 2. Dec. cons. 312. num. 4. Marsil. sing. 358. Menoch. quæst. 36. lib. 1. nu. 13. de præsumpt. Couarr. in epit. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 1. & 6. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. num. 5.* Et quamuis *Rota in decis.*

decis. 214. *p.* 2. *to.* 1. *in nouiss.* aliud sentiat, Tamen post hanc decis. sæpissimè fuit iudicatum per eandem Rotam, posse clericos ex redditibus beneficii alere filios spurios, & illis aliquid relinquere: & dotare etiam filios spurios, nec hoc esse Pij V constit. sublatum, cū de iure communi clericus possit alere filiam spuriam, poterit etiam illam dotare, nam dos loco alimētorum succedit, ex quo ante hanc constit. opinio communiter erat recepta posse, imò teneri patrem alere, & dotare filias spurias, etiam ex prouentibus, & fructibus beneficiorum, vt docent *Paleoth de noth. cap.* 45. *nu.* 5. *Burſat. conſ.* 225. *num.* 98. *lib.* 3. *Abb. in cap.* 1. *num.* 44. *de pecul. cleric. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. pag.* 13. *num.* 9. *& pag.* 310. *num.* 23. *&* 24.

Et quamuis, posset obijci per dictam bullam directè præcipi, ne illegitimis aliquid detur etiam intuitu paupertatis dotis, & cęt. Attamen illi obiectioni respondendum est, solum prohiberi, ne quid detur vi alicuius falcultatis, licentiæ, priuilegii, vel indulti concessi aliquo iure speciali, non tamen prohibetur id quod licitum est de iure communi. Vnde non absque ratione de iure terminatur bona prohibita alienari, posse ex causa dotis alienari, vt habetur *in text. in auth. resque C. commun. delegat.* Imò in casu proposito secundum aliquorum opinionem, nec Pontificem posse hoc prohibere, vt per *Azor. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæſt.* 11. *Molin. diſput.* 146. *in fin. tom.* 1. *de iuſt. & Rot. diuerſ. deciſ.* 487. *par.* 1. vbi habetur hanc legem alioquin irrationabilem esse, & nimis duram, ita post alios dixit *Nald. in ſumm. verb. clericus num.* 15. & decidit hunc articulum, *Rot. d. deciſ.* 487. *num.* 3.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Confugientes ad Ecclesias (praeter exceptuatos in bulla Grego.) gaudent immunitate Ecclesiastica.

2 Clerici an gaudeant immunitate Ecclesiastica.

3 Constitutio Gregorii derogauit iuri communi.

4 Committentes grauia delicta (praeter homicidium, & mutilationem membri intus Ecclesiae) gaudent immunitate.

5 Delinquens propè Ecclesiam sub spe confugiendi ad eã gaudet immunitate.

6 Arma an possint auferri à confugiente ad Ecclesiam.

7 Extractio ab Ecclesia sufficit, vt sit attentata.

8 Extractus à satellitibus absque mandato Iudicis ab eo est restituendus.

9 Frangens fores Ecclesiae, vel eas comburens gaudet immunitate.

10 Palatium Episcopi quamuis longè distet ab Ecclesia gaudet immunitate, & quid ipso absente, vel mortuo, vel alteri fuisset locatum, & quid de domo communi Canonicorum, vulgo la canonica num. 11.

12 Mercator fraudulenter decoctus, an gaudeat immunitate Ecclesiastica.

13 Occidens clericum gaudet immunitate.

14 Fugiens à carceribus, vel manibus familiae an gaudeat immunitate.

15 Ecclesia incepta aedificari gaudet immunitate.

16 Confugiens si habuerit manus ad portas Ecclesiae clausas gaudet immunitate idemque si tangeret parietes.

17 Immunitati renunciari non potest.

18 Alimenta licet prohiberi nequeunt confugienti ad Ecclesiam, Tamen possunt apponi custodes donec diseptetur se gaudeat nu. 18.

20 Confugiens ad Ecclesiam an possit extra illam tutus exire ad exonerandũ corpus, modo statim redeat.

21 Apotheca Ecclesiae habens ad eam aditum gaudet immunitate.

22 Excõmunicatus gaudet immunitate.

23 Falsificans literas cambij gaudet immunitate.

24 Domus, & quodlibet inhaerens Ecclesiae gaudet immunitate dummodo sit domus in dominio vtili, & directo Ecclesiae, secus si sit liuellaria nu. 25.

26 Cam-

Digitized by Google

26 Campanile Ecclesiæ gaudet immunitate.
27 Remiges voluntarij vulgò bonauoglia gaudent immunitate.
28 Debitores ex causa ciuili gaudent immunitate, & an debitores Ecclesiæ, vel fisci nu. 29.
30 Extrahens an puniri possit alia pœna, quam excommunicationis à Iudicibus secularibus.
31 Extrahens confugientem ab Ecclesia ob delicta non excepta, etiam de licentia Ordinarij incidit in excõmunicationem.
22 Extrahens confugientem incidit in excommunicationem, licet fuisset facta restitutio extracti.
33 Extrahens non excusatur à consuetudine.
34 Extrahens etiam absque dolo est excommunicatus.
35 Immunitatis exceptio opponi potest in qualibet parte Iudicij.
36 Confugiens ad schalas ecclesiæ gaudet immunitate.
37 Extrahens confugientem etiam volentem an sit excommunicatus.
38 Confugiens non potest extrahi, quamuis constaret non gaudere immunitate, & & num. 88. latè, & quid si Episcopus denegaret licentiam ibidem nu. 38.
39 Tectum ecclesiæ gaudet immunitate.
40 Episcopi nequeunt pro delictis non exceptis eicere delinquentes ab Ecclesiis.
41 Confugiens deceptus subdolis verbis ad egrediendum ab ecclesia an gaudeat immunitate.
42 Venenantes an gaudeant immunitate.
43 Suspectus vehementer de hæresi non gaudet immunitate.
44 Crassatores viarum publicarum non gaudent immunitate. Declara vt nu. 45. 46. 47. 48.
49 Occidens vel mutilans membrum intus ecclesiam non gaudet immunitate. Amplia vt num. 50. 51. 52. & 53. Declara vt nu. 54. 55. 56. 57. & 58.
59 Assassinus non gaudet immunitate.
60 Assassinus quis dicitur.
61 Auxiliatores assassini non gaudent immunitate, & quid in vxore nu. 62.
63 Mandans, & mandatarius assassini dicuntur, & priuantur immunitate, & quid si mandans reuocasset mandatum nu. 64.
65 Depositarius conuentus pecunia

Digitized by Google

cunia in assassinio priuatur immunitate.

66 Vulnerans mediante pecunia nõ sequuta morte, gaudet immunitate.

67 Assassinus accipiens pecuniã pro vulnerando aliquem non dicitur si non acceperit pro occidendo.

68 Mandans aliquem vulnerari pecunia mediante, cum prohibitione ne occidat, sequuta morte, non dicitur assassinus.

69 Assasinus quis dicitur, & n. 70. & qualiter sint probanda qualitates assassinij nu. 71.

72 Mediator, seu protenetæ gaudet immunitate.

73 Proditor homicida non gaudet imunnitate, declaratur nu. 74. 75. 76 77. 78. & 79. & quis dicatur proditor nu. 80.

81 Salutationes non constituũt affectum amicitiæ.

82 Maritus occidendo vxorem in adulterio deprehensam post triennium an dicatur proditor.

83 Occidens aliquem cum scoppetto paruo an dicatur proditor.

84 Filius familias confugiens ad ecclesiam ne corrigatur à patre non gaudet immunitate.

85 Oratorium priuata domus non gaudet immunitate.

86 Extrahentes ministri seculares non autem personæ priuatæ incurrunt excommunicationem contentam in bulla.

87 Inditia indubitata non sufficiunt ad declarandum excommunicatum extrahentem.

88 Iudex Ecclesiasticus an teneatur stare processui fabricato per Iudicem secularem.

89 Exceptuatum delictum probari debet concludentibus probationibus.

90 Confugiens extrahi nequit, quamuis cõstare non gaudere absque licentia Episcopi.

91 Forma bullæ nisi obseruetur incurritur pœnam excommunicationis, amplia vt num. 92. & 93.

94 Birrurijs an credatur vel reo de extractione facta ab Ecclesia numer. 95. & cognitio talis extractionis spectabit ad Episcopum nu. 96.

97 Defensiones non dantur confugienti contra testes deponẽtes de criminibus exceptis.

98 Absolutio ab excommunicatione contracta ob extractio-

Digitized by Google

ctionem, cui nam spectet. Additur cautela, vt reseruetur Sanctissimo nu. 99.

100 *Absolutio à tali excommunicatione, & an facultas extrahendi, & quando cõpetat Vicario.*

101 *Abbates non habent ius declarandi excommunicatos extrahentes, nec facultatem extrahendi confugiẽtes.*

102 *Absolutio an sit impartienda extrahenti, ob difficultatem restitutionis.*

De immunitate Ecclesiastica.

Super Bulla Gregorij XIV.

MAteria huius constitut. incip. *hac perpetua valitura constitutione de anno* 1591. emanatæ quam hodie sit in Tribunalibus Ecclesiasticis agitata, demonstratur vltra *Farin. Ambros. & alios de immunit. Eccles. per Genuens. in prax. Cur. Archiep. cap.* 27. *& fusè per* Dian. *in resolut. moral. parte* 1. *tit.* 1. vbi quamplurimæ quæstiones subtiliter disceptantur.

Sed pro comodiori beneficio lectoris aditu, post terga illorum spicas recolligẽdo, non me puduit pro choronide, quosdam quotidianos casus referre, firmissimam conclusionem tuendo, vt omnes ad Ecclesias confugientes (præter in hac constit. exceptuatos) gaudere debeant Ecclesiastica immunitate, ita vt ab ea absque labe excommunicationis extrahi nequeant.

2 Cuius cõst. tenor ampliatur primo non solũ in laicis sed etiam personis Ecclesiasticis, voluerunt *Govarr. lib.* 1. *var. resol. cap.* 20. *Clar. §. fin. q.* 30. *Farin. de carcer. & carcerat. q.* 26.

Contrariam tamen partem amplectuntur *Abb. in cap. inter alia de immunit. eccles. quem sequuntur Diaz in prax. cap.* 115. *Navarr. in manual. cap.* 25. *num.* 22. & hanc opinionem esse vsu receptam in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur *Genuens. in prax. Arch. tit.* 17. *num.* 11. subdens posse extrahi à Iudice Ecclesiastico ad finem, vt ab ipso puniatur: non autem à Iudice sæculari, quia bulla loquitur de laicis, & non de personis Ecclesiasticis. *Maldus in summa verbo clericus nu.*

nu. 25. *Dom. Riet. decis. 89. p. 2. Genall. comm. contra com. q. 689. Diana var. resolut. q.* 30. quod ampliatur procedere etiam in monacis, nã nec gaudebunt immunitate Ecclesiastica *D. Riccius decis. 182. par. 3.* & ratio est, quia cum vterque semper potest commorari in proprijs ædibus nunquam posset per superiores puniri, *Nauarr. man. cap. 25. nu. 22. Boer. decis. 109. num. 3. Diaz. pract. crim. cap. 115. num. 7. & alii relati per Nald. in summ. verba ecclesia num. 7.* quæ opinio procedit etiam quod degeret in Ecclesia regularium, & sic exempta *Dom. Riccius decis. 326. p. 3.*

Genedus vero Canonicar. qq. q. 42. num. 5. inquit non posse extrahi personas Ecclesiasticas ab Ordinario, nisi in criminibus, & casibus expressis à Iure, vel quã do à Romano Põtifice esset approbata expresse huiusmodi consuetudo, quam sententiam rationibus substantialibus defendit, & ita nouissimè inquit *Salgado de protect. reg. tom. 2. par. 2. cap. 4. n. 114. Diaz. in pract. crim. cap. 123. in fine Clar. in pract. §. fin. q. 30. nu. 16. Zerola in prax. Episcop. par. 1. §. immunitas ecclesiastica verf. 8. Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 1. Couarr. lib. 2. vár. cap. 20. num. 16.* & hanc magis communem opinionem putant *Bobadilla in polit. tom. 2. lib. 2. cap. 14. nu. 57. glos. lit. P. Farin. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 7. Ambrosin. cap. 12. per tot. Duradus in bulla cœna li. 2. can. 15. q. 16. num. 13. & alios consuluit Giurba in cons. 40. Bonacin. disp. 3. q. 7. §. 3. nu. 6. fol. 626. de leg. & decalog.*

Sed nouissimè clericos confugientes ad ecclesiam gaudere immunitate eccle siastica voluerunt *Diana in tract. de imm. Eccles. resolut. 24. par. 1. Barbos. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 6. nu. 14. Lotther de benefic. tom. 1. lib. 1. q. 13. num. 113.* & iuxta hanc opinionem determinatum fuisse à sacra Congregatione Cardinalium tam Concilij Trident. interpetrum quam Episcopo rum, & regularium reperio, & cum per Reuerendissimum Episcopum Neo castri fuisset rescriptum sacrę Congregationi Cardinalium pro causa cuiusdã clerici, qui de anno 1618. ob patratum homicidium ad Ecclesiam confugerat,

per

Digitized by Google

per Eminentissimum Cardinalē Iustinianum fuit responsum sub sequenti tenore.

Molto Illustre, e Reuerendissimo Signore come fratello. Hò riceuuto vna lettera di V.S. dell' 11. del passato, e per rispostagli dico, che nella Congregatione del Concilio è stata seguitata l'opinione contro l'Abbate, che l'Ecclesiastici godino l'immunità delle Chiese, perche il priuilegio è datto alla Chiesa, e così sequita ritenere la Congregatione de Vescoui. Io poi sono al solito suo, e li priego ogni vero contento. Di Roma li 10. di Agosto 1618.

Come fratello affettionatiss.

Il Card. Giustiniano.

Quare de hac quæstione non amplius dubitandum esse censeo, & quamuis in hac nostra Curia Archiep. Neapolitana contrarium obseruatum fuit hoc euenit ex consuetudine, de qua testatur *Nouarius frater in praxi elect. fori quæst. 13. n. 6 sect. 4. in nouiss.*

Ampliatur secundo, huiusmodi constitutionem derogare iuri communi, prout determinauit *Sanctissimus Clemens Papa VIII. in quodam breui ad Archiepiscopum Panormitanum, datum Romæ 6. Februarii anno* 1597. & hoc ex rationibus infra dicendis; tum quia in dicta constitutione Summus Pontifex pluries fecit mentionem iuris communis, & quando voluit, quod in aliquo casu illibatum permaneret hoc expressit, vt patet quando loquitur de clericis monacis militibus, eorumque priuilegijs, & Summus Pontifex promulgauit illam constitutionem per modum legis vniuersalis, & statuti, ergo abstulit, & correxit ius cōmune, nam in dicta constitutione Pontifex reducēdo omnia ad vnam formā tollit facultatem aliter interpetrandi, ergo, &c. & quod dicta constitutio reuocet non solum priuilegia; sed etiam ius cōmune dixerunt *Aponte decis. 4. in fine Capiblanc. de Baronib. prag. 8. par. 2. num. 105. Genuens. in prax. Cur. Archiep. cap. 17. num. 11. Gratian. discept. forens. cap. 180. num. 29 tom. 2. Tusc. conclus. 11. n. 9. verb. Ecclesia Giurba cons. 20. & cons. 30. num. 2. & 13. & D. Riccius par. 1. dec. 140. & collect. 1792.* ac etiam cō-

suetudines *Maser. resol. 15. nu. 5. lib. 2. Gisrb d. conf. 50. nu. 14. & conf. 70. nu. 9. Ambros. de imm. Eccles. cap. 14. n. 3. Peregrin. de immun. Eccles. cap. 2. à nu. 16. & seqq.*

4 Ampliatur tertio, vt gaudeant immunitate Ecclesiastica committentes grauia delicta, extra homicidia, & mutilationes membrorum intus Ecclesias, & ideo sequitur, vt committentes sodomias stupra falsificantes monetas, & similia agentes intus Ecclesias gaudeant dicta immunitate *D. Rice. collect. 1792. Farin. de immun. eccles. cap. 16. num. 208. & 209. Peregr. de immun. eccles. c. 6. num. 23. Gratian. disceptat. forens. tom. 2. cap. 380. num. 29.* & ratio est, quia priuatio immunitatis non est extendenda ad casus in bulla nō expressos, sed in dicta bulla excipitur tantum homicidium, & mē brorum mutilatio, ergo nō est trahenda ad alia, licet enormia delicta, quāuis obstet regula, vt de similibus ad similia sit iudicandum; nam illa procedit in materia fauorabili; secus verò stricta vt in hoc casu, vnde blasphemi adhuc gaudebūt immunitate Ecclesiastica, *Decian. cap. 28. nu. 6. Ambr. cap. 8. n. 10. & Bonacin. disp. 3. q. 7. §. 2. nu. 4. sect. 1. tom. 1. Farin. de carcer. q. 28. nu. 67. idem Bonac. de leg. & decal. disp. 3 q. 7. §. 4. nu. 3. fol. 630.* & de clerico sodomita, q̄ gaudeat immunitate latè defendit *Danza tit. de imm. eccles. cap. 4. per totum.* & de laico, qui furatus est bona Ecclesiæ, & captus est in eadem Ecclesia fuisse restitutum testatur *D. Riccius dec. 110. p. 1.*

Quaptopter si Sanctissimus voluisset alia delicta, præter duo excludere dixisset iuxta reg. *l. si vni §. sin autem ad desicientis C. de cadur. toll. & ad audientiam de decim. c. 2. de translat. prælat. Menoch. cons. 1. nu. 178. Surd. dec. 88. nu. 4.* & ideo noluisse præsumitur cū facile id exprimere potuisset neque expressit, prout poterat dicendo (vel alia grauia delicta) *Menoch. cons. 30 num. 8.* & ideo non erit facienda extensio ex identitate rationis in hac materia bullæ, quæ non erit ampliāda, nec extendenda, nec limitāda, sed verba ipsius sunt intelligenda prout sonant, *latè Dian. var. resolut. tit. de imm. resol.*

5 Am-

5 Ampliatur quarto, gaudere delinquentem propè Ecclesiam sub spe confugiē di ad eam. *Peregr. de immun. eccles. cap. 6. num. 39. Suarez tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 3. cap. 11. nu. 4.* Et ratio colligitur ex verbis dictæ bullæ, quæ solum excludit, ab immunitate homicidia, & mutilationes factas in Ecclesijs, ergo cum distinctè dicit in Ecclesiis, & cimiterijs, virtute ponitur exclusiua extra Ecclesiam, & cęmeteriū ante bullam voluerunt, *Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 28. nu. 5. Tabien. verb immunitas num. 10. Armilla eod. verb. num. 15. Sed Giurba in eius cons. 90. distinctionem adducit.*

Attamen *Danzo in tract. de pugn. Doct. tit. de imm. eccles. cap. 2. n. 6.* refert Clem. VIII bonæ memoriæ decreuisse delinquentes propè Ecclesiam illius immunitate tutos non esse, & hoc notabile putat ipse author.

6 Ampliatur quinto, vt neque arma possunt auferri à reis confugientibus ad Ecclesias, *Farin. de immun. eccles. c. 16. nu. 248.* ratio enim colligitur *ex cap. 1. & 2. de immun. eccles.* vbi Iudices sæculares expressè prohibē tur aliquam iurisdictionem in Ecclesia exercere, *vide Peregr. de immun. eccles. cap. 13. nu. 5.*

Contrarium tamen tenet *Dom. Ricc. resolut. 26. par. 2.* vbi inquit non incurrere pœnas huius bullæ. verum possunt excommunicari tales arma ab eis auferentes *Diana resolut. 8.* & ita continuè obseruat nostra Curia Archiep. prout obseruauit in causa Gubernatoris Turris octauæ, qui extraxerat cultrum prohibitum à confugiente in quadam Ecclesia, mandante sic Domino meo obseruandissimo Felice Tamburello Vicario generali satis quidem circū specto, & omnium virtutū perspicuo.

7 Ampliatur sexto, vt ad incurrendam excommunicationem latam per Gregorium XIII. sufficiat actus attentatus, ita *Peregrin. cap. 4. num. 7.* vt patet ex verbis d. bullæ ibi (*quidquam aut contra huius nostræ huius constitutionis tenorem attentare præsumpserit*) *Farin. cap. 20. nu. 322. Megal. 3. p. lib. 4. c. 2. nu. 30. in fin.* & ideo requiritur aliqualis actus exterior *Ambros. cap. 15. num. 6.* nec sufficit sola cogitatio &

Digitized by Google

sic vltra cogitationem copulatiuè requiritur aliqua qualis tractatus. Imo si ad aliquem actum fuerit deuenctum hoc casu pœnitentiæ locus non est plures sequitur *Farin. decarcer. q. 28 num. 4. par. 1.*

8 Ampliatur septimo, vt Iudex, qui nō mandauit extrahere reū ab Ecclesia, sed satellites illum extraxerūt, teneatur reum restituere in Ecclesia, *ita Megal. in 3. par. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 32. Peregr. cap. 14. nu. 10. Farin. cap. 10. num. 324.* quoniam talis reus est effectus pro restitutione Ecclesiæ, quæ fuit vi spoliata, & ideo ad quēcumque transierit cum tali onere transit, sicut res furtiua, *vide Genuens. in prax. c. 17, nu. 5.* quod accidit in casu, & vide *Bonacin. disput. 3. q. 7. §. 6. num. 7. sect. 1. to. 2.*

9 Ampliatur octauo in violante Ecclesias frangendo fores, vel eas comburendo, nam gaudebit Ecclesiastica immunitate, *Peregr. cap. 12. nu. 15.* ratio autem patet ex dicta bulla excipiente aliquos casus cum dictione taxatiua tantum, quæ dictio tollit extensionem ad non expressa.

10 Ampliatur nono, in reo confugiente ad palatium Episcopi, quod quamuis distet ab Ecclesia longe gaudet immunitate, *Peregrin. cap. 4. num. 69. Megal. 3 par. lib. 4. cap. 2. q. 1. nu. 36. Azor. par. 2. lib. 9. cap. 8. quæst. 5. & Giurba conf 10. num. 13.* & meritò, quoniam immunitas est concessa ratione dignitatis personæ Episcopalis, & sic siuè palatium sit intra quadraginta passus siuè non, siuè cum cappella, siuè sine cappella; gaudere debet ea immunitate, qua gaudet sponsa eius Ecclesia, & quamuis contrariū nonnulli asseruere tamen in praxi, & de iure ita obseruatum, vt est videre apud *D. meum Riccium in prax. p. 1. resol. 43. num. 2. & post alios Giurbam, qui infinitos cumulat conf. 10. nu. 13.* etiam Episcopo mortuo, vel absente, *Mar. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 4. §. 9. nnm. 4.* Nisi ipso mortuo, vel absente palatiū Episcopi alteri fuisset locatum *idem n. 8. Barbos in collect. DD. super cap id constituimus 17. q. 4. n. 1.*

11 Imo non solum confugiens ad palatium Episcopi sed & ad domos Canonicorum vulgo la Canonica, gaudebit immunitate dixit

Fa-

Digitized by Google

Farin. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 38. qui allegat Decianum.

12 Ampliatur decimo, in mercatore fraudulenter decocto, qui gaudebit immunitate ob rationem superius productam, quia per bullã non priuatur decoctus, nec inter casus exceptos reperiuntur, & bulla non est extendenda ad alios casus, vide *Farin. de immun. cap. 3. num. 64. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 380. num. 29. num. 29. Ambros. cap. 13. nu. 4. Navarr. in man. cap. 25. nu. 19. Bonacin. de leg. disp. 3. q. 7. §. 4. nu. 2. Graff. tom. 1. lib. 3 cons. 1. de immun. Eccles. & Regal. in 4. p. lib. 4. tit. 2. q. 28. nu. 33.* qui testatur de communi Doctorum sententia, *Dnen. reg. 175. limit. 4. Bost. decis. 215. nu. 7. & alii relati per Giurba cons. 100. nu. 17.*

13 Ampliatur vndecimo, vt occidens clericum, gaudeat immunitate ecclesiastica, *Peregr. de immun. cap. 12. n. 13. Farin. eod. tract. num. 114. Ambrosin. eod. tract. t. 4. num. 6. Navarr. cap. 25. n. 25. Silue. verb. immunitas 3. q. 3. Armill. eod. verb. n. 7. Suarez de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 3. Aler de censur. tom. 1. lib. 2. cap. 6. col. 3. Et quamuis Dnus. Riccius* videatur sententiam contrariam tenere *in prax. resolut. 309. par. 2.* Tamen mihi rationabilis videtur prima. & ita etiam sentit *Giurba cons. 50. nu. 9.*

14 Ampliatur duodecimo in fugientibus à carceribus, vel à manibus familiæ, *Boer. decis. 110. Dian. resol. 37. p. 2. de immun. eccles. Farin. de carcer. q. 28. num. 42.* quod intelligas quando ipse se eximeret, secus verò si fuisset ab aliis exẽptus à manibus familiæ *decis. Franch. 709. num. 3.* pro accidit casus iste in Ciuitate Castellanetem vbi Vicariatus officium gerebam; & fuit restitutus carceratus familiæ & ratio est, quia sicut Ecclesia quæ fuit spoliata habet interdictum de libero homine restituendo, ita etiam familia habet interdictum restitutionis, quia Ecclesia dicitur cultrix iustitiæ, vel semper fuisset detentus per birruarios, nam non obstante, quod ita detenctus vim faciendo traxisset secum birruarios intus Ecclesiam, non gaudebit immunitate, nisi liber, & solutus euasisset manus familiæ *D. Riccius dec. 263. par. 4.*

15 Am-

151. Ampliatur decimotertio etiam si Ecclesia non fuerit constructa, sed incepta ædificari D. Ricc. *decis.* 199. *p.* 1. *Borrell. in summ. decis. tit.* 3. *nu.* 39. *p.* 1. sive fuerit consecrata, sive non, sed benedicta *Suar. de relig. dom. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 1. *Gambac. lib.* 4. *c.* 62. *num.* 4. sive non consecrata, nec benedicta, sed obsequiis diuinis dicata *Sua. d.* 89. *nu.* 2. siue diuina officia non dum inceperint celebrari *idem Suar. num.* 4. sive interdicta sit sive polluta sit, nisi fuerit diruta Episcopi authoritate citra spem reædificandi fusè *Giurba in eius cons. crim.* 20. *num.* 19. de quibus omnibus vide *Farin. tit. de caract. & carcer. q.* 28. *num.* 34. *& seq. p.* 1.

16 Ampliatur decimoquarto, etiam si quis habuerit manus ad portas Ecclesiæ clausas, & nõ poterit introire *Couarr. lib.* 2. *var. resolut. cap.* 20. *Farin. q.* 28. *D. Ricc. resolut.* 429. accidit in facto in personam Nardellæ Terræ Bernaudi, qui tetigit portas Sancti Rocci, & alias in personam Marchi Scerræ, qui tetigit portas Sanctæ Sofiæ, & alias portas Sancti Sancti Ioannis, & fuit dictũ illos gaudere, *vide Giurb. cons.* 20. *nu.* 20. sentientem vt si reus portę clausæ adhęrens eius vectem manu retineat, nec inde euelli potest, nam fores sunt immunes, vt Ecclesia, *imo secundum Dianã resolut.* 73. *de immun. eccles. p.* 3. si parietem Ecclesiæ partis exterioris tangat, vel fuerit amplexus gaudebit immunitate Ecclesiastica, sed quid de recurrente ad tectum vide infra lim.

17 Ampliatur decimoquinto, vt non possit renunciari huic immunitati, *Mastrill. decis.* 160. *par.* 2. *Farin. qui plures cumulat de carcer. et carcerat. q.* 27. *nu.* 1.

18 Ampliatur decimosexto vt nec possint prohiberi alimenta ei qui confugit ad Ecclesiam per *tex. in l. præsenti lege in fine C. de iis, qui ad eccles. confug.* nam alias violaretur immunitas, sequitur *Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 17. *Guid. Pap. decis.* 124. *Clar. § fin. q.* 30. *Couar. var. resol. cap.* 20. *num.* 17. paria enim sunt, quod quis extrahat, vel quod prohibeat præstari alimenta *Suar lib.* 3. *de relig. cap.* 12. *Farinac. q.* 28. *nu.* 9. *Decian. lib.* 6. *crim. cap.* 27. *nu.* 6. *Ambros. cap.* 11. *n.* 7 *Villadieg. in polit. c.* 3. *n.* 235.

&

Digitized by Google

& facit text. in Auth. ut fidei libr. 3. agn. vbi necare dicitur is, qui denegat alimenta.

19 Verum posse apponi custodes, ne reus aufugiat donec cognitum fuerit, & disceptetur, an gaudere debeat immunitate dixerunt *Suar. lib. 3. de relig. cap. 12. num. 4. Farin. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 10. p. 1.*

20 Sed an extra Ecclesiam, & Ecclesiæ immunitatem possit quis exire ad exonerandum corpus, modo statim redeat, Ad quod videatur singularis *text. in cap. diffiniunt 17. q. 4.* vbi habeatur ea, quæ ad requisitæ naturæ vsum sunt necessaria esse permissa, & in terminis consuluit *Mantua cons. 60. post num. 17.* firmant etiam *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 27. nu. 6. in fin. Mar. Ital. de immun. Eccles. lib. 1. cap. 6. §. 2. nu. 26.* Vbi hoc memorabile declarat procedere, si intra fines Ecclesiæ non fuerit alius locus opportunus ad id perficiendum, quod notabis pro paruis cappellis, & habuit in facto Nouarius frater in Regia Audientia Apuleæ annis elapsis tempore quo Auditoris officio fungebatur.

21 Ampliatur 20. vt apotheca Ecclesiæ, quę ad eam habet aditum gaudeat immunitate Ecclesiæ, *vt per Farin. de carter. & carcer. stat. q. 18.* quæ ampliatio declaratur per *Ioãnem Franc. de Pont. decis. 35.* non habere locum vbicumque dicta apotecha haberet portam ad viam publicam idē sentit *Gierhad. cons. 10. nu. 14. D. Ricc. collec. 513. Thor. in compend. decis. verb. immunitas, & iuxta decis. de Ponte*, consului Illustrissimum Episcopum Selmon. ac Excellentissimum Principem eiusdem Ciuitatis, vt gaudere non deberet, quidam reus qui fuerat extractus à viridario connexo monasterio, quod viridiariū licet habebat aditū ad dictum Monasterium, Tamen, erat pariter aliud ad viam publicam, & ibi, solebant mulieres introire causa colligendi racemos vuarū, ex quo aditu cognoscebatur locus, *l. quod conclave ff. de damno infect. D. Ricc. decis. 171. p. 1.*

22 Ampliatur 21. in excommunicato *D. Ricc. decis. 94. par. 1. Clar. lib. 5. §. fin. q. 30. num. 18. Covarr. lib. 2. var. cap. 20. nu. 11. Ambros. c. 10.*

in

in fin. & Bonacin. disp. 1. q. 7. §. 3. num. 9. sect. 1. tom. 1. vbi num. 8. idem est de interdicto, & de leg. & de alog. disput. 3. q. 7. §. 3. nu. 8. & 9. fol. 627. nam gaudebunt immunitate.

23 Ampliatur 23. in falsificantibus literas cambii, & cum illis recipiendo pecunias ab eorum respondentibus, nam gaudent *Phebus decis. 81.*

24 Ampliatur 24. vt domus parochi annexa parochiæ gaudeat immunitate ecclesiæ, nam immunitatis priuilegium ad omne, quod Ecclesiæ inheret extenditur, *glos. in cap. 1. verba exempto de priuil. in 6. Dian. resolut. 71. lib. 3.* quæ enim religiosis inherent, religiosa sunt *l. quæ religiosis ff. de re vendic. l. prædijs §. balnea, & §. fitio ff. de leg. 3. D. Rioc. decis. 171. num. 4. par. 1.* & quod gaudeat hac immunitate resoluerunt *Mascar. var. lib. 1. resol. 18. num. 14. Farinac. q. 28. num. 18. Tusc. lit. E. concluf. 10. num. 7.* & alios refert *Giurb. d. conf. 10. nu. 8 & 9. vbi nu. 8.* ad quodlibet Ecclesiæ inherens puta de grancia, dormitorio, refectorio, claustro, seminario quolibet domo Ecclesiæ, ipsi coherente, & sic etiam in schala, *Farin. de carcer. q. 28. num. 14. D. Tassonus iudex M. C. V. integerrimus obserua. iurisd. vers. 13. obser. 2. nu. 31.*

25 Ad hunc autem propositum fuit à me quæsitum si quædam domus, quæ existebat intus Venerabilem Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Cappellam verum concessa ad emphiteusim cuidam laico si gauderet immunitate Ecclesiastica ex quo ab ea fuerat extractus N. & pro negatiua opinione respondidi, nã licet captus in domo Ecclesiæ gaudeat immunitate, si ipsi cohereat ad tradita per *Clar. in §. fin. q. 30. & Farin. q. 28. n. 12. & Mascar. resol. 18. nu. 4. lib. 1.* Tamen debet esse in dominio directo, & vtili, & non liuellaria, vel emphiteutica per sæculares possessa ad quod facit *Conf. Natt. conf. 333. nu. 1. Pariss. conf. 21. num. 32. in 2. edit. Gratian. 314. n. 2. conf. Surd. 450. nu. 43.* Hinc adducebatur à simili domos, in quibus residere debent fratres cappellani cæterique Ecclesiæ Ordinis Hierosolymitani ministri, iuxta terminos *S. C. T. sess. 24. c. 11.*

esse

Digitized by Google

esse debere quo ad directū, & vtile dominium, & non emphiteuticas per seculares possessas *Gutierr. conf. 77. n. 2. & Mascar. resol. 18. num. 4.*

26 Sed quid dicendum de campanili Ecclesiæ primafacie dicerem, quod si esset adiunctum Ecclesiæ, nec paterentur diuisionem gaudere per ea, quæ supra diximus, & faciunt argumenta pollutionis Ecclesiæ, quæ extenduntur ad cimiteria eis contigua iuxta dispositionem *text. & ibi notab. gl. in cap. vnico de consecrat. eccles. vel altar. in 6. & quæ dixi superius ampliat. 31.*

Imò, quamuis esset diuisum ab Ecclesia, adhuc censerem gaudere debere immunitate, cū videamus palatium Episcopi licet diuisum sit ab Ecclesia, gaudere dicta immunitate, per ea quæ supra diximus in ampliat. decima, & campanile habet plus spiritualitatis, quam palatium Episcopale, dùm ibi adsunt campanæ oleo sanctissimo consecratæ, & exercentur opera pia, quando pulsantur in Dei honorem, & vulgo appellatur turris sacra, vnde meritò sancitum fuit campanas nō posse publicè teneri in oratorijs priuatis etiam per religiosos *e. patentibus literis de priuil.* & hæc opinio est magis pia.

Nec obstat *glos. ad cap. vnico de consecrat. in 6.* vbi polluta Ecclesia dicitur pollutum cimiterium ei contiguum, & nō disiunctum, nam respondetur, ibi agi de materia odiosa, hic verò de fauorabili, vt est immunitas vide quæ dixi infra ampliat. 44.

27 Ampliatur 25. vt voluntarii remiges vulgo appellati bonauoglia, nec non damnati perpetuò vel ad tempus ad triremes gaudeat immunitate Ecclesiastica *Gimbac. conf. 30.*

28 Ampliatur 26. vt debitores ex causa ciuili gaudeant hac immunitate, & ratio est quia si Ecclesia tueatur delinquentes ad ipsam confugientes in causis criminalibus, ergo à fortiori debet tueri debitorem ex causa ciuili, ita *Farin. de carcer. & carcer. q. 28. num. 32. & de immun. nu. 57. & seq. Decian. cap. 28. num. 34. Suar. cap. 11. num. 3. Gonzal. lib. 2. cap. 20. num. 14. Ambrosin. cap. 13. num. 1.* etiam si debitores obstricti sint debito publico, aut suspecti

sint de fuga, aut decoxerint cum magno Reipublicæ detrimento *Suar. c. 11. nu. 3. & post alios Bonacin. disp. 3. q. 7. §. 4. num. 2. sect. 1. tom. 2.* nisi essent decoctores fraudulenti, & dolosi simulantes bona decoxisse in fraudē suorum creditorum illa occultantes *Couarr. d. c. 10. num. 14. Boer. decis. 215 nu. 5. & 7. & latè Gratian. discept. forens. c. 380. tom. 2. idem Bonac. de leg. & decal. disput. 3. q. 7. §. 4. nu. 2 f. 629.* Sed contrarium puto verius per superius adducta cum bulla ipsos tales non excludat.

29. Quæri tamen ad hunc effectum posset an debitores Ecclesiæ ad eam confugientes gaudeant immunitate Ecclesiastica.

Prima facie, videtur dicēdum non gaudere, cum Ecclesia præsertim contra debitores liquidos habeat nonnulla priuilegia inter quæ, est illud vt contra eos procedatur via exequutiua iuxta relata per *Genuens. in pract. eccles. q.* 490. Prout etiam debitor speciei Ecclesiæ non liberatur eius interitu etiam absque interpellatione *idem quæstione* 577.

Quidquid tamen sit cōtrarium verius esse puto, nempe gaudere, & ratio erit iure cōsona, quoniam, Ecclesia, & fiscus æquiparantur, & tamen fiscus in hoc nō priuilegiatur, nam ipsius debitores, vt puta tributorum exactores, & publici debitores confugientes ad Ecclesias gaudebunt immunitate Ecclesiastica ad tradita per *Farin. de imm. nu.* 61. plures referendo. Ita & pariter, gaudebūt debitores Ecclesiæ, & argumentum de fisco ad Ecclesiam valet, subsistente tamē identitate rationis, & dummodo contrarium non reperiatur in iure expressum, & casus sit applicabilis, vt in casu nostro tenet *Everard. per text. in l. fin. C. de sacr. Eccles. in cap. auditis vbi Abb. de in integrum restit. glos. in l. si procurator § fin. ff. de iur. fisci Tiraq. de priu. l. pia caus. priuil.* 143. *& latè Genuens. in pract. Eccles. q.* 251. Et ideo cum non reperiatur in hoc priuilegiata reputanda erit vti persona priuata cum sit cultrix iustitiæ, nec patitur aliquid contra iustitiam fieri in se vel in alios *cap.* 1. §. *sed diuersum de alien. feud.* *Bald.*

Bald. in auth. nisi rogati C. ad Trebell. num. 15. & cons. 24. lib. 2. Ancharan. cons. 231 num. 2. Roman. cons. 398. nu. 2. Vnde eius debitores gaudebūt immunitate, id enim operantur vbera matris Ecclesiæ dulcedine, & misericordiæ repleta *extrauag. vnica de sent. excomm.*

30 Ampliatur 27. vt licet de iure Canonico Iudex spiritualis repetere debeat per monitiones, & censuras extractum per vim ab Ecclesia, & nulla alia imponatur pœna, Attamen de iure ciuili erit puniendus extrahens si fuerit de facto ab eo extractus, ita loquitur *Christinaus in decis. Belgic. 54. n. 7. tom. 1.* & ideo pij Iudices laici in simili casu deberēt illos acriter punire, adhærēdo illi cantico Danid zelus domus tuæ comedit me.

31 Ampliatur 28. vt extrahentes reos inquisitos de delictis non exceptis à bulla de licentia Ordinarij ad huc incurrant pœnas bullę vt ego ipse firmaui in decis. Cur. Archiep. Neap. ad hūc non impressā, & videatur *Macer. resol. 15. lib. 3. ante n. 9.* in quo confugiens ad Ecclesiam ab ea extrahi nō potest tam à sęculari, quam ab ecclesiastico Iudice *Villag. de extens. leg. cap. si. post num. 4. Basurd. ad Clar. q. 30. num. 3. Decian. resp. 80. num. 7. lib. 3. Farin. de imm. Eccles. num. 32. & 3.* & ideo cum nullam potestatem habeat Episcopus in non exceptuatos crederem non cuadere pœnam irregularitatis, quoties extractus à Iudice laico esset ad mortē damnatus, vt latius est videre in d. nostra decis.

32 Ampliatur 31. vt extrahens confugientē incurrat adhuc excōmunicationem quamuis fuisset facta restitutio extracti ex verbis bullæ si aliquis attentare præsumpserit.

33 Ampliatur 33. vt nec ex consuetudine excusetur sęcularis si reum extraxerit, *Ambros. cap. 15. nu. 8. Guazzin. defens. reor. cap 34. Farin. q. 28. nu. 74. & licet Decian. lib. 6. crimin. cap. 28. num. 6.* dissentiat tamen prima opinio verior est videtur *Card. Tusc. lib. 1 concl. 59. nu. 18. & conclus. 11. nu. 9. tom. 2. & conclus. 10. nu. 1.*

34 Ampliatur 34. vt licet ad incurrendam pœnam non incurratur absque dolo, cū per Bullam solum puniantur dolosi, & temerarii, pro-

Digitized by Google

pter illa verba (præter vel contra attentare) præsumpserint) vt docent *Card. in clem. 1. num. 22. q. 32. de priuil. Nauarr. cap. accepta nu. 32. de restit. spoliat.* & post alios scripsit *Gratian. disce. forens. cap. 596. in fin.* nam verbum audeat, contemptum denotat, nec verificatur in ignorãte, vt per *DD. in cap. cum medicinalis §. fi. de sent excomm. in 6.* Attamen videtur sublatam esse hanc causam iustam, siue coloratam ex bulla cum in casibus etiam permissis ad Episcopos spectat extractio.

35 Ampliatur 35. vt exceptio immunitatis Ecclesiæ possit opponi in qualibet parte Iudicij *D. Riccius de resis 174. p. 1.*

36 Ampliatur 36. vt gaudeãt immunitate confugientes ad schalas Ecclesiæ *Farin. de carcer. & carcerat. q. 28. num. 14.* & cum ille casus occurrisset, & fuisset consultus huius Regni Excellẽtissimus Prorex fuit respõsum captum in scalis, gaudere immunitate, & restitui debere, vt refert nouiter *Danza de pugn. Doct. tit. de immunit. Ecclesiast. cap. 1. nu. 23.*

37 Ampliatur 37. vt si extractus contentaretur esse extractum non posset in præiudicium Ecclesiæ, cum liceat possit renunciare proprio commodo, remanet tamen præiudicium, & iniuria Ecclesiæ, cui nullum præiudicium afferri potest optimè *Mastrill. desis. 169.* quamuis contrariam partẽ firmauerit *Farin. in cõs. 168 num. 49.*

38 Ampliatur 38. etiam si constaret reum non gaudere immunitate Ecclesiastica, nam neque Iudex sæcularis posset illum extrahere ab Ecclesia absque licentia Episcopi, *Duard. in bulla cœnæ lib. 2. can. 16. q. 21, & ita fuisse decisum in Cur. Archiep. testatur Genuens. in prax. cap. 17, nu. 5. D. Riccius collect. 1742. & dicam infra nu. 88.* Nisi Episcopus denegaret licentiam extrahẽdi, nam posset Curia sæcularis delinquentem extrahere, & ducere ad carceres Episcopi, vt ab eo cognoscatur, si delicta ab eo commissa sint comprehensa in dicta bulla, ita *Genuens. in prax. cap. 18. nu. 5. Borgn. in repet. 1. par. decis. verb. Iudex Ecclesiasticus nu. 16.*

39 Am-

Digitized by Google

39 Ampliatur 39. vt tectum Ecclesiæ gaudeat immunitate Ecclesiæ, vt inquiunt *Villalob. in summ. tom. 2. tract. 39. diffic. 5. nn. 3. Suar. de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 63. Bonacin. tom. 3. in bull. cœnæ Dom. disp. 2. q. 5. par. 16. §. 6. nu. 19. & 20. & alij. de quibus per Dian. resol 73. par. 3.* & ideo multoties solet euenire, quod delinquētes fugati à satellitibus in subsidium se deijciunt super tecta Ecclesiarum à quibus nullatenus poterint absque metu excommunicationis capi.

Et quamuis ratio videretur esse contraria, cum tecum Ecclesiæ non sit pars Ecclesiæ, vnde interfecto homine supra illud nō indigeret Ecclesia reconciliatione, vti non polluta iuxta singularem *glos. in cap. vnico de consecra. Eccles. vel altar. verb. vel cum sanguinem.*

Attamen non erit mirādū, quia quando agitur de materia pollutionis, agitur de re odiosa, & proinde appellatione Ecclesiæ non venit tectum, sed in casu nostro tractatur de rē fauorabili, & sic extractionis ab Ecclesia, cuius fauore non solum venit tectum, sed ianuæ, scalæ, & alia superius per nos congesta.

40 Ampliatur 40. vt nec Episcopi possint, & valeant eiicere, seu expellere confugientes ad Ecclesias pro delictis non exceptis, vt dicam in decl. Cur. Archiep. quam primum in lucem ædendis. Vnde animaduertant Ordinarij locorum, vt abstineant ab illorum eiectione, & videant ædictum Eminentissimi, & Reuerendissimi Card. Boncompagni Archiepiscopi vigilātissimi, & sanctitatis opinione reputati latum sub die 17. Decembris 1626. registratū in bullis recent. fol. 286. ex quo clarè colligitur, fuisse eidem Eminentissimo tributam specialem potestatē à sancta Sede Apostolica, & proinde si authoritate ordinatia expellere potuisset, vtique fecisset.

Verum quoties à confugientibus cōmictuntur delicta, & indigna opera intus Ecclesiam, eo casu ad tollēdam occasionem talium scelerum, & vt debita Ecclesiis veneratio, debeatur iuxta terminos *text. in cap. decet de imm. Eccles.* Ordinarii locorum vti valent hac

hac cautela capiendo diligentem informationem de dictis sceleribus,& constito de eis ipsos eijciant ab Ecclesijs, eum moderamine, ne incidere faciant in manus familiæ sæcularis, vt o-retenus respondidisse Sac. Cõgreg, testatus fuit idem Eminentisimus Dominus & ita per prius obseruabat Curia Archiepiscop. iuxta votum D. Alexandri Feliciani Auditoris dicti Eminentisimi Card. Boncompagni Iurisconsulti ingeniosissimi,& in iure, & praxi satis versati.

41 Limitatur primo, tenor dictæ constit. in eo qui deceptus fuit subdolis verbis ad egrediendum ab Ecclesia,nam amictit immunitatem Ecclesiasticam secundum opinionem *Bonacin. de leg.disput.3.q.7.§.2.num. 10. Durand. in bull. cœnæ lib.2.can.15.q.16.nu.34.*

Verum contrarium firmant *Bouadilla in polit. to. 1.lib.2.cap.14.nu.80. Villadieg. in polit. cap.3. nu.222. Megal. 3.par.lib.4.c.2. q.1. num. 32. & concludit etiam Mastrill.decis.169. lib.2.n. 12. vide tamen D.Rice.resõl. 327.*

42 Limitatur secundo, in venenãre aliquem,nam nõ gaudere dixerunt *Megal.3. par.lib.4. cap.1. quæst.1.nu. 18. Peregrin. cap. 7. num. 6. Graff. cons.vnico de immun. Eccles. nu.17. lib.3, Bouadilla polit.tom.1.lib.2. cap.14. num.75.* ex quo homicidiũ factum cum veneno dicitur plusquam factum gladio *l.1.C. de maleficis.* & ideo licet sit statutum in regno, vt bannitus possit impunè occidi, tamen non poterit venenari, nisi essemus in crimine læsæ maiestatis, *Marsil. in rubric. ff. ad l. Corn. de Sicar. num.12.* & quam sit detestabile tale homicidium dixit *Gram. decis. 3.* Verum *Farin. de imm.cap.9.num.142.* inquit eueniente casu esse consulendum Sanctissimum, ex quo expectare debet respõsum vide infra nu. 74.

43 Limitatur 43. in vehementer suspecto de hæresi secundum *Peregrin. cap. 8. nu.8. Ambros cap.8 num.10. Farin. c.13. nu.175.* & ideo blasphemum hæreticalem non gaudere immunitate dixit *D. Rice. resol, 8. p.2.in prax.*

44 Limitatur 44. in grassatoribus viarum publicarũ, vt habetur in dicta constit.

&

Digitized by Google

& in cap. antiquitus 17. *q.* 4. *Franc. Mare. deciſ.* 989. *nu.* 3 *tom.* 2.

Qui graſſatores viarum publicarum dicuntur ſpoliatores viatorum, ſeù dirubatores ſtratarum *ad text. in l. capitalium* §. *graſſatores ff. de pœn. DD. in cap. inter alia de imm. Eccleſ. Gram. conſ.* 37. *num.* 14. *& conſ.* 59. *nu.* 4. *Muſcat. in pract. crim. tit. de furt. & rapin. nu.* 15.

Et non ſolùm diſrubatores viarum publicarum, ſed etiam maritimos non gaudere immunitate, inquit *Dom. Riec. reſol.* 13. *par.* 2. *in prax.* ea ratione quoniam apppellatione graſſatorum & latronum publicorum in ſtratis publicis veniunt etiam diſrubarores maritimi ad tradita per *Franc. deciſ.* 142. *& latè Giurba plures cumulans conſil.* 50. *num.* 29. *& ſeqq.* & quod iſti piratæ publicis latronibus æquiparentur eſt *text. in auth. ſed nouo iure* C. *de ſeruis fugit. auth. nauigia* C. *de furt.* & in terminis, quod ſint excluſi ab immunitate Eccleſiaſtica latè *Decian. tract. crim. lib.* 6. *tit. de caſ. qui delic. cap.* 28. *num.* 2. *& lib.* 9. *cap.* 29. *tom.* 8. *Maſtrill. de indult. cap.* 32. *num.* 10. vbi in ſuperiori num. aſſerit eſſe excluſos captiuantes perſonas, & eas componẽtes in quocumque loco, & ſic vulgari ſermone (*quelli che recattano*) cum de iure iſti prædones dicantur, *l. mulier, & l. boſtes ff. de captiu. & poſtlimn. reuerſ. l. boſtes ff. de verbor. ſignific.*

45 Ne autem deſinas notare non ſufficere ſemel quẽ graſſatum fuiſſe, ſed pluries, cum de iure latro publicus non dicatur ſi pluries hoc crimen non commiſerit ad *text. in d. l. capitalium* §. *graſſatores ibi* (*vtiq; ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerint*) *Angel. conſ.* 403. *Decian. tract. crim. lib.* 6 *cap.* 27. *nu.* 2. *Peguer. deciſ.* 40. *nu.* 4. *Muſcatell. in prax. tit. de furt. nu.* 51. & iuxta terminos immunitatis plures cumulat *Giurb. conſ.* 50 *nu.* 27.

46 Verum ſi graſſatores ſæpius tentauerint delicta, ſed illa non perfecerint, cẽſerem non eſſe excluſos ab immunitate, ex quo ad effectum illam amictendi requiri conſumationem delicti ſentijt *Suar. de ſtat. relig. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 14. *fuse Giurba conſ.* 50. *nu.* 36.

&

Digitized by Google

& 37. & quod delictum exceptum à bulla debeat esse cõsumatum videatur idem *Giurba in consil.* 10.

47 Idemque esset firmandũ de furantibus in viis priuatis ex quo non dicuntur obsidere vias frequentatas, *iuxta text. in l.* 1. *C. quand. lic. fibi ius dic. Ign. in l.* 3. §. *subuertitur nu.* 107. *in fin. ff. ad syll.* asserens hanc esse communem opinionem, & eam tenuisse totam Canonistarum cateruam testatur *Remig. de immun. Eccles.* 2. *fall. Clar.* §. *fin. q.* 30. *vers. quare nunquid Oldra. cons.* 155.

Et quamuis *Couarr. loc. cit. num.* 14. contrarium sentiat, Tamen, cum verba bullæ non sint amplianda, nec extendenda, nec limitanda, seu declaranda, sunt intelligenda, prout sonant, & sic, cum loquantur de grassatoribus, vias publicas obsidentibus, non erint extendenda ad vias priuatas optimè *Mastrill. de indult. gen. cap.* 32. *num.* 8. *& vide D. Ricc. decis.* 144. *p.* 4.

48 Sed an latro, cui primũ, & secundũ furtum in strata publica cõmissum Princeps pepercerit, si tertium committat, possit appellari viarum grassator ad effectũ immunitatis consequendæ *vide Giurb. tres casus distinguentem in consil.* 90. *in* 2. *dub.*

Et an ad effectũ, vt quis dicatur viarum grassator, requiratur, vt de duobus delictis disrubationis fuerit punitus, vel sufficiat de illis esse inquisitum.

Et prima facie videbatur non potuisse quem appellari disrubatorem, nisi post inquisitionem fuerit pœna is afflictus, prout à simili videmus de blasphemo, vt non puniatur pœna constit. Pii V. nisi omnibus tribus vicibus fuerit punitus per ea quæ asserit *Gratian. discep. forens. cap.* 93. *num.* 22. *p.* 1. *per text. in d. l capitalium* § *solent de pœn. Auendan. de exequ. mand. c.* 9. *p.* 2.

Contrariam tamen partem veriorem esse puto, nempe non requiri actum punitionis, sed sufficere probari ipsum ter deliquisse cum ad effectum immunitatis amittendæ, & vt delictum sit exceptuatum sufficiat, vt delinquentes sint conuicti de delicto, vt inquit *D. Regens Rouit. prag.* 3. *n.* 1. *vbi de delict. quis deb. conuen. ex Gam. decis.* 363.

imo

Digitized by Google

imo secũdum opinionem *Gierba in cons. 50. num. 38.* sufficiunt inditia ad torturam plures allegando, & plurimis rationibus eam asseuerando, sed veritas est, vt sufficiat fuisse confessũ, vel conuictum aut condẽnatum, cum ex his tribus modis quis appellatur criminosus plures refert *Farin. cons. 127. num. 8.*

49 Limitatur 45. in occidẽte, vel mutilante membrũ intus Ecclesiam, vt habetur in bulla, & meritò quoniã qui in legem committit, priuilegio ipsius priuatur *l. 1. C. de hæretic. & manich. Coppell. Tholos. decis. 423.*

50 Quamuis delictum esset factũ in alia Ecclesia, *Couarr. loc. cit. num. 15. Farin. vbi supra nu. 59. & Ambros. c. 5. num. 6.*

51 Imò nec gaudebit immunitate ille, qui existens extra Ecclesiam, occideret existentem in Ecclesia *Farin. cons. 208. & de immun. num. 225. Dom. Rice. collect. 1792.*

Et quamuis idem asserãt aliqui procedere in existẽte in Ecclesia, qui existentem extra Ecclesiam mutilet, vel occidat, vt priuetur immunitate secundum *Couarr. d. c. 20. nu. 15. lib. 2. Panorm. cap. fin. de immu. nu. 11. & Ambros. cap. 5. nu. 7.*

Contrarium tamen, & verius sentit *Bonacin. disp. 3. q. 7. §. 4. nu. 8. sect. 1. tom. 2.* ea efficaci ratione, quia bulla excludit ab immunitate mutilantes, & occidentes in Ecclesia, & verba ipsius denotant actum completum, ac perfectum in Ecclesia, & ideo cum simus in materia stricta, & odiosa verba non sunt ampliada ad homicidium commissum extra Ecclesiam ab existente in Ecclesia.

52 Nec pariter gaudebit immunitate, qui læthaliter vulnerauerit in Ecclesia, sed vulneratus extra Ecclesiam mortuus fuerit videatur *Bonacin. loc. cit. num. 9. & de censur. disput. 1. q. 1. num. 11.* quem in promptu allegauit D. Alexander Lucianus vnus ex Consultoribus eiusdem Curiæ, & veridicus Iureconsultus, & ita iudicauit Curia Archiepis. Neap. me referente de anno 1633. cum habeatur ac si mortuus fuisset intus Ecclesiam.

Quod autẽ dicatur vulnus læthale, arbitrio Iudicis remictendũ esse ait *Farin.*

qui communem opinionē affert in *prax. q. 126. par. 2. num 50.*

53 Idemque dicendum esset de matilāte membrum mortui intus Ecclesiam, nā minimè gaudebit immunitate ecclesiastica, quoniam non est habenda ratio si sit viuus, vel mortuus, cui mēbrum mutilatur, sed consideratur violatio Ecclesiæ, & respectus eidem non habitus, ac iniuria ipsi illata, & propterea in eo, quod quis deliquit puniri debet, neq; proderit immunitatis priuilegium tanquam indignus, nec ab Ecclesia tueri debet qui Ecclesiam offendit, & frustra legis auxiliū implorat, qui in legem cōmittit *l. 1. C. de haretic. & manich. cap. frustra de vsur.* & facit à simili, quod verberās clericum mortuum adhuc incurrit pœnam si quis suadente diabolo *cap. quod in te de pœnit. & remiss. Decian. tract. crim. p. 2. lib. 6. cap. 17. nu. 19. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 77. num. 16. Duen. reg. 99. ampl. 6. & Boerius dec. 316. num. 72. quos refert Craff. effect. cleric. 9. nu. 140.*

54 Declarabis tamē huiusmodi limitationem non procedere in abscindente digitum, quia gaudebit immunitate Ecclesiastica, *Bart. in l. 2. num. 13. ff. de public. indic.* nam digitus non dicitur propriè membrum, sed officium membri cui deseruit *l. item officium, & ibi Cæpoll. num. 3. ff. de adil. edict. Caball. res. crim. 236. num. 4. Bonacoss. qq. crim. lit. M. verb. membrum Alter. de censur. lib. 5. cap. 4. disput. 10. et Cauale. de bracch. reg. p. 4. num. 152. ad fin.* hinc puniens mutilantem membrum non cōprehendit mutilantem digitum *Nauarr. in man. cap. 27. num. 206. Lopez ad Diaz in prax. cap. 99. Clar. §. fin. q. 96. nu. 3. Farin. q. 19. n. 24. Tusc. conclus. 185. n. 2. lit. M. Mastrill. decis. 168. part. 2.* nam digitus operationem per se distinctam nō habet *Clar. §. fin. d. q. 69. Alexan. cons. 69. Couarr. clem. si furiosus nu. 7. p. 3. de homicid.* sed mediante manu, prout dens non est membrum corporis cum operatione distinctam, & propriam nō habeat, sed mediantibus alijs membris, *l. cui dens ff. de adil. edict. Mar. Alter. d. disput. 10. vers. reliquum est Caball. d. casu 236. num. 12.*

&

& 13. licet verum sit digitū esse partem membri, quia digito abscisso pars membri dicitur abscissa *l. item offilius ff. de adilit. edict. Bart. conf. 201. par. 1. Tusc. loc. cit. nu. 3.*

55 Similiter firmabis id procedere quando crūcaretur mutilaretur, seù abscinderetur mēbrū, secus autem si debilitaretur *Farin. in fragm. par. 2. nu. 249. Mar. Alter. d. disput. 10. dub. 5.* & ideo si debilitetur manus, aut pes, non tamen mēbrum abscisum, aut mutilatum dicimus, si enim mēbrum non sit à reliquo corpore separatum, licet sit inutile, est pars corporis ipsumque corpus diceretur integrum ex omni sui parte, abscisso autem membro corpus non erit integrum, *Mar. Alter. loc. cit. dub. 4. & optimè Couarr. in elem. si furiosus p. 3. in init. num. 9. de homicid. D. Riccius resol. 66. par. 2.* & ideo cum constitutio expresserit tātum homicidium, & mutilationē intus Ecclesiam, non erit extendenda ad debilitationem; nam si voluisset dixisset *cap. 2. de transl. prælat. cum alijs traditis per Tiraquell. in l. si unquam verb. libertis num. 3. C. de revoc. donat. Menoch. conf. 140. nu. 4. Surd. conf. 245. nu. 45. vol. 1. & Cardos. in prax. iudic. verb. lex nu. 28.* & illud dicitur membrum mutilatū, quod præcisum, & obtruncatum aliquo modo est, plures refert *Barbos. de potest. Episcopi alleg. 42. nu. 10.*

Nec refert arguere esse faciēdam hanc extensionē cum eadem ratio vigeat in mutilitante, quæ & in debilitante, & proinde non gaudere immunitate Ecclesiastica, vt probant *Gambag. de imm. Eccles. cap. 17. nu. 6. quem refert, & sequitur Giurba conf. crim. 40 nu. 24.*

Nam faciliter respondetur dictam extēsionem ex identitate rationis non esse faciendam cum non, simus in fauorabilibus pro reo debilitāte, sed in odiosis, ex quo agitur de priuando ipsum immunitate Ecclesiastica, & proinde subintrat regula in odiosis non esse faciendā extensionem *vulg. cap. odia de regul. iur. in 6.*

55 Declaratur pari modo non procedere in delinquente in cortili Ecclesiæ *D. Rice. decis. 250. par. 3.* vel in ostio *idem resol. 4. par. 2.*

Digitized by Google

hinc infertur, q̃ si quis cõmiserit homicidiũ in schalis Ecclesiæ adhuc gaudebit immunitate, optimè *Diana tit. de immun. Eccles. resol. 38. lib. 3.* prout etiã delinquens in dormitorio monasterij gaudet immunitate idem *D. Ricc. in prax. resolu. 276. par. 2.* secus autem si delinqueret in cimiterio vt habetur in bulla per tex. *in cap. fin. de immun. Eccles.*

57 Nec etiam erit extendẽda dicta quinta limitatio in mandante homicidium, vel mutilationem fieri in Ecclesia, siuè mandans extiterit intra siuè extra Ecclesiam, *Ambros. c. 3. num. 9. Bonacin. loc. cit. nu. 11. Megal. 3. p. lib. 4. cap. 1. q. 1. n. 13 Farin. cap. 16. num. 231. Bonac. de leg. disput. 3. q. 7. §. 4. nu. 11.* & ratio est, nam constitutio loquitur de facien-te, & non mandante, & lex puniens facientem non cõprehendit mandantem, latè *Macer. lib. 1. resol. 69.* & proinde vtique tales mandantes gaudebunt immunitate.

Vnde non obstare videtur illa iuris regula, quod qui per alium facit per se ipsum facere videatur, nã est intelligenda quo ad cul-pam non autem quoad pœnam *Aula de censur. par. 2. c. 5. disp. 3. dub. 2.*

58 Sic pariter notabis, quod committens homicidium, vel mẽbrum mutilans accidentaliter calore iracundiæ prouocatus, nõ autem deliberatè gaudebit immunitate, *Rarin. cap. 16. nu. 240 Guttier. lib. 3. pract. qq. q. 1. num. 3. & 5. Sesse decis. 141. num. 8.* quia in præfatis casibus occidens, vel mutilãs non videtur habere animũ irreuerentem violandi ipsam Ecclesiã, *Tabien. verb. immunitas num. 10. Diana resolut. 11. par. 1. de immun. Eccles.*

59 Limitatur sexto, tenor dictæ constitut. in assassino, nam statuit expressè bulla ipsum non gaudere immunitate Ecclesiastica.

60 Quare mandans conuẽcta mercede, si in homicidio interuenerit dicitur assassinus ad effectum huius constit. *Bertazz. consil. 143. nu. 13. Felic. alleg. 117. num. 3. par. 1. & post alios Giurba cons. 48. nu. 26.*

61 Imò extendenda erit supradicta sexta limitatio etiã in auxiliatoribus in assassinio eorumque sociis, & cõplicibus, nam non gaude-

bunt

bunt immunitate Ecclesiastica *Farin. de imm. q. 123. n. 69. & q. 28. nu. 16. Gutier. lib. 3. pract. q. 7. n. 53. Graff. effect. cleric. 1. nu. 68* 59 dummodo assassinij qualitates sciuerint *Surd. cons. 328. n. 29. Bertaz. cons. crim. 328. n. 6. Graff. n. 686.* Vnde mutuans pecuniam causa inueniendi assassinum dicitur verus assassinus, *l. qui domum ff. ad l. Iul. de adult. D. Regens meritissimus, Roust. in prag. 1. n. 30. de assass. latè Giurba in cons. 50. n. 44.* qui loquitur de auxiliatoribus, & infinitos authores cumulat, sentiens dici ueros assassinos quoties sciãt qualitates assassinij ante eũ voluit *Farin. de carcer. & carcerat. q. 27. nu. 22. p. 1.*

62 Sed quid dicẽdum esset si auxiliatrix in assassinio commisso per virum fuisset vxor, an pariter esset exclusa ab immunitate Ecclesiastica, prout eius vir, & cũ iste casus accidisset mihi cõsulendus.

Considerabam prima facie esse exclusam à dicta immunitate, prout eiꝰ vir., nam agentes, & consentientes pari pœna puniuntur si consilium, & auxilium præstiterint ex proposito ad committendum maleficiũ *Clar. in pract. crim. §. fin. q. 87. nu. 4.* qui enim delicto potuit obuiare, & non obuiat delinquenti fauere censetur *Castill. decis. Sic. 160. nu. 44.* sed vxor enormi huic sceleri à marito commisso nedum ministris iustitiæ saltim reuelando nõ obuiauit, sed opem potius præstiterit, ergo, &c.

Ad quod etiam perpendebam regulam *text. in l. 1. vbi DD. ff. de act. & oblig. & in l. si mulier §. si seruꝰ in fi. ff. rer. amot.* vbi vxor non tenetur obedire in delictis, sicuti nec filius patri *l. seruus non omnibus ff. de act. & oblig. Cabal. crim. resol. casu 289. nu. 3.* & ideo non præsumuntur deliquisse viri, aut patris mandato, vel metu cum regula sit vulgata metum præsumi, *Bald. Cons. 148. Affl. decis. 69. n. 8. & dec. 151. n. 16. Tuse. concl. 223. num. 1. lit. M.* nec mandatum ad delinquendum præsumitur *Monoch. præsump. 15. num. 3. lib. 2. & Bertaz. cons. crim. 503. nu. 1. & 2. hinc Mastrill. in decis. 246.* refert fuisse tortos virum, & vxorem pro tonsione monetæ, & *Thesaur. quæst. forens. 46. lib. 3.* recen

set

set vxorem fuisse furcis suspensam, quæ marito præstitit auxilium dum in suo hospitio occiderit hospitatum causa furandi.

Tamen perpenso facto, quoniam ex eo apparebat defeciſſe voluntatem vxoris, nam fuerat metu absoluto, & non conditionali coacta à viro, censui, non potuisse appellari auxiliatricem iuxta terminos notabilis *text. in c. sacris de ijs quæ vi met. caus. gest. sunt*, nam voluntas, & propositum distinguunt delicta *l. qui iniuria ff. de furt. l. 1. §. diuus ff. de sicar.* & licet voluntas coacta, voluntas esse dicatur, est tamen imperfecta, *l. si mulier §. quod metu ff. quod met. caus. Viu. decis. 150. num. 3. Menoch. cons. 912. num. 9.* qui enim compulsus deliquit, puniendus non erit secundum *Viu. decis. 194. & Thesaur. q. forens. 46. nu. 4.* & quæ fiunt contra facientis voluntatem non imputantur facienti, *ad l. cura §. nec si per vim ff. de mun. & honor.* pro vt hæc, & alia optime fatetur *Giurb. in eius conserim. 85.* qui respondet contrarijs licet non loquatur in hac materia immunitatis Ecclesiasticæ.

63 Et non solum mandans, sed etiam mandatarius, & is, qui pro præmio seu spe præmij quamuis incerti homicidium committit assassinum commisisse dicitur, *D. Riccius collect. 101.* siue fuerit pecunia data, siue promissa, *Salic. in l. non idem minus C. de accusat.*

64 Verum si mandans reuocasset mandatum, & eius reuocatio innotuisset mandatario, vtique non excluderetur ab immunitate per ea quæ infert *Silues. verb. excommunicatio nu. 5. Anil. par. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 7. & Molin. tom. 4. disp. 52. nu. 2.*

65 Sed depositarius conuectæ pecuniæ in assassinio, nec gaudebit immunitate Ecclesiastica sequuto homicidio, quia diceretur verus assassinus iuxta relata per *Giurbam cons. 41.*

66 Animaduertas tamen, vt si quis vulneraret pecunia mediante, non tamen sequeretur mors non erit priuandus immunitate Ecclesiastica per ea, quæ scripserunt *Bero. q. 10. Laratth. cons. 195. Ceuall. cõm contr. q. 101. Baiard. ad Clar. §. assassinus nu. 2. & §. fin. q. 30. Graff. effect. cleric. 1. nu. 691. Gratian. discept. forens. c. 598.*

nu-

Digitized by Google

num. 10. & 619. *nu.* 1. & 2. *Caroc. decis.* 39. *num.* 8. & 9. *Guttier. lib.* 3. *pract. q.* 7. *nu.* 59. *Mascard. conclus.* 171. *nu.* 10. & 138. *num.* 11. *quos & alios refert Giurba cons.* 46. *Gabr. cons.* 176. *num.* 13. & *Dom. Riccius decis.* 112. *p.* 1. & 302. *p.* 2.

76 Vnde non dicitur assassinus accipiens pecuniam pro vulnerando aliquem, si non acceperit pro occidendo latè *Gratian. discep. forens. c.* 597. *p.* 2. iuxta quã opinionem censuit Curia Archiep. Neap. in causa D. Ioseph de Luca.

68 Ex quo sequitur non incurrere pœnam huius cõstit. eum qui mandauit aliquem tantum vulnerare pecunia mediante cum prohibitione ne occidat si sequeretur postea mors, & consequenter non priuari immunitate Ecclesiastica, argum. eorum quæ firmãt *Sair. de censur. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 9. *Nauarr. man. cap.* 27 *num.* 240. & *cons.* 27. *de homicid. Henriq. lib.* 14. *cap.* 19 §. 3. *lit. E.* ex quo illud homicidium respectu mandãtis, diceretur casuale, & nõ ex proposito latè *D. Riccius decis.* 117. *par.* 4. qui loquuntur omnes quo ad effectum incursus irregularitatis tantum.

69 Nec etiam dici assassinũ ad hunc effectum præcisè, qui non peruenit ad alium actum proximum, quam se conferendo ad locum, vbi erat perpetrandum delictum, vt refert iudicatum *D. Riccius decis. fin. par.* 2. asserens pro hac opinione facere doctrinam *Farin. in prax. crim. q.* 123. *num.* 115. & *ad hunc propositum idem Farinac. de immunit. cap.* 8. *nu.* 123.

70 Quis autem dicatur assassinus latè *Bonacin. disput.* 3. *q.* 7. §. 4. *num.* 18. *tom.* 2. & *ad effectum huius bullæ vide Franch. decis.* 176. *nu.* 3. *Farin. cons.* 100. *Oter. q.* 28. *par.* 3. *Ambros. cap.* 7. *nu.* 10.

71 Qualiter verò sint probandæ qualitates assassinij, vide *Giurb. cõs.* 70. *in* 3. *dub.*

72 Mediator autẽ, seu proxeneta nulli dubium est, quin gaudeat immunitate Ecclesiastica, ex quo non dicitur verus assassinus, vt decisum refert *D. Regens Rouit. in prag.* 1. *de assassin. sub num.* 48. *quem sequitur Nouarius frater loco citato.* & licet de iure videatur cõtrarium tenẽdum, ea quippe ratione, nam actus mediа-

Digitized by Google

diatoris in assassinio committendo proximus est, qa propriè proxeneta dicitur ille, qui hominum voluntates explorat an & quomodo velint contrahere, ipsoq; contrahentes ad cõcordiam reducere conatur *Azor. in summ. C. de sponsal. Decian. cons. 55. num. 20. volum. 2.* & ideo huius criminis mediator crimẽ ipsum commisisse videtur *c. mediatores, vbi Gemin. & alij de test. in 6.* hinc statutum puniens commictentes delictum comprehendit mediatorem, *Paris. de consid. q. 22. num. 2. & 3. & Diaz in prax. crimin. cap. 59. num. 2.* quos omnes memorando sequitur *Giurba in consil. crim. 7.* vbi plura alia infert licet non loquatur ad intellectũ immunitatis Ecclesiasticę, & nouissimè sequitur idem *D. rectissimus Regens Rositus in decis. 15.*

Attamen fauore Ecclesię ne recedas à firmata cõclusione, quam in propriis terminis substinet *Gãbacurta in tract. de immunit. eccles. cap. 34. num. 4. lib. 5.*

Nec Regnicola decipiaris in *prag. 2. sub rubric. de assassin.* in qua expresse mãdatur mediatorẽ in assassinio puniri vti assassinum, vt inquit *Dom. Rosit. in decis. 15.*

Siquidẽ potest princeps quod pœnam eius subditis imponendam delicto qualitatem addere declarando quem assassinum, qui propriè non sit; sed quoad Ecclesiasticam immunitatem id non licet, cum Ecclesiæ iuribus; & libertati præiudicare vetitũ sit, vt post antiquiores habes apud *Giurbam cons. crim. 50. nu. 20. & cons. 97. num. 22.*

Vnde dispositio allegatę pragmaticæ licet vires habeat circa pœnæ impositionẽ, non pen hoc tamen procedet quoad restrictionem immunitatis Ecclesiasticæ, & proinde licet de iure regni dicatur proditor qui aliquem occidit paruo scoppitto, attamẽ procedit, quod ad pęnam incurrendam in pragmatica, non autem ad effectum amittẽdæ immunitatis Ecclesiasticæ, vt infra dicam in limit.

Neque obstat, quæ pro contraria parte consideravimus, & considerari possunt, quoniam illis singulatim pleno calamo satisfacit *D. Regens Rosit. in d. prag-*

Digitized by Google

pragmatica 1. *a num.* 49. *cum ſeq.*

73 Limitatur ſeptimo dicta cõſtitutio in proditore homicida, qui nec gaudebit immunitate Eccleſiaſtica, ad quod latè videas D. *Taſſonum Iudicem M.C.V. meritiſſimum, & ſatis laborioſum in tract. obſerv. iuriſd. pag.* 437. *nu.* 4. *& ſeqq.*

74 Declara primo hãc quartam principalem limitationem non procedere in occidente inimicum ex prę meditata animi deliberatione, vt vulgo dicitur (appoſtare) nam gaudebit immunitate Eccleſiaſtica, *Peregr. de imm. Eccleſ. cap.* 7. *n.* 15. *D.* Riccius *collect.* 1792. & quod homicida ex propoſito inimicus non dicatur proditor, & gaudeat immunitate habetur per *Gomeſ. de delict. cap.* 10. *num.* 3. *Remig. de immun. limit.* 13. *Decian. lib.* 6. *crim. cap.* 28. *Guttier. pract. q.* 2. *nu.* 4. *Macer. reſol.* 15. *nu.* 9. *lib.* 3. *Farin. q.* 28. *nu.* 33. *Ceuall. com. contr. com. q.* 684. *& alij, quos refert Giurba conſil.* 100. *num.* 8.

75 Declara ſecũdo quando fuiſſet deuenctum ad actũ proximum, ſed caſu non non fuiſſet homicidium ſequutum *Peregrin. de immun. cap.* 7. *num.* 13. *Bonac. de leg. diſp.* 3. *q.* 7. *§.* 5. *nu.* 16. *Farin. q.* 9. *num.* 145. quia, ſecundum terminos bullæ requiritur mortis effectus. Vnde quando quis attentauerit aliquem proditoriè occidere effectu, & morte non ſequuta vtique gauderet *Peregrin. cap.* 7. *num.* 13. *Bonac. de leg. diſp.* 3. *q.* 7. *§.* 5. *nu.* 16. *Farin. cap.* 20. *nu.* 145 & licet aliqui contrarium voluerint, ſcripſerunt ante bullam, quæ requirit actũ conſumatum *Giurb. d. conſ.* 10. & ideo vulnerãs aliquẽ proditoriè, ſi homicidium non fuiſſet ſequutum gaudebit immunitate, vt iudicauit Curia Archiep. teſte *Genuenſ. in prax. cap.* 76. *fol.* 289. *in fine.*

76 Declaratur tertio, vt licet occidens aliquem veneno dicatur proditor per tradita à *D.* Ric. *deciſ.* 162. *p.* 3. Tamen hoc intelligas nulla exiſtente inimicitia, & ſic ſub calore amicitiæ, iuxta terminos definitionis homicidij proditorij, quod illud dicitur quando nulla interueniente inimicitia ſecurè ita quis occidatur, vt non potuerit is præcauere, *Guttier. d. q.* 2. *pract.*

Digitized by Google

lib. 1. vide quæ dixi supra num. 42.

77 Declaratur quarto, vt proditor homicida guidatus si controueniat gaudebit immunitate, ita consuluit *Giurb. in sing. cons.* 40.

78 Declara quinto, vt occidens amicum reconciliatū non priuetur immunitate, vt fuisse decisum in Curia Archie. testatur *D. Riccius decis.* 168. *p.* 1. ea nempe ratione, quia amicus recōciliatus æquipollet inimico, *Menoch. de arbitr. iudic. q.* 28. *nu.* 8. & ab eo erit abstinendum vti à peste, *Tiraquell. cess. cauſ. q.* 28. *nu.* 8. hinc infertur inimicum recōciliatum non esse admittendum in testem, secundum *Gigant. de crim. lesæ maest. lib.* 2. *tit. quom. & per quos crim. lesæ maest. q.* 10. *Soccin. iun. cons.* 77. *n.* 42. *volum.* 1. *Garz. à Tolet. iurisd.* 470. quamuis essemus in criminibus exceptis *cap.* 2. *& 3. q.* 2. *cap. per tuas verb. inimicus de simon. Maser. resol.* 37. *num.* 22. *lib.* 3. *Crass. except.* 23. *numer.* 36. *Clar. §. fin. q.* 24. *& Farin. q.* 53. *num.* 59. & sic etiam repelli à iudicando vti suspectum voluerunt *Iaſ. in l. apertiſsimi Iuris num.* 8. *C. de iudic. Morl. in empor. iur. tit.* 2. *de iurisd. ſub nn.* 200.

Contrariam tamen partem substinuit *Giurbain. cons.* 60. firmans occidentē amicum reconciliatum nō gaudere immunitate ex pluribus rationibus, & authoritatibus per eundem adductis respondendo decis. D. Riccij cum quadam inurbanitate dum ait ipsū lapsum fuisse, sufficiebat enim dicere ipsius opinionem non esse tutam.

Sed vt huiusmodi opiniones reconcilientur, firmanda erit cōclusio, quod regulariter occidens inimicum reconciliatum ab antiquo tempore erit appellandus proditor, & consequenter non gaudebit immunitate Ecclesiastica iuxta opinionem *Giurbæ*, secus verò si reconciliatio esset de recenti, nam vtique gaudebit secundum opinionē *D. Riccii* argu. eorum, quæ voluit *Menoch. de arbitr. iudic. q.* 28. *num.* 8. cum pax non tollat odium, & ranco rem præcedentis inimicitiæ, quando est de recenti facta secundum *glos. in clem. ne agro §. ſanè verbo nouit. de ſtat. monac. Foller. in pract. crim. verb. recipiā-*

tur

tur confessiones num. 2. vers. illis enim iunctis Cancer. in pract. 2. tract. de indit. & tertur. §. quartum inditium num. 9. in prine. quare meritò Garz. loc. cit. plures allegans notabiliter dixit, inimicum non ab antiquo tẽpore, sed nouiter reconciliatum, non admicti in testem.

Eademque ratione Sac. Congreg. Emin. & Reuer. Cardin. de mandato Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ VIII. per literas missas Eminentissimo D. Card. Boncompagno Archiepiscopo Neapolitano, & Domino meo præcipuo, vt quoties spõsi alienigenæ volentes matrimonium contrahere Neap. si ad eandem ciuitatem accesserint à tempore recenti, non potest procedi ad expeditionem matrimonij quousque doceatur per eorum Ordinarios ipsos esse solutos, & ita quotidie per nos obseruatur, ex quo lex multum confidit longinquitati tẽporis, & proin de differens accusationem, siuè querelã proponere lõgo tempore, si postmodum proponeret querelam ipsã, vtique hoc longum silentium pareret suspitionem falsitatis *l. si quis forte §. 1. ff. de pœn. Cravett. cons. 75. nu. 9. Poller. in pract. crim. rubr. item quod committit falsum num. 18.* & tunc accusans re ipsa præsumitur esse in dolo *Bald. cons. 37. volum. 1. Surd. cons. 32.* & sic inoleuit praxis, quod si per annum taceret is, qui offensus foret, tunc indubitanter deleretur actio iniuriarum tanti temporis taciturnitate, & dissimulatione, ad *text. in l. si non conuicii C. de iniur. & l. si vnius §. si ante & ibi glos. ff. eod. Felin. in cap. dilecti de except. Baiard. ad Clar. §. iniuria Mising. observ. 7. centur. 1. optimè Vivius decis. 55.* vbi concludit iniuriam per interuallum certi remporis remissima censeri, & in materia delictorum clarum est in iure minorati pœnam, ob diuturnitatem temporis, nam aliter punitur delictum antiquum, & aliter recens *glos. in l. si diutino ff. de pœn. Federic. post consil. Farin. resol. 56. nu. 1.*

Quæ distinctio maximè procederet quando à die recõciliationis intercessissent inter reconciliatos actus amicitiæ, puta quia simul comederunt biberunt

Digitized by Google

deambulauerunt, familiariter conuersati fuere simultaneum iter, dormiendo, vel alios actus intrinsecos fecerunt arg. eorum, quæ referunt *Clar. & ibi Baiard. in §. homicidium num. 6. Ang. de malefic. & dictus Titius. Capoll. cons. 42. & Franc. cons. 43.*

Verum pro dilucidatione huius distinctionis, erit videndum quando tempus dicatur recens ad effectum, de quo supra, & quãuis hoc posset arbitrio Iudicis remicti secundum *glos. in l. 1. §. quod ait ff. de superfic. & ibi DD. & in cle. 1. de reb. eccles. non alien. in princip. vbi glos.* inquit arbitrariũ esse Iudici, quod dicatur tempus recens secundum subiectam materiam, quam sequũtur *Lap. alleg. 81. Clar. in prax. §. fi. q. 24. nu. 6. vers. sed quid si sequuta sit reconciliatio infin. & ante eum Campeg. de test. reg. 23. in 3. fall. & Maseard. conclus. 899. nu. 10. in fine.*

Tamen in terminis, de quibus loquimur, quod pax, & reconciliatio dicatur de recenti per trienniũ, tenuit expresè *Bonacossa commun. opin. crim. volum. 1. verb. inimicus in illis verbis (& debet triennium esse elapsũ, ad hoc vt dicatur bene reconciliatus)* cuius authoritas comprobatur ex doctrina *Clar. in prax. crimin. q. 21. verb. fama in fine* dicens, quod ad effectum, vt quis dicatur emendatus, & purgatus à macula requiri triennium plures refert *Viuius decis. 98. num. 7.* & hanc opinionem sequitur licet non ad effectum immunitatis sequutus fuit *Farin. in cons. 124. nu. 14.*

Sed in hoc aduertendũ esse puto, vt quoties per reconciliationem non remouetur causa odij, puta rivalitatis, vt quia reconciliati pristinum amorem, & commercium continuarent cũ amasia, eò casu odium, & inimicitia semper præsumitur adesse non obstante reconciliatione, & proinde si sequeretur homicidium, non erit homicida appellãdus proditor, & consequenter gaudebit immunitate Ecclesiastica per ea quæ dixerunt *Raland. cons. 24. nu. 44. lib. 1. Gram. decis. 33. n. 7. Cresc. decis. 3. de test.* quos refert, & sequitur *Farinac. cons. 193. nu. 81.*

79 Declara denique, vt is di-

Digitized by Google

dicatur propriè proditor homicida ad effectum amictendi Ecclesiasticam immunitatem, qui nullo rancore præcedente cum occiso, sed potius sub simulatione amicitiæ ipsum occidit, vt dixerunt *Couarru. var.resol.lib.2.cap.fin.nu.7. Clar. §. homicidium verſ. proditorie Menoch.de arbit. iudic. caſu* 216. *num.* 24. *& Farin.de delict.& pœn.q.*18 *num.* 74.

Vnde non dicitur proditor, qui occidit inimicũ ſuum à tergo infinitos refert *Giurba conſ.* 20. *nu.* 13. vel ex feneſtra cum archibuſcio, vt docent in terminis huius conſtit. *Genuenſis in prax. cap.*94. *&* D.*Ricc. collect.*1792.

Ideoq; proditorium dicitur homicidium, quando nulla interueniente rixa, ſecurè ita quis occidatur, vt non poterat is præcauere, aut ſe defendere ex *Gomeſ. var. reſol. cap.*3. *de homicid. cap.*19.*nu.*19.*Farin. q.*18.*nu.*74. *Bouadill. lib.*2. *polit.cap.*14. *nu.*35. quoties enim inter aliquos inimicitiæ cauſa intercedit, licet fratres ſint carnales, ſi alter ab altero occidatur non erit homicidium proditorium optimè notauit *Dom. Regent Rouitus ſemper memorandus in prag.* 11. *n.* 58. *de abolit.* & quando homicidium dicatur deliberatè commiſſum, & quando homicidium proditorium ad effectum, vt occidens non gaudeat immunitate, optimè *Farin.conſ.*132.

Quare cum caſus accidiſſet in noſtra Curia Archiepiſc. in personã cuiuſdam Franciſci de Franco, qui dum per multum temporis ſpatium in ſtatu familiaritatis verſatus fuiſſet cũ N. poſtea ob animi zelotopiam (vulgo geloſia) verè & realiter, ac concludẽter ei minatus fuerat mortem, ipſum miſerabiliter interfecit, & proinde fuit dubitatum ſi dici potuiſſet homicida proditor ad effectũ gaudendi immunitate, & dicebatur pro parte dicti occiſi eſſe homicidiũ proditorium, ex quo nullo præcedente rancore cum occiſo, ſed potius ſimulabatur amicitia ipſum occidit, & aliud habebat in pectore, quod in ore *Couarr. var.reſol.lib.*2.*cap.fin.nu.*7. *verſ.tandem Gomez tit.de homicid. cap.*3.*num.* 5. *Menoch. de arbitr.iud. q.* 361. *num.*

Digitized by Google

num. 24. *Clar. §. homicidium vers. proditorie*, & alij quos refert, & sequitur *Farin. in prax. crim. tit. de delict. & pœn. q.* 19. *nu.* 74. *p.* 1. vbi habetur quis dicatur proditor.

Cumque de hoc fuisse consultus, dictum homicidium fuisse proditorium negaui, & mouebar ex minis per dictum homicidam illatis, quæ patefaciebant eius animum, & consequeter, quod in pectore, continebatur in ore habebat à contrario eorum, quæ supra diximus secundum allegata per *Couarr. loc. citat.* & ideo non poterat dici proditorium, sed deliberatum, cuius coniecturæ sunt minæ, & tractatus, *Clar. in prax. crim. §. homicidium num.* 8. *Tusc. concluf.* 141. *lit. H. num.* 19. ex quibus minis poterit ille procauere, vt contrario proditorie diceretur quis aliquem interficere, quãdo nulla præcedente causa præcauendi id egerit *Gomes. de homicid. num.* 5. *Guttier. lib.* 1. *pract. qq. q.* 2. *Farin. de immun. q.* 18. *nu.* 74. *Bouadill. lib.* 2. *po-uadill. lib.* 2. *polit. cap.* 14. *num.* 35. Et eo magis non erat appellandus homicida proditor, nam malum nomen habebat, alias, solitus similia patrare, & minas ad effectum, & in exequutionem reducere *Dec. in l. in omnibus causis ff. de regul. iur.*

80 Est etiam aduertendum pro ornatu, quod salutationes non constituunt, nec effectum amicitiæ inducunt, & ideo si fuerit commissum homicidium ab alia qua persona, quæ prius solita fuisset salutare occisũ, non erit dicendum homicidium proditorium, cum salutationes sint signa cõmunia iuxta tradita per *Clar. in prax. crim. in §. iniuria*, & ita in facto respondidi Reuerendissimo Domino meo Felici Tamburello generali Vicario huius Ciuitatis dignissimo viro incorruptissimo, & sacrarum legum & Canonũ vndequaque doctissimo.

81 Vlterius, & opportunè quæri potest, prout in casu quem consului euenit an maritus occidendo vxorẽ in adulterio post aliquod tempus deprehensam, & sic non infragant possit appellari proditor, ad effectũ non gaudendi immunitate Ecclesiastica, & attenctis

ter-

terminis homicidii proditorii, vt is dicatur proditor homicida, qui nullo rancore præcedente cum occiso. sed potius sub simulatione amicitiæ illum occidit. Vtique cõcludendum erit non potuisse appellari proditorem, & consequenter gaudere immunitate, cum nulli dubium sit quin vxor committendo adulterium delinquat, & offendit non solum maritum, sed totam cognationem denigrat, & maculat *Roman. conf.* 451. *n.* 10. *Boss. in tit. de coit. dãn. & punib. num.* 44. *vbi nu.* 46. subdit, quod adulterium magis affligit virum, quam mors filij, ex quo adulteriũ grauius est in mente viri, quam proprij filij homicidiũ, & filię stuprum *Leon de magistr. cap.* 19. *num* 1. Vnde meritò mariti dum accusant vxores adulteras solẽt irrideri à iudicibus, secundum *Menoch. de arbitr. iudic. casu* 398. *num.* 20. & proinde mulier committens adulterium fit infamis iuxta *text. in l. palam* §. *qua in adulterio ff. de rit. nupt. Roman. sing.* 825.

Ex quo adulterio nulli dubium est quin oriatur animi rancor ex parte viri, & quamuis vxorem non infraganti, sed post aliquot tempus, & cum primum potuerit ipsam occiserit, cũ sic iustum dolorem compescere non valebat saltim à pœna ordinaria excusari debebit ad tradita per *Cabed. decis.* 173. *nu.* 1. *part.* 1. *Franc. Marc. decis.* 206. *n.* 7. *Giurb. cons.* 86. & *Mut. decis.* 91. Vt videmus de eo, qui commisit homicidium post longum tempus à recepta iniuria, vt non puniatur pœna mortis naturalis, sed extraordinaria, prout decisum refert *Gizzarell. decis.* 18. *faciunt dicta per Hipol. cons.* 81. *nu.* 16. *Gram. cons.* 29. *nu.* 9. & *cons.* 96. & *Bertazz. cons.* 118. *nu.* 5. & *cons.* 135. *nu.* 15. *vol.* 1.

Quibus sic stantibus, cũ vxor deliquerit, & offenderit personam viri statim videtur effecta ipsius inimica, & suspecta, à qua suspitione tenebatur cauere, & timida reddi, iuxta illam regulam, quod praua conscientia faciat hominem timidum, & dum se non non custodiuit, sibi erit imputandum, adeo quod nõ erit vir appellandus proditor ad finem amictendi immunitatẽ, & vide *Mastrill.*

de

de indult. cap. 29. num. 6.

Licet contrarium dicendum ſit in materia cenſurarum à quibus non liber maritus occidens clericum adulterum deprehenſũ nõ mox, ſed interiecto temporis interuallo, vt tradit *Bellett. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de fauor. clerie. §. 2. num. 9. verſ. non effugit Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. verſ. quarta propè finem.*

82 Reſtat denique videre, an occidentes aliquem cũ ſcopitto paruo poſſint reputari proditores, ex quo per Regiam pragmaticam mandatur, vt delinquentes cum ſcoppicto paruo reputẽtur proditores. Et in hoc indubitatè ſentirem non eſſe reputandos proditores quoad effectum immunitatis Eccleſiaſticæ amictendæ, ſed tantum quo ad pœnam imponendam, & incurrendam, cum ſtatutũ poſſit facere de non delicto delictum, *Franc. dec. 434. Capiblanc. tom. 1. de author. Baron. prag. 8. par. 1. num. 113. Petr. ad Gram. deciſ. 30. Montanar. ad prag. 5. de admin. vniuerſ. num. 56. Illuſtriſſimus Dominus bonæ memoriæ Regens Conſtant. in l. 1. nu. 25. de pœn. fiſcal. & D. Regens Rouit. prag. 5. de admin. vniuerſ. numer. 2.* faciunt ea, quæ ſupra diximus in materia mediatoris in aſſaſsinio, qui dicitur verus aſſaſsinus, attamen non procedit quo ad effectum amictendi immunitatem Eccleſię, & ſecundũ hanc opinionem reſcripſit Sanctiſsimus Clemens Papa VIII. Illuſtriſsimo tunc Archiepiſcopo Neapolitano, vt habetur per *Genuen. in prax. Cur. Archiepiſcop. tit. 76.*

83 Limitatur octauo in filio familias confugiente ad Eccleſiam ne corrigatur à patre *D. Rice. deciſ. 141. p. 1.*

84 Limitatur nono in confugiente ad oratorium priuatæ domus, nam non gaudebit immunitate Eccleſię, etſi diuina in eo celebrentur *Abb. in cap. fin. num. 4. de cenſ. Nauarr. in man. cap. 25. num. 17. Clar. q. 30. nu. 7. Farin. cap. 17. num. 252. & q. 29. nu. 49.* ſunt enim iſta oratoria hæc priuata loca, quę ad volunctatem domini domus amoueri poſsũt, vt quod hodie eſt oratoriũ, cras erit camera, *Clar. d. num. 7.* & ad vſus profanos illa

illa reduci posſunt ſi pęniteat, *gloſ. in clem. quia contigit de relig. dom. Valaſc. deciſ.* 105. *nu.* 9. & ratio meo iudicio videtur eſſe, quod ſola Eccleſia immunitatẽ reis tribuit, vt habetur in bulla, & inquiunt *Farinac. cap.* 17. *nu.* 251. *Tuſc. lit. E. concluſ.* 9. *nu.* 12. *Borrell. ad Bellug. rubr.* 11. §. *ſed quia verb. nondum conſeruata*, & *alij*, appellatione cuius non venire oratoria, & cappellas priuatas deciſum in Rota, teſtatur *Mantica deciſ.* 38.

85 Limitatur 10. vt tenor huius conſtit. comprehendat miniſtros Curiæ ſæcularis, non autem perſonas priuatas, verum incurrũt alias pœnas vti violatores immunitatis Eccleſiaſticæ, vt dicam in deciſ. Cur. Archiep. in lucem quamprimum edendis, et vide *Maeer. reſol.* 15. *lib.* 3.

86 Limitatur vltimo, vt ex inditiis indubitatis nõ poſſit quis declarari incidiſſe in excommunicationẽ cõtentam in hanc bullam ob extractionem *Dom. Riccius deciſ.* 88. *p.* 2. *facit q. forenſ. Nouarii fratris* 18. *par.* 2. & dicam ego ipſe in deciſ. Cur. Archiepiſcopalis adhuc non impreſſis.

87 Adornatum tamen huius conſtitutionis notabis, quod Epiſcopi, quibus per Sanctiſſimum demandatũ eſt cognoſcere de remiſſionibus delinquẽtium ad Curiam ſęcularem, tenẽtur ſtare proceſſui Iudicis laici, *iuxta publicas literas Clement. VIII. in forma breuis tranſumptas per Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. c.* 94. vt ſuper commiſſi criminis qualitatibus eccleſiaſticam immunitatem excludentibus ſe informarent ſummariè, ſimpliciter, & extraiudicialiter, quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſufficere ſibi viſũ fuerit, atq; ita per S. Congr. deciſum teſtatur *Farinac. conſ.* 168. *in addit. lit. A. & Caſtill. deciſ.* 156. *in prine.*

Et quamuis contrarium firmat *Dom. Riccius collect.* 1792. ipſius opinio procedit, & ſic ſemper conſului, quando contra examinatos teſtes vrgeret ſuſpitio, vel alter dubius eſſet Epiſcopus, nam hoc casu non teneretur totaliter ſtare proceſſui Iudicis laici, ſed maiorem diligentiam aliquam adhibere ipſe debebit, faciendo examinari

Digitized by Google

illos testes diligentius vel alios pro informatione suę conscientiæ, vt est videre *apud Giurbam conf. 50. n. 4.* & sic passim practicatur in hac nostra Curia Archiepis. & obseruauit in causa cuiusdam de familia Verdæ proditoris homicidæ sui soceri extracti ab ecclesia Sancti Antonij de mense Februarij 1633. qui ob informationem per nostram Curiam Archiepiscopalem captam de dicto homicidio proditorio fuit per Curiam sæcularem suspensus.

88 Animaduertas etiam requiri probationes plenas delictū esse exceptuatū, & non sufficere coniecturas ad effectum bullę *Gãma dec. 279. & 363. Castill. decis. 156. num. 5. Ambros. de immun. eccles. cap. 21. nu. 4. Bouadill. lib. 2. polit. cap. 14. nu. 94 Farin. conf. 168. vol. 2 D. Ricc. collect. 1792.* & sic fuisse obseruatùm in nostra Curia Archiepiscopali testatur *Genuens. loc. cit.* ante eum voluit *Mysinger. centur. 2. obseru. 67.* quia qualitates, quæ fundant iurisdictionem sunt plenè, & concludenter probandæ, iuxta tradita per *D. Riccium resolut. 38. p. 2.* & rationes traditas per *Farin. in cons. 76. nu. 2. & seqq. & in tract. de immun. nu. 374.*

Et licet *Giurba in eius conf. 50. nu. 10.* firmare conetur contrarium fundando se illis verbis Cle. VIII. ibi (si tibi summariè simpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro tuæ conscientiæ informatione tibi videtur) & consequenter ex eis tacitè viderentur sufficere coniecturæ. Tamen ipsius opinio non erit tuta nec D. meum Riccium allucinatum fuisse in intellectu verborum Clem. vt asserit, nã illa verba summariè, simpliciter, & extraiudicialiter tollunt longinquitatem tẽporis, non autem substantiam probationis, cum verba summariè simpliciter, & de plano non excludant cõcludentem probationẽ, sed solam respiciant modũ probandi, adeat *Gratian. in decis. 68. in addit. n. 1.* vbi sic decisum per Rotam testatur, & ad saturitatem videat *Cacher. dec. 1. Visium concluf. 96. & Marant. in 4. p. pract. dist. 9.* eo magis, quia id relinquitur cõscientiæ ipsius Episcopi, quo casu non remaneret tutus, si

ex

ex leuioribus probationibus permicteret reum tradi Curiæ sæculari.

Accedat pro corroboratione denique, & erit consideratione dignum, quod Episcoporum officium circa hoc seruiret de vento, si ipsi tenerentur stare processui formato per laicos, secundum opinionem aliquorum, vt supra, quod autem postea si ex dicto processu non appareret plenè delictum esse exceptuatū, pariter, absque scrupulo mentis, & tuta conscientia tenerētur remictere reum Curiæ sæculari, & prædicti Episcopi nullam haberent cognitionem, & in totum abrogaretur menti Gregorij olim Sanctissimi, & sic nouiter concludit *Diana resol. 38. p. 3.* Vnde non sufficere coniecturas concludendum est, nisi inditia esset indubitata, vel notoriè de qualitate dictorum criminum constaret, iuxta dicta per nos supra in tit. de assassin. nu. 8.

89 Sed in casibus in quibus notoriū est delinquentem non gaudere immunitate Ecclesiastica, adhuc nequit is extrahi absque licentia Episcopi, *Guid. Pap. decis. 121. n. 2. Seraphin decis. 90. p. 1.* & pluries fuisse obseruatum in nostra Curia Archiepisc. testatur *Genuens. cap. 21.* quia ex verbis dictæ bullæ cognitio delictorum exceptuatorum, vel non in bulla spectabit ad Episcopum *Franc. Marc. dec. 264. relatus per D. Ricc. collect. 109.* nam extrahere quemlibet cuiuscumque criminis reum ad Ecclesiam cōfugientem requirente Curia sæculari ad solum Episcopū pertinet, vel de eius licentia, cum Ecclesiasticæ personæ ad id deputatæ interuentu *Ambros. de immunit. Eccles. c. 11. n. 1. Zecchus priuil. 14. Gomez var. resol. tom. 3. c. 10. n. 2.* & si notoriū sit illud, quod ob onere probandi releuet *glos. in c. 2. vt lit. non contest. Natt. cons. 415. in fi. Magon. decis. Lucēs. 15. n. 24.* quia quādo probatio requiritur pro forma tunc notōrium non releuat ob onere probandi, *Alban. ad Bar. in l. cum quidnum. 3. ff. si cert. pet. Felin. in cap super eo vers. & istud limita de testib. cogend.*

Non debet enim nec potest Iudex sæcularis extrahere delinquentem ab Ecclesia sine licētia & autho-

Digitized by Google

ritate Ordinarii, nam ista extractio de iure pertinet ad ecclesiasticum non ad laicum, *authen. si quis ei in fin. vbi Cin. & Salic. num. 6. Cod. ad l. iul. de adulter. Belug. in specul. princip. rubr.* 11. §. *sed quia num.* 18. *Zeebus de priuil. eccles. priuil.* 14. *Remig. de immunit. eccles. q.* 1. *vbi multos alios adducit Gomes. var. resolut. tom.* 3. *cap.* 10. *nu.* 2. *in fin. Germon. de sacror. immunit. cap.* 16. *num.* 22.

Neq. obstat quod secun cundum alios non violetur immunitas ecclesiæ per extrahētem propria anthoritate eum, qui immunitate non gaudet *glos. in tit. de interdict. in verb. inde ad fi. Guid. Papa decis.* 121. *Conarr. lib.* 2. *var. resolut. cap.* 20. *num.* 18. *vers.* 34. *Boerius decis.* 109. *nu.* 2. *Clarus in* §. *fi. quæst.* 30. *vers. quæro nūc*, quia ista opinio non est vera, vt tenent omnes supra adducti per *text. in d. authen. si quis ei in fin. C. ad leg. Iul. de adult.*

Præsertim quia multi ex Doctoribus, qui tenent cōtrarium loquuntur de cōfugientibus ad ecclesias nō autem de delinquentibus in ecclesijs, nam tunc magis requiritur licentia Ordinarij, tamquam delictum sit commissum in sua iurisdictione, vt notat *Salic. in d. authen. si quis ei*, & concludit etiam *Remig. de immunit. eccles. q.* 1. *in prima opinione, prout etiam tenet Soccin. in cap. postulasti nu. num.* 10. *de for. competent.* & quidquid sit de prædictis huiusmodi disputatio hodie est superflua cū habeamus specialem declarationem in bulla Gregorij XIIII. vt iudices sæculares non possint per seipsos extrahere tales indignos immunitate, nisi cum expressa licentia Episcopi.

Ratio autem esse videtur, quia quamuis notoriè constet, quod confugiens ad ecclesiam commiserit delictum exceptum in Bulla Gregorij XIII. de immunit. Ecclesiast. Tamē adhuc seruanda est forma eiusdē Bullæ, quod videlicet Episcopus prius debeat cognoscere si confugiens commisit tale delictum exceptuatum, & postea consignare Curiæ sæculari, nam licet notorium reuelet ab onere probandi, *cap. vestra de cohabit. cleric. & mulier. glos. in element. appellanti*

in

in verb. aliàs cauſas de appellat. & in l. cives C. eodem tit. Bald. in l. ſi vero §. qui pro rei qualitate, & ibi laſ. ff. qui ſatiſd. cogan. latè Maſcard. concluſ. 1108. *num.* 1. Nihilominus quando probatio requiritur pro forma, tunc notorium non releuat ab onere probandi, *Card. Alban. ad Bart. in l. cũ quid num.* 3. *ff. cert. petat. Felin. in cap. ſuper eo* 3. *col.* 1. *poſt prine. verſ. & iſtud limita de teſtib. cogen.* vbi de ſtatuto requirente probationem confinium pro forma, quod tunc videtur requirere non ſolum pro probatione, ſed pro ſollemnitate ideo nõ ſufficiet cõfines eſſe notorios cum talia requiſita pro forma nõ ſint omittenda *l. eum hi §. ſi prator. ff. de tranſaction. cap. procurator de election. in* 6. *Bald. et Imola in l.* 1. *ff. de liber. et poſthum.* vbi etiã quod inter alios modos cognoſcendi an aliquid requiratur pro forma vnius eſt quando lex vel ſtatutũ annullat actum non factũ cum certa ſollemnitate, *Felin. in cap. ſuper eo col.* 1. *ad med. verſ. quomodo autẽ de teſtibus cogen. Gomeſ. in regul. de annal. q.* 6. qui ibi etiam alios modos adducit ex quibus inductio formæ cognoſcatur, prout eſt in dicta bulla Gregorij XIIII. in qua adſunt clauſulæ annullatiuæ cum decreto irranti, & alijs, ex quibus colligitur fuiſſe datam formã circa omnia ibi contenta, *cap. ſi capitulo. de conceſſ. prebend. in* 6. *glos. in l. fin. Cod. de vendit. rer. ciuil. lib.* 12. *late Gomes. de annal. q.* 6. & paſſim admittunt Doctores notorium non ſuffragari, nec releuare ab onere probandi quando eſſet aliquid datum pro forma, *Bart. in cap. veſtra col.* 38. *verſ. ſecundũ eſt principiũ de cohabit. clericor. & mulier. Bald. in l. ciues Cod. de appellat. Maſcard. concluſ.* 1108. *num.* 28. *Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 2. *q.* 9. *col.* 2. *poſt prine. verſ. tertius eſt eſt effectus f.* 581. vbi quod ex hac ratione publicatio reſignationis beneficij eſt facienda quamuis reſignatio eſſet nota populo cum talis publicatio requiratur pro forma, vt in conſtitut. Gregorij XIIII. quidquid aliud ſequantur *Paris. cõſ.* 39. *num.* 34. *lib.* 4. *et Caſſad. ſuper reg. deciſ.* 26. *Mandoſ. ad Roman. conſilio* 433. *in* 1.

ad-

addit. in fin. qui volunt non esse publicandam resignationem notoriam, quia cõtra eos est verior opinio, vt testatur *Gomes. d. quest. 9.* vbi etiam, quod ita seruauit *Rot. in causa Nannaten. Beatæ Mariæ collegiatæ Ecclesiæ.* & sequitur *prax. Archiepisc cap. 21. num. 5.* vbi etiam in specie tenet, ita seruandam esse formam Bullæ quamuis notorium sit, quod delinquens commiserit crimen excepuatum à dicta Bulla, vnde etiã si Episcopus deneget licentiam extrahendi potest curia sæcularis ipsos extrahere, & deducere ad carceres Episcopi, vt ab eo cognoscatur si delicta commissa sint excepta minori quo id fieri poterit scandalo, & tumultu, vt in eadem bulla habetur, voluit etiam *Ambros. de immun. cap. 11. nu. 2. & sequitur Gratian. d. c. 596. num. 10.* quidquid dicat *Giurba conf. 100. nu. 21.*

Et quamuis de crimine notorio aliunde constiterit, forma bulla, & seruanda, à qua nõ potest recedi, sed requiritur, vt ad vnguẽ, & specifice seruetur.

Quare etiam si confugiẽs ad Ecclesiam fuerit extractus non seruata forma bullæ, & ex sequẽtibus probationibus appareat delinquentem cũmisisse delictum exceptum à bulla, videlicet per confessionem extracti. Nihilomiuus est facienda restitutio ecclesiæ, quæ tanquam spoliata debet in primis restitui, *Remig. in specie de immunit. ecclesiar. q. fi. quo ad person. confugient. ad eas tom. 13. p. 1. fol. 112. Suarez in praxi par. 1. tom. 1. cap. 3. §. 3. n. 16. praxis Archiepiscop. cap. 22. nu. 5. iuxta dispositionem text. in cap. conquerente, & cap. item cum quis de restit. spoliator.* ea ratione, quia huiusmodi extractio non iustificatur ex post agitatis, seu ex probationibus post dictam extractionem receptis eum per superuenientem probationem non cõualidetur actus à principio nullus, *Dec. in cap. post sessionem col. 10. in princ. de probation.* vnde inditia superuenientia non confirmant torturam præcedentem, & confessionem nulliter extortam propter ordinem persuasum, *Boer. qui alia similia adducit dec. 259. col. 1. & 2. Remig. de immunit. ecclesiar. d. q. fi. vt etiam*

Digitized by Google

etiam adducit *Bellug. in speculo princip.* qui voluit, quod interim dum cognoscitur, an debeat gaudere immunitate, qui ad ecclesiam confugit debet ibi custodiri per vtrumque Iudicem, & interim stante dubio non debet ecclesia spoliari, nam quamuis videatur dolo petere, qui statim restituturus est, cp petit cũ facta restitutione delinquẽtis possit incontinenti extrahi tamquam constet de casu, in quo non debet gaudere immunitate tamen hoc non procedit in possessorio, *glos. in cap dolo facit de reg. iur. in 6. & in l. in condemnatione §. dolo ff. eadem tit. Afflict. super constit. reg. rub. 25. col. 12. in fin. vers. quarta solutio num. 33. & 34 lib. 1.*

90 Ex quibus omnibus colligitur, vt incurratur pœnã bullæ si forma ipsius non fuerit obseruata, *Macer. resol. 15 lib. 3.* & ideo confugiens ad ecclesiam, si fuerit extractus non seruata forma bullę, in primis restitutio est faciẽda Ecclesię spoliatæ; *Gouarruu. var. resol. cap. 20. num. 2. tom. 2. Mastrill. decis. 169. num. 11. & 12. Farin. q. 28. num. 3. de immun. num. 48. Gratian. d. cap. 596. nu. 11.* vel Episcopo *Genuens. cap. 18. num. 8.* vel eius Vicario *Farin. q. 28. nu. 48.*

91 Adeo, vt interim reus pro alijs delictis non possit per Iudicem detineri idem *Genuen. cap. 22. nu. 5. Farin. vbi supra num. 49.* quos refert, & sequitur *Giurb. d.*

92 *cons. 100. num. 23.* Imò restitutio fieri debet Ecclesiæ, nec sufficit fuisse dimissum liberum, *Nauarr. cons. 1. de imm. Eccles. Macer. d. resolut. 15. lib. 3.*

93 Dubitari tñ sępè sępius solet, & quotidie casus euenit si in loco sacro se captũ affirmaret reus, & birruarij negarent, non erit dictis birruarijs credendum, cum agatur de graui præiudicio ex *Decian. lib. 6. crim. cap. 29 num. 10. Farin. de immun. num. 54. Tusc. lit. T. concl. 215. num. 8. Gram. decis. 36. num. 16. Mascard. de probat. concl. 189. Decis. Lucẽs. 1. n. 3 & Viuius decis. 19. num. 6.* durum enim esset si vilibus & suspectis personis standum esset *Caball. res. crim. c. 127. n. 10.* maximè si ex captura mercedem percipe-rent *Caball. resolut. crim. c. 126. n. 15.*

94 Quæ

94 Quæ conclusio intelligitur, & declaratur pluribus modis, & primo, nisi aliter consuetudine obseruaretur. Secũdo nisi essent de maioribus birruarijs, qui aliquam haberent iurisdictionem, *Prax. Cur. Archiep. cap. 49. & Guazz. d. cap. 37. in fin.* nam dicerentur personæ integræ, *Bero. q. 8. nu. 1. Bursat. cons. 63. n. 12. & Ludouic. d. dec. 1. nu. 3. vide Nouarium frater q. forens.* licet in vrbe nullam fidem faciant barricelli, nec eis creditur. Tertio si testibus contrarium probaretur *Genuic. p. 1. dec. in repert. verb. Iudex Ecclesiasticus n. 15. & Guaz. d. defens. 1. c. 37. in fine.*

95 Aduertas tamen, vt ad iudicem Ecclesiasticum in simili casu spectabit cognitio si captus à satellitibus affirmet se fuisse captum in loco sacro illis negantibus *vide Dian. resolut. 32. par. 3.*

96 Item posset controuerti, an ista cognitio spectet ad Episcopum, ita & taliter, quod admicti possent per ipsum defensiones ad fauorem miseri cõfugientis puta repulsa testium, qui deposuerunt de criminibus exceptis cõtra eum. Adeas *Giurbam cons. 100. num. 28.* negatiuam opinionem asserentem ex eo quod non est necesse aliquem formari processum, nec plenariã causæ cognitionem, nam alias causa esset immortalis, & nouissimè tractat *D. Iudex criminalis Merlinus in eius controuers. forens.* nouiter impressis, vbi pariter habes, si requiratur citatio confugientis extrahẽdi, vel fisci, vt pariter discurrit *Farin. in cons. 168. nu. 39.* qui latè tractat hunc articulum, & quamuis *idem Farin.* firmiter teneat requiri citationem partis, *vt n. 48. & seqq.* ex pluribus rationibus per eum adductis. Attamen, contrariam opinionem postea substinuit primam reuocando *in addit. ad dict. cons. & in tract. de immun. Eccles. num. 376.* quam opinionem sequitur *idem D. Merlin.* & quotidie obseruatur in Curia Arch. nunquam citari confugiẽtes pro eorum extractione, & huius opinionis semper fuit D. Alexander Lucianus clarissimus Iure Consultus, Auditor benemeritus Eminentissimi, ac Reuerendissimi D. Card. Bõ. com-

Digitized by Google

compagni, ac primarius Consultor Archiep. Curiæ Neapolit.

97 Item quæri, & dubitari solet an extrahentes reos ab Ecclesijs non seruata forma constitutionis Gregorij possint absolui per Episcopos.

In facti contingentia dicebam prima facie spectare ad Summum Pontificē ex eo, quia in bulla Gregorij XIV. in fin. Summus Pōtifex declarat, quod qui cōtra dictam constitutionem aliquid facere præsumpserit ipso facto incurrat easdē censuras, & pœnas, quæ sunt promulgatæ contra violatores libertatis, iuris, & immunitatis ecclesiæ tam per sacros canones, quam concilia generalia, & alias constitutiones pontificias.

Quare ex hoc videbatur absolutio solum reseruata Papæ, quia *in bulla cœnæ Domini num. 14. in fin.* excōmunicantur omnes, qui aliquid fecerint, vnde libertas ecclesiastica tollatur, seu in aliquo lædatur, aut deprimatur, aut alias quouis restringatur, vel quarumcūque ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur. Neque aduersatur *glos. in cap. quoniã 4. in fin. in verbo absoluatur de immun. eccles. in 6.* vbi tenet in specie libertatis eccle siasticę posse absolutionem concedi ab Episcopis cum Papa illam non seruauerit *iuxta d. cap. nuper de sentem. excom. quia d. glos.* loquitur de iure communi. Nos autem sumus in casu bullæ Cœnæ domini, per quam, vt dictum est huiusmodi absolutio est de reseruatis Summo Pontifici, & cum ad eam cōstitutionem fuerit facta relatio, debēt omnes qualitates in relato cōtineri *Bart. in l. 1. ff. de recep tator. & in l. 1. ad finem ff. famil. hercis. & in l. si quis seruum §. vlt. vers. sed quæro testator ff. de legat. 2. Aym. cons. 45. num. 4. Surdus cons. 200. num. 5.* & sic de pœna habenda est, ac si esset in ipsa constitutione inserta, *Natt. cons. 204. num. 12. Surdus cons. 288. num. 24.* ita vt etiam expressum dicatur quod ad aliud refertur *l. ait pretor. §. 1. vbi Rip. de re iud. cum alijs per Tiraq. de leg. connubial. glos. 7. nu. 182 fol. 351. leg. 16.* quæ etiam procedunt in pœnalibus, *Bald. cons. 13. lib. 5.* quod est

Digitized by Google

repetitam *conſ.* 181. *Tiraq. ibidem num.* 186. *Bart. in l.* 1. *§. & poſt operis col.* 2. *verſ. quandoque continet, vbi Iaſon col.* 1. *in fin. de oper. nou. nunciat. Bald. in l. acceptam q.* 7. *C. de vſur.*

His tamen obſtantibus contrarium eſt tenendum tanquam tutius ob illam rationem, quia iſta qualitas abſolutionis debet expreſtè reſeruari à Papa *cap. nuper de ſent. excomm.* vnde non includitur in diſpoſitione referente, cum enim aliquid patenter exprimi debet, *& alii in cap. penult. de iureiurand. Socein. conſ.* 99. *colu.* 2. *ad med. lib.* 3. *cum aliis per Tiraquell. de leg. connubial. gloſ.* 7. *num.* 199. *fol.* 353.

Quam opinionem ſectatus fui ex eo, quod abſolutio ab excommunicatione ſi non eſt expreſſe reſeruata Papæ poteſt concedi ab Epiſcopo *d. cap. nuper* 29. *ad fin. verſ. quia tamen conditor canonis, & ibi gloſ. arguit de diſpẽſatione in verb. non retinuit ad med. vbi Abbas in* 5. *notab. num.* 5. *Felin. num.* 3. *&* 4. qui etiam loquitur de diſpenſatione. *gl. in cap. ſciant cuncti* 12. *in in verb. ſcientia de elect. in* 6. *& in cap. vnico in verb excommunicationis in fin. de his quæ vi vel met. cauſ. eod. lib & in cap. quoniam ff. in verb. abſoluatur de immun. eccleſ. eodem lib. cum aliis per Duen. reg.* 252. *num.* 1. *vbi ſimilia adducit Couarr. in cap. alma mater par.* 1. *§.* 12. *nu.* 4. *fol.* 430. *Bott. de ſinodo Epiſcop. artic.* 5. *par.* 3. *num.* 1. *&* 2. *tom.* 13. *par.* 2. *fol.* 405.

Hinc videmus à ſimili abſolutionem ab excommunicatione contracta ob alienationem rerum Eccleſiæ non eſſe reſeruatam Põtifici, ſed poſſe impendi à loci ordinario iuxta tradita per nos in deciſ. Cur. Archiepiſcop. adhuc non impreſſis.

98 Sed vt abſolutio reſeruetur Sanctiſſimo, adhibenda eſt cautela per Ordinarios tempore, quo declarãt illos extrahentes incidiſſe in excommunicationem contentam in bulla præfata, declarent absolutionem eſſe reſeruatam Sedi Apoſtolicæ, dicendo TT. incidiſſe excõmunicationẽ cõtentam in bullam Gregorij XIV. cuius abſolutionem Sanctiſsimo reſeruatam eſſe declaramus.

99 Ad-

Digitized by Google

99 Aduertas tamen supradictam absolutionem non competere Vicario, nisi interceſſerit ſpeciale mandatum, quia ſumus in excommunicatione iuris, *Felin. in cap. paſtoralis §. preterea n. 19. verſ. pro quo facit*, vbi quod permiſſa diſpenſatione à canone, intelligitur permiſſa ſolis Epiſcopis, *Innoc. in cap. vlt. in fin. verſ. & hi omnes de poſtul. prælat. & in cap. 2. de eo qui furt. ord. ſuſc. Abb. in cap. 1. n. 3. in 3. notab. glo. in cap. 2. verb. reſeruatur in princ. de pœnit. & remiſſ. in 6.* vbi quod ſolus Epiſcopus, non autē Vicarius ſine ſpeciali mandato abſoluit, *Sbroz. de offic. Vic. cap. 179. lib. 2.*

Idemque dicendum erit de licentia extrahendi, vt nequeat concedi à Vicario Epiſcopi iuxta latè tradita per *Maeſtr. reſol. 15. num. 4. & ſeq. p. 3.*

Quę omnia aſſererem procedere, quoties Epiſcopus degeret in diœceſi, at ſecus ſi eſſet in remotis, *argum. text. in cap. cum nullus §. Epiſcopo in remotis agente de tempor. ordin. in 6.* vbi habetur quod licet quis nō poſſit ordinari cum literis dimiſſorialibus Vicarii generalis non habentis ſpeciale mandatum, nec euaderet pœnas contentas in bulla Pij II. Tamen ſi Epiſcopus degeret in remotis, vtique poſſet legitimè ordinari cum dictis dimiſſoriis, vt dicam infra tit. de ordinat. extra temp. declarat. 9.

100 Sed non ſemel euenire ſolet an Abbates habentes iura Epiſcopalia poſſint declarare excommunicatos extrahentes confugientes ad Eccleſias eis ſubiectas, Cum verò caſus iſte accidiſſet in perſonam Domini Ioānis Baptiſtę Rauaſcherij vtilis Baronis Terræ Rocchæ, qui fuerat declaratus excommunicatus ab Admodū Illuſt. & Reuer. Abbate Sanctiſsimæ Trinitatis ciuitatis Cauæ cum petiſſet dictus Abbas affigi cedulones per hanc ciuitatem, per nos fuit dictum non ritè declaraſſe excommunicatum dictum Ioannem Baptiſtam, ex quo ſpectabat ad Epiſcopum viciniorē iuxta terminos bullæ de qua quæſtione latè ſcripſimus in decit. Cur. Archiepiſ. adhuc non impreſſis, vt eſt videre.

Hinc etiam facultas ex-

Digitized by Google

trahendi confugientes ad Eccleſiam, non competit ſuperioribus regularib⁹ iura Epiſcopalia habentibus, cum cognitio ſuper remiſſione delinquentis confugientis ad Eccleſiam in Curiam ſæcularem, ſit remiſſa Epiſcopis,& non alijs inferioribus etiam ſi Ordinarij eſſent,aut nullius Diœceſis, aut Conſeruatores à Sede Apoſtolica ſpecialiter, vel generaliter deputati, & ideo ſi caſus occurreret in loco exempto, tunc cognitio deuolueretur ad Epiſcopū viciniorē, & non ad alios, *Ambroſ.de immun. cap.* 11. *num.* 1. *Farin. conſ.* 76. *Tuſc.concl.*1.*n.*9.*tom.*2.

101 Difficultas quoque oriri pōt an cōcedenda ſit abſolutio extrahētibus quādo extractus non fuerit reſtitutus Eccleſiæ ob difficultatē reſtitutionis, puta quia extractus fuerit damnatus ad mortem, vel ad triremes. articulus iſte reſoluitur in affirmatiuam opinionem cum temporis longinquitate per *D.Riec.dec.*266-*p.*3. ipſum in caſu occurrenti videas,& facit pro corroboratione, nam ſi aliquis habuiſſet ſcripturam, & ante monitorium eam ſcidiſſet, vel igne cremaſſet, ita quod non poſſet illam reſtituere, non tenebitur ratione monitorii illam reuelare ſe ſcidiſſe illam ſcripturam,quia ad impoſſibile nemo obligatur *l.impoſſibilium ff. de regul. iur. ita exam. Epiſt. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 20.ſed in euenctu cōſulatur S. Congr.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtuoſi qua pœna puniuntur.*

2 *Diſpenſationes pro matrimoniis contrahendis ab inceſtuoſis prohibentur.*

3 *Inceſtus an oriatur ex cognatione carnali facta cum commatre.*

De Inceſtu.

Super Bulla Sixti V. & Gregorij XIV.

1 POena vltimi ſupplicij puniuntur commictētes inceſtum etiam ſi duas ſorores germanas publicas meretrices cognouerint, *vt in conſtit. Sixti de qua habetur apud D.Riec.collec.* 1869. *& reſol.* 63. *p.*2. *in prax.& Triuiſan. deciſ.*59. *par.*

Digitized by Google

par.2. vbi latè agitur materia ista.

2 Sed quoniam istud crimen incestus detestabile videbatur, & ex eo grauia scandala proueniebant, & cunctis euidenter apparebat meritò *Sanctiss. Gregorius XIV. in eius constitut. incip. sicut antiquitus* statuit, ac renouando pœnas incestuosorum, prohibuit peti dispensationes pro cõtrahendis inter eos matrimonijs in virtute sanctæ obedientiæ, quam constit. refert *Nald. in summ. verb.* incestus, vbi plura habes pro choronide dictæ constitut.

3 An autem incestus oriatur ex cognatione carnali facta cum commatris persona, & an possit puniri à tribunali sancti Officij, vide *D. Ricc. decis. 369. par. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Capitula cathedralium, quibus præsunt Cardinales non habent ius nominandi, vel præsentandi, aut aut alias quomodolibet disponendi de beneficijs in mensibus reseruatis pro tempore vacantibus stante indulto Cardinalium.*

Dc indultu Cardinalium.

Super Bulla S. D. N. Vrbani Papæ VIII.

1 PEr hanc constit. incip. *Sanctissimus in Christo Pater editam sub die 10. Septembirs 1626.* mandatur, quod capitula cathedraliũ quibus S. R. E. Cardinales præsunt ex indultis conferendi beneficia Ecclesiastica reseruata, vel affecta eisdem Cardinalibus concessis nullum ius prætendere possint sub prætextu, quod ipsi Capitula, & Canonici ius nominandi, vel præsentandi, aut alias quomodolibet disponendi de beneficijs in mensibus non reseruatis pro tempore vacantibus cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinariis coniunctim, vel diuisim habeant.

Hæc materia indultorũ S. R. E. Cardinalium optimè tractatur per *Gonzalez super reg. 8. Cancell. glos. 14. per tot. Ludouis. dec. 99. vbi Beltram. in addit. & Verall. in decis. verb. indultum*, vbi plures decis. cumulat.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Libri prohibiti legi nequeũt non obſtante licentia, reuocata per bullam.*

2 *Libros hereſis legentes, vel retinentes incurrunt excommunicationem Pontifici reſeruatam. Amplia vt nu. 4. 5. & 6. Declara vt 7. 8.*

3 *Libros non hæreſis, ſed prohibitos alia de cauſa legẽs vel retinens peccant mortaliter, & Epiſcopi arbitrio ſeuerè puniuntur.*

De Libris prohibitis.

Super Bulla Sanctiſſimi Vrbani VIII.

INcipit conſtitutio hæc Apoſtolatus officium adita ſub die 2. Aprilis 1631. per quam reuocantur omnes
1 & ſingulæ licentiæ legendi vel retinendi libros prohibitos, & illos, habentes teneantur ad Epiſcopum, ſeù inquiſitores deferre, & quique aliquos ſimiles libros habere ſciuerint, eos denũciare tenentur.

2 Inter cœteras pœnas ſuper hoc ab Apoſtolica ſede, ſacriſque Canonibus conſtitutas, illa etiam eſt, vt qui legerint, vel habuerint hęreticorum libros, vel cuiuſuis authoris ſcripta propter hæreſim vel falſi dogmatis ſuſpitionem damnata aut prohibita, ipſo iure in excommunicationis pœnam Summo Pontifici reſeruatam incurrunt, & in eo caſu contra tales, ſiuè ſæculares, ſiuè regulares procedi poterit tanquam contra ſuſpectos de hæreſi iuxta *bullam Pii IV. incip. Dominici gregis.*

3 Qui verò libros prohibitos alia de cauſa legerit, vel habuerit pter peccati mortalis reatum, Epiſcoporum arbitrio ſeuerè venit puniẽdus, vt patet ex dicta conſt. Pij V.

4 Amplia primo, hanc cõcluſionem, vt compertus habere libros prohibitos, nec defendere ſe valeat dicendo illos retinuiſſe ad confutandum quia eorum lectio pernicioſa, & periculoſa eſt, ita *Pegn in direct. inquiſit. p. 2. commen. 3. verſ. tametſi.*

Amplia ſecundo, vt huiuſmodi conſtitutio comprehendat etiam libros nõ impreſſos, ſed manuſcriptos

Digitized by Google

tos, nã proculdubio adhuc libri sunt, & in eis militat eadẽ ratio, *Farin. in prax. q.180.nu.30. Vgolin.de censur.p.2. vers.ac eorundem libris nu.1.*

5 Amplia tertio, vt comprehendat etiam libros Catholicorum cum scholijs, vel adnotationibus hæreticorum, ob identitatem rationis periculi, *Graff.in lib. decis. c.18. nu.42. & Farin. vbi supra nu.50. in fin.*

6 Amplia quarto, vt Episcopi absque Inquisitore possint cognoscere, ac terminare causas illorũ apud quos reperiuntur libri prohibiti non sapientes manifestam hæresim, *cap.accusatus de hæret.in 6. Abb.in cap. 1.nu.4. de sortil. Direct. inquisit.q.41. nu.2. & ita censuit S. Congreg.vniuers. inquis. sub die 2. Decembris 1612.vt refert Thesaur.for. Eccles.tit.de sortil.nu.26.*

7 Declara tamen, vt si hæredes apud quos reperti essent libri hęreticales, essent viri probatæ vitę, & opinionis, & nullatenus suspecti de hæresi, & ignorabant apud eos esse libros hæreticales, eo casu ex retentione dictorum librorum suspitio hęresis non procedit, nec possunt inquiri, *Menoc. de arbitr.iudic.casu 379.nu.12.* nam ad hoc vt retentio dictorum librorum hæreticalium constituat, quem suspectum de hæresi, requiritur scientia, & quod præfati libri sint damnati pro hæreticis, *Bursat.cons.304. vol.4. Graff. cons.2.de hæretic. & D. Riccius in prax. for.eccles. decis.675.num.5. & 6.*

Aduertant tamen hæredes ad tollendam omnem suspitionem ne contra eos ex retentione huiusmodi librorum procedi possit, vt mortuo testatore conficiãt inuenctarium omnium librorum, & ad Ordinarium loci, seù inquisitorem deferant.

8 Declara secundo, vt non omnes detinentes libros prohibitos possint dici suspecti, sed quos iustus Iudex arbitrabitur, & sic intelligenda est dispositio dictæ bullæ, & ideo Iudex nullam suspitionem capere posset de homine probatæ vitæ, vt de re furata reperta pęnes hominẽ bonæ famæ, *Bald. & Imola in l.fin. ff. de hæred. instit.* & idem esset si retinens nesciret legere, vel si eos cum he-

Digitized by Google

hereditate, vel mercibus acceperit occultos, aut inconsideratè legerit, aut si quam primũ sciuerit præsentauerit Episcopo, vel sol licitè quæsierit absolutionem, item si parum legerit, si reprehendenti statim obtemperauerit, *Menoch. de arbit. iudic. casu 374. Pegna latè in direct. inquisit. super cap. fraternitatis de hæretic. fol. 93. & fusè Mascard. de probat. conclus. 867.*

SVMMARIVM.

1 *Libri aliaque scripturæ prohibentur imprimi in vrbe absque approbatione* Magistri *S. Palatii, & in alijs diœcesibus, Episcopi sub pœnis contentis in bulla. Amplia vt nu. 2. 3. 4. & 5. Declara vt nu. 6. & 7.*

De librorum impressione.

Super Bulla Leonis X.

1 VIgore *huius const. incip. inter sollicitudinem*, prohibentur libri aliæque scripturæ imprimi in alma Vrbe absque examine, & approbatione in scriptis Palatii Apostolici Magistri, & in alijs diœcesibus Episcopi. Contrariumque facientes, libros amittunt, illique publicè comburuntur, soluant pœnam ducatorum centum fabricæ Sancti Petri, suspendũtur ab exercitio imprimendi per annum, & incurrunt sententiam excommunicationis. Crescente verò contumacia, possit contra eos pœna augeri.

Cuius dispositionis tenorem fuisse obseruatum refert *D. meus Riccius in dec. 77. par. 3.* vbi fuit dictum impressorem abstinere debuisse ab exercitio impressionis per biennium. Et ita etiam sanciuit *S. C. T. sess. 4. in decret. de edit. libr.* prohibens talem impressionem sub pœna excommunicationis, & pecuniaria.

2 Quæ pœna ampliatur etiã in regularibus imprimere volẽtibus non solum cum approbatione, & examine supradictorum; sed etiam eorum superiorum, *ita Margar. cas. conse. in verb. legere, & sic declarasse Sac. Congreg. Emin. Cardin. refert Capue. in compend. priuil. mendic. verb. imprimere.*

3 Am-

Digitized by Google

3 Ampliatur secundo, vt absolutio ab excommunicatione, licét sit locorum Ordinarijs reseruata in casu contrauenctionis, Tamen hoc intelligendum esse puto quando libri impressi nullã heresim continerent, at secus si aliquam heresim saperent, quia ad Sanctissimum recurrendũ est testatur *Graff. decis. aur. cap. 24. nu. 9. lib. 4. p. 1.*

Vnde ex hac doctrina, & ampliatione inferas, q̃ quamuis liber impressus nullam hæresim saperet, ac esset perfectissimus, & nihil in eo reperiretur, quod esset contra sanctam Romanam Ecclesiam, imò omnia ad ipsius fauorem, adhuc censerem non posse dictam pœnam euitari, ex quo trãsgrederetur forma tradita à Summo Pontifice mandante fieri impressionem sub certo modo à quo non poterit recedi, etiam si effectus melior habeatur, *arg. l. cum hi §. si prætor ff. de transact. Bald. in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obligat. Brun. in tract. de form. tit. quid & quãdo aliquid cens. tradit. pro form.* quia ille modus censetur inductus pro forma, *Felin. in cap. cũ dilecta num. 5. de rescript.* qui in dubio præsumitur substantialis, *secundum Bal. in l. comparationes C. de fid. instrum. cum allegatis per Dec. cons. 602. nu. 3.* & forma ad vnguem est seruanda *l. non dubium C. de leg. Guttier. pract. q. 15. num. 5 lib 3. Macer. resol. 11. num. 4. lib. 1 Gam. decis. 45. num. 3.* & nihil addi, vel detrahi potest *l. 1. §. opus nouum ff. de nou. oper. nunciat.* Maximè, quia dicta constitutio fuit emanata ad fauorem publicum vt considerauit *Bart. in l. 1. §. si plures nu. 13. ff. de exercit. act.*

Hinc euenit, quod alienatio facta bonorum eccle siasticorum cum euidenti vtilitate Ecclesiæ absque sollemnitatibus, non excusat contrahentes à pœnis extrauag. ambitiosæ, *Macer. resol. 5. lib. 1. Franc. dec. 137.* & ad hunc propositum cẽsuit *Rota in vna compostillana Canonicatus 20. Iunij 1601. coram Emin. Cardin. Seraphino, & in altera Valentin. Baroniæ 10. Martij & 18. Aprilis 1603. coram Ortombergo*, vbi Papa mandauerat conuersionem fieri in emptionem bonorum stabilium ante approbationem contractus, & quia istud fuerat omissum, Ro-

Digitized by Google

ta iudicauit confirmationem fuisse nullam, ipso iure, quamuis aliunde constaret de effectu, & euidenti vtilitate.

4 Ampliatur tertio, vt exequutio pœnæ spectet pariter ad Ordinarium, absque cuius licentia imprimi libri non possunt, cum enim Pontifex committat hanc formam, & modum dictis Ordinarijs ne permictant libros imprimi absque approbatione eorum sub præ dictis poenis, nulli dubium est quin tacitè dicatur eom missa pœnę exequutio, *cap. preterea de offic. deleg.* vbi habetur, quod cui committitur aliqua causa, videntur etiam committi omnia quæ ipsam causam cõcernunt, puta citare contumacem punire, & reliqua, nam concesso vno alicui, dicitur concessum omne, per quod deuenitur al illud, *l. sæpe ff. de re iudic. l. ell iurisdictio ff. de iurisd. omn. iudic. l. cum principale ff. de reg. iur. l. oratio ff. de spõsal. Marsil. sing. 175. glos. in § fi. inst. de seruit. rust. prad.* alias frustratoria redderetur dispositio huius constit. si pœna per ipsum met ordinarium exigi non posset, & actum frustratorium legem abhorrere sanciuit, *text. in l hac stipulatio ff. vt legat. seu fideicomm. nom. cau, Surd. decis. 271. num. 5. & 276. num. 4. & cons. 345. num. 18.*

5 Ampliatur quarto, vt cõprehendat etiam vxores, filios, & famulos impressorũ notitiam habentes, & in mala fide existentes nulla præcedente licentia Ordinarij libros imprimentes, Nam agentes, & auxilium, proposito præstãtes ad cõmictendum maleficium eandem pœnam incurrũt, *l. iubemus §. œconomus C. de sacr. Eccles. c. qui cum fure de furt. c. quanta de sentent. excom. Clar. §. fin. quæst. 87. nu. 4.*

Maximè, quia hoc coadiuuatur ex illa *reg. text. in l. 1. vbi DD. ff. de act. & obli. & in l. si mulier §. si seruus in fin. ff. rer. amot.* vbi habetur vxorem nõ teneri obedire in dilectis viro sicuti, nec filium patri, & seruum domino *l. seruus non omnibus ff. de act. & oblig. Caball. resol. crim. 288. num. 3.*

Nec obstare videtur eos metu patris, vel viri libros absque licentia impressisse, & consequenter venirent ex-

Digitized by Google

recusandi ex illa regula, quod voluntas, & propositum distinguunt delicta, *l. qui iniuriæ ff. de fur. l. diuus ad l. corn. de sicar. Farin. prax. crim. par. 4. cons. 65. Simin. Card. Tusch. lit.* D. *mel.* 160. & licet voluntas coacta voluntas dicitur ad *ex. in l. qui ita in prin. ff. ad rebell. & c. meritò* 15. *q.* 1. tamen non poterit negari quia non sit spontanea, & ac imperfecta, *l. si mulier quod si metu coactus ff. quod met. causs. Menoch. cons.* 12. *num.* 9. & qualificata *cc. in l. velle non creditur num.* 5. *ff. de reg. iur.* quia nõ et propriè voluntas, sed secundum quid, vt benè *tem Decius declarat. nu.* 3. proinde vti cõpulsi delinquendo non erint hac pœna puniendi iuxta tra- per *Vivium decis.* 394. & *urb. in cons. crim.* 85.

Nam iuxta terminos leles loquendo faciliter reonderi potest, in eo tan- n casu excusare debere actionem, siuè metum, ando esset absolutus, ſe- s vero si conditionalis, & daretur terminus vel- tatis, & nolleetatis, vt in iculo, de quo loquimur, n in casu impressionis non poterit cadere metus absolutus, ob temporis diuturnitatem, dum libri nõ imprimuntur in ictu oculi, sed cum longinquitate tẽporis, qui foret terminus filio, & vxori iudicandi anvellet, vel nollet imprimere absq; licentia Ordinarij, videatur quæso dispositio, *text. in cap. sacris de iis, quæ vi metusue caus. gest. sunt*, vbi constituitur non esse excommunicatum, qui absolutè coactus communicat excommunicato, secus si conditionalis, sequitur *Couarr. in cap, alma mater p.* 1. §. 3. *num* 9. *Nauarr. in c. inter verba* 11. *q.* 3. *prælud.* 3 *num.* 4. *Suarez instit moral. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *Alter. de censur. tom.* 1. *de excommun. lib.* 1. *disput.* 12. *cap.* 3. *Dom. Riccius de iur. person. extr. grem. eccles. exist. lib.* 4 *cap.* 44.

6 Declarabis primo, huius constitutionis tenorem minimè procedere, quoties liber non fuisset venalis expositus, siuè publicatus, nam hoc casu crederẽ, euitari ab impressore mentionatas pœnas, ea nempe ratione, cum actus nũquã videatur perfectus, nisi fuerit publicatus, hinc meritò vi-

ta iudicauit confirmationem fuisse nullam, ipso iure, quamuis aliunde constaret de effectu, & euidenti vtilitate.

4 Ampliatur tertio, vt exequutio pœnæ spectet pariter ad Ordinarium, absque cuius licentia imprimi libri non possunt, cum enim Pontifex committat hanc formam, & modum dictis Ordinarijs ne permictant libros imprimi absque approbatione eorum sub præ dictis poenis, nulli dubium est quin tacitè dicatur commissa pœnę exequutio, *cap. preterea de offic. deleg.* vbi habetur, quod cui committitur aliqua causa, videntur etiam committi omnia quæ ipsam causam cõcernunt, puta citare contumacem punire, & reliqua, nam concesso vno alicui, dicitur concessum omne, per quod deuenitur al illud, *l. sape ff. de re iudic. l. eã iurisdictio ff. de iurisd. omn. iudic. l. cum principalis ff. de reg. iur. l. oratio ff. de spõsal. Marsil. sing. 173. glos. in § fi. institut. de seruit. rust. pred.* alias frustratoria redderetur dispositio huius constit. si pœna per ipsum mitet ordinarium exigi non posset, & actum frustratorium legem abhorrere sanciuit, *text. in l hac stipulatio ff. vt legat. seu fideicomm. nom. cau, Surd. decis. 271. num. 5. & 276. num. 4. & cons. 345. num. 18.*

5 Ampliatur quarto, vt cõprehendat etiam vxores, filios, & famulos impressorũ notitiam habentes, & in mala fide existentes nulla præcedente licentia Ordinarij libros imprimentes, Nam agentes, & auxilium, proposito præstãtes ad cõmictendum maleficium eandem pœnam incurrũt, *l. iubemus §. oeconomus C. de sacr. Eccles. c. qui cum fure de furt. c. quanto de sentent. excom. Clar. §. fin. quæst. 87. nu. 4.*

Maximè, quia hoc coadiuuatur ex illa *reg. text. in l. 1. vbi DD. ff. de act. & obli. & in l. si mulier §. si seruus in fin. ff. ver. amot.* vbi habetur vxorem nõ teneri obedire in dilectis viro sicuti, nec filium patri, & seruum domino *l. seruus non omnibus ff. de act. & oblig. Caball. resol. crim. 288. num. 3.*

Nec obstare videtur eos metu patris, vel viri libros absque licentia impressisse, & consequenter venirent ex-

Digitized by Google

excuſandi ex illa regula, quod voluntas, & propoſitum diſtinguunt delicta, *l. qui iniuria ff. de fur. l. diuus ff. ad l. corn. de ſicar. Farin. prax. crim. par. 4. conſ. 65. Emin. Card. Tuſch. lit. D. concl. 160.* & licet voluntas coacta voluntas dicitur ad *tex. in l. qui ita in prin. ff. ad Trebell. & c. meritò 15. q. 1.* Tamen non poterit negari quia non ſit ſpontanea, & ſic imperfecta, *l. ſi mulier §. quod ſi metu coactus ff. quod met. cauſ. Menoch. cõſ. 912. num. 9.* & qualificata *Dec. in l. velle non creditur num. 5. ff. de reg. iur.* quia nõ eſt propriè voluntas, ſed ſecundum quid, vt benè *idem Decius declarat. nu. 3.* & proinde vti cõpulſi delinquendo non erint hac pœna puniendi iuxta tra-ta per *Viuium decif. 394. & Gturb. in conſ. crim. 85.*

Nam iuxta terminos legales loquendo faciliter reſponderi poteſt, in eo tantum caſu excuſare debere coactionem, ſiuè metum, quando eſſet abſolutus, ſecus vero ſi conditionalis, & ſic daretur terminus velleetatis, & nolleetatis, vt in articulo, de quo loquimur, nam in caſu impreſſionis non poterit cadere metus abſolutus, ob temporis diuturnitatem, dum libri nõ imprimuntur in ictu oculi, ſed cum longinquitate tẽporis, qui foret terminus filio, & vxori iudicandi an vellet, vel nollet imprimere abſq; licentia Ordinarij, videatur quæſo diſpoſitio, *text. in cap. ſacris de iis, quæ vi metusue cauſ. geſt. ſunt*, vbi conſtituitur non eſſe excommunicatum, qui abſolutè coactus communicat excommunicato, ſecus ſi conditionalis, ſequitur *Couarr. in cap, alma mater p. 1. §. 3. num 9. Nauarr. in c. inter verba 11. q. 3. prælud. 3 num. 4. Suarez inſtit moral. p. 1. lib. 1. cap. 11. Alter. de cenſr. tom. 1. de excommun. lib. 1. diſput. 12. cap. 3. Dom. Riccius de iur. perſon. extr. grem. eccleſ. exiſt. lib. 4 cap. 44.*

6 Declarabis primo, huius conſtitutionis tenorem minimè procedere, quoties liber non fuiſſet venalis expoſitus, ſiuè publicatus, nam hoc caſu crederẽ, euitari ab impreſſore mentionatas pœnas, ea nempe ratione, cum actus nũquã videatur perfectus, niſi fuerit publicatus, hinc meritò

videmus votum, seù suffragium semel datum posse reuocari ante publicatum scrutinium, non autē post, vt habetur *in cap. publicato de elect. Silu. verb. electio 2. q. 7. Roderiq. q. regul. tom. 2. q. 5. tract. 14. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 204. Miranda. in man. Prælat. tom. 2. q. 23. artic. 24. concluſ. 2. latè Molfeſ. in ſumm. tit. de benefic. cap. 16. num. 131. cum ſeqq. & Phebus deciſ.* 101. Et à ſimili dicitur de lege conſtitutione, vel pragmatica, vt ante promulgationem nunquam ligent §. 1. *Aut. vt noua facta conſtit. Franc. deciſ. 360. Garz. de benefic. p. 5. cap. 8. num. 14. & ſeq. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 185. & fusè Gabriel lib. com. opin. concl. 4. de leg. & conſtit.*

Et huc etiam ſpectat ſententiam nunquam ſuum effectum ſortiri niſi poſtquam fuerit promulgata, *Soccin. iun. conſ. 80. num. 6. col. 2. Anna ſing. 473. & Laratth conſ* 52.

7 Declaratur ſecundo, vt non dicatur contrauenire diſpoſitioni dictæ conſtit. qui impreſſerit libros de licentia Vicarij generalis, ſeù ſuperioris reuocati, ſeù decedentis, qui tempore administrationis præſtiterat dictam licentiam, nam non obſtante diſceſſu morte vel reuocatione, & per ſuperuenientiam ſucceſſoris, non videtur reuocata licētia præmentionata, nec amplius teneatur impreſſor obtinere aliam licentiā, & ſic vulgo (l'imprimatur) à Vicario ſucceſſore, vt quotidie obſeruatur, & facit pro hac opinione, quod ſi fuerit conceſſa licentia ab Epiſcopo eius ſubdito pro recipiendo ordine, eo caſu ob mortem Epiſcopi non expirare dictam licentiam dixerunt *Roland. conſ. 38. volum. 3. Cened. can. q. 38. nnm. 5. Guttier. lib. can. qq. cap. 17. num. 9. Zerol. in prax. Epiſc. §. dimiſſoria verſ. ad nonum fol. 59. & Sair. deciſ. 52. de tempor. ordin.*

VMMARIVM.

1 *Locatio rerum Eccleſiæ facta conſanguineis non tenet.*

Digitized by Google

De locatione bonorum Eccleſiæ.

Super Bulla Pauli IV. Sixti V. & Clem. VIII.

1 LOcatio rerum Eccleſiæ facta conſanguineis eſt nulla vigore harũ conſtitutionum, de quibus mentionem facit *Gratian. diſcept. foreñſ. cap. 415. nu. 13. p. 3.* vbi limitat dictas conſtit. non ſibi vendicare locum ceſſante fraude, & vide latè *Tuſc. concluſ. 274. verb. alienatio.*

SVMMARIVM.

1 *Medici non ſeruantes diſpoſit. text. in cap. cum infirmitas de pœnit. ſunt excommunicati, & alij pœnis puniuntur. Declara vt nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*

De Medicis.

Super bulla Pij V.

1 MEdici non ſeruantes in viſitatione infirmorum ad lectos iacentiũ *conſtit. Innoc. III. de qua in cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.* vltra pœnas in ea contentas ſunt perpetuo infames, & gradu medicinæ omninò priuentur, *iuxta bullam Pii V. in. cip. ſuper gregem Dominicum.*

2 Declara primo, ſupradictam conſtitutionem eſſe intelligendam de infirmitate periculoſa, vt per *Macer. reſolut. 112. caſu 30. lib. 1. Nauarr. man. cap. 25. nu. 6.* & ſecundum opinionem infraſcriptorum morbus cẽſetur grauis, quoties talis eſt, vt ægrotus cogatur iacere in lecto, *Nauarr. man. cap. 25. num. 61. verſ. tertio peccat. Graff. 1. p. lib. 3. deciſ. cap. 14. nu. 7. Rodriq. 1. p. cap. 246. num. 1. conſ. 2.* ſed verius eſt, vt dicatur in hoc caſu, & ſecundum mẽtem Sanctiſsimi infirmitas grauis, quoties induceret periculum mortis.

3 Declara ſecundo, vt medici non teneantur abſtinere ab infirmi cura, nec aliquam pœnam incurrãt, ſi infirmus admonitus de confeſſione facienda, nollet eam facere, & nihilominus graue periculum eſſet, vt moriatur, ſi à medicis deſeratur, *Suar. de pœnit. diſput. 35. ſect. 3. nu. 5. Graff. loc. cit. & Nauarr. cap. 25. num.*

Digitized by Google

num.61. quia præcepta humana non videntur tam strictè obligare contra charitatem, vt medici teneantur deserere infirmum dũ eo relicto morbus fieret grauior, & infirmus graue pateretur damnum cum facile fieri posset, vt infirmus postquam conualuerit resipiscat,& emendetur *Rodriq. cap.246. par.1. Sanchez in summ. lib.3. cap.16.*

4 Declara tertio, vt medici non incurrant pœnas nostræ constit. si confessarius longius tempus ad cõfessionem faciendam concedendum iudicauerit, vt habetur *in d. constit.* Bein *resp. cas. conse. p.1. casu 11. Sanchez in præcept. decal. lib.3. cap.16.*

5 Declara quarto, vt sufficiat admonitio per alios, nam finis dictæ constit. est, vt infirmus recipiat sacramenta, si ergo finis obtinea tur alio admonente, consequenter non obligatur medicus ad per se ipsum admonẽdum, nam qui per aliũ facit per se ipsũ facere videtur *vulg. l. qui per aliũ ff. de reg. iur.*

6 Declara quinto, hanc consti. obligare solum medicos dum speratur admonitionem pro futurã esse, & ideo si constet non pro futuram non tenentur admonere, vt videmus à simili præceptum correctionis tunc esse faciendum quoties esset spes emendationis, *Graff. par.1. decis. lib.2. cap.60.* quam opinionem tenet *Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. cap.16. num.10. 11. & 16 Villalob. in sum. tract. 9. difficult.27. nu.5. Barbos. collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. cap.13. num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Missa prohibentur celebrari vespertino tempore non obstantibus priuilegiis, sed horis debitis. Declara, vt numer.5. 6.7. 8.9. & 10.*

2 *Hora debita ad finem missas celebrandi, qua dicatur.*

3 *Aurora quando dicatur.*

4 *Missa sollemnes quibus temporibus sunt celebrandæ.*

De

Digitized by Google

De Missarum celebratione.

Super bulla Pij V.

1 PEr bullam Pij V. incip. Sanctissimus in Christo Pater aditam de anno 1506. reuocantur licentiæ, ac facultates celebrandi missas vespertino tẽpore, & ideo obseruandus est tenor S.C. T. sess. 22. de observ. & evitand. in celebr. miss. vbi fuit sancitũ missam debitis horis debere celebrari.

2 Pro intelligentia autem animaduertendum est horam debitam, & congruam dici ab aurora vsq; ad meridiem inclusiuè, non enim licet ante auroram id est ante crepusculum diei, seù primæ lucis irradiationem, quoniam non solent homines ante illud tẽpus esse conuenienter dispositi, sed potius somno sopiti.

3 Aurora item dicitur quãdo incipit illustrari, seù illuminari per primam solis irradiationem, vel paulo ante per quadrantem, aut per dimidiam horã, nam in moralibus parum pro nihilo reputatur, vt in terminis infinitos allegat Bonacin. disput. 4. quæst. vlt. punct. 8. de sacram. Eucha. tom. 4. num. 2.

Item est aduertendum, quod post meridiem, hoc est post dimidium diei naturalis, aut paulò deinde prohibita est missa celebrari ob eandem rationem, nã cibo corporali eò tempore vocant homines, & sic nec decenter celebraretur à celebrante, nec deuotè audiretur ab astantibus ad text. in cap. hoc te, de consecratio. distinct. 1. Tolet. in summa libro secundo cap. 15. D. Thom. quæst. 83. artic. 2. part. 3.

4 Missæ tamen sollemnes siuè publicæ tribus horis celebrari debent videlicet hora tertia in diebus festiuis, quãdo Christus Crucifixus est vt dicit Marc. cap. 15. & quãdo Spiritus sanctus descendit super discipulos, vt habetur in cap. nocte de consecratione dist. 1. Hora sexta in diebus ferialibus. Nona in diebus ieiuniorum quando voce magna clamans emisit spiritum, vt dicit Matthæ. cap. 27.

Ego autem puto debere seruari consuetudinem regionis siuè Religionis, vt

ait

ait *Bertaz.* qui materiam Missæ plenissimè tractat *quæst.2. artic.2.dub.1. pag. mihi 36. afferens dub.2* principium diei non esse accipiendum ab ascensu solis super nostrum orizontem sed ab illa hora, qua radij solares incipiunt illuminare nostrum hemisperium, quod dicitur principium auroræ, & incipit vna hora, & quinta parte horæ ante corporalem solis ortum.

5 Limita primò, hanc supraposítam cõclusionem, excusari illum sacerdotẽ, siue religiosum, qui hora congrua inciperet Missam celebrare, licet in hora vetita, puta post meridiem cõpleret, & est de mente plurimorum, quos recollegit, *Seortia de sacrific. missæ lib. 2. cap.15. sub num. 3. & 15.* quibus addo *Rodriq. quæst. regul. tom.1. quæst.43. artic. 1.* & ratio quidem est in promptu; nam spectatur initium, quo celebratur ex plenissimè adductis per *Navarium in praxi dationis in solutum q.6. par.1.*

6 Limita secundo, in Natiuitate Domini, vt est omnibus notum. *S. Ant. in sum. par.3. tit.13. cap.6. §.4. Bertis de sacrifi. Missæ quæst.2. dub.2. pag. mihi 54.* quo in tempore prima missa tantũ debet dici media nocte, secũda in Aurora, & alia tertia hora diei quamuis dicens illas omnes de die minimè peccaret; sed de nocte non debet dici, nisi prima, *Navarr. in suo manuali cap. 25. num. 87. Angel. & Silvester in verbo Missa in eorum summa ille §. 46. isse autem nu.6. & 7.*

7 Limita tertio in aliqua necessitate communicãdi infirmam, ac in alia simili, & hostia consecrata non reperiretur, nam tunc poterit sacerdos celebrare, & consecrare, *Navarr. cap.25 Bertis de sacrific. Missæ dubio 3. quæst. 2. Raguceius de vsu canonicorum in capitulo in rubrica de Missa in Ecclesia quæst.63. num.5. verum Bonacin. loc. cit. num.3.* inquit non licere media nocte consecrare pro communicando aliquem infirmum.

Quamuis in tali casu cõsulendum esse Episcopum, vel saltem eius Vicarium foraneum censeat post Tolet. quem allegat *Molfes. in summa tra.3. de sacrif. Missæ c.10. nu.24. tom.1.*

Sed ego nõ puto verum im-

Digitized by Google

imminente necessitate magna, ita quod cuitari non possit, quia in tali casu nullius licentiam siuè consilium debere impartiri censeo.

8 Limita quarto, in Episcopo itinerante, qui potest celebrare, vel celebrari facere de nocte, idest valde mane paulo ante auroram nè impediatur in via, vel nè deferatur à sociis per loca non tuta, & periculosa, *D. Ant. in summ. par. 3. tit. 13. cap. 6. §. 4. Nauarr. in man. d. cap. 25. nu. 85.* alios referendo.

9 Limita quinto, in habentibus priuilegium à summo Pontifice, vt etiam ante auroram, & post meridiē possit celebrare, prout sunt multæ Ecclesiæ, & monasteria in hac Ciuitate Neap. & præcipuè clerici regulares Sancti Pauli, & Patres Societatis Iesu, *Rodriq. quæst. regul. 43. artic. 1. Scorz. de sacrific. miss. c. 15. num. 4. Molfes. loc. cit. num. 23. in fine.*

10 Limita sexto, existente consuetudine celebrandi ante auroram, quæ ab aliqua sinodali constitutione non esset prohibita, quia fortè esset obseruanda maximè si pro comoditate populi esset introducta, vel pro pauperibus famulis, qui de die id agere nequirent, vel pro fœminis, *Nauarr. d. cap. 25. numer 85.* quem refert, & sequitur *Raguce. loc. cit. nu. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Missa non potest celebrari anticipatè, non obstante consuetudine num. 2. nisi cum dispensatione Episcopi num. 3.*

4 *Missæ possunt celebrari anticipatè à sacerdote, qui tenetur ex obligatione beneficii eas celebrare, nisi aliud esset expressum in fundatione nu. 5.*

6 *Missæ an possint postponi,*

7 *Missæ defunctorum an possint celebrari in vita alicuius.*

8 *Missæ non possunt celebrari extra locum destinatum à testatore.*

Digitized by Google

De Missarum celebratione.

Decretum S. Congreg.

1 CEnedus canonic. qq. q. 28 disputat ad vnguẽ difficultatẽ illam si liceat sacerdoti missam anticipatè celebrare, & post relatas nonnullorum opiniones firmat pro negatiua opinione ex eo, quòd sacerdotes ob acceptum stipendiũ pro celebrandis missis ex iustitia tenentur satisfacere suæ obligationi, nõ solum in numero, sed etiam loco, & tempore, & allegat quãplures, & cum rationibus vehementibus illud asseuerat referendo *declarationẽ Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Congr. Concil. Trident. ex mandato Sanctissimi Domini bonæ memoriæ Clem. VIII.* cuius tenorem hic adducere visum est.

Superioribus diebus significatum fuit Sanctissimo D. N. paucis ab hinc annis in Hispania nouam consuetudinem recentiorum aliquot Theologorũ opinionẽ nostrã nixã sensim receptam in dies magis inualuisse, vt sacerdotes missã celebrantes eius vulgarem generalẽ applicet his qui postea missæ celebrationem postulaturi, ac pro eo elemosinam præbituri sunt, tametsi antequam missa sacrificium perageretur, neq; à sacerdote illud rogassent, nec eo aliqua de causa elemosinam præstitissent, quamrem cum Sanctitas sua ad sacram Congregationem Cardinalium Concil. Trid. interpetrũ pro materiæ grauitate examinandum reiecisset in ipsa Congregatione primum de ea actum fuit diligentissimè, ac deinde relatũ ad sanctitatem suam, quæ ex eiusdem S. Congregationis sententiam huiusmodi consuetudinem tanquam pluribus periculosam fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem explosit, ac improbauit, atque amplitudini tuæ literas dari (quod facimus) mandauit, vt omnibus istius regni Archiepiscopis atque Episcopis, in quorum diœcesibus huiusmodi applicatio in vsum inducta fuerit per literas: aut alias scripto iniungat, vt talem vsum aboleant

Digitized by Google

leant, ac prohibeant excõmunicationis etiàm, atque alijs quas opportunas, & necessarias æstimauerint pœnis, idemque præcipiat generalibus, & capitibus ordinum, quos in istis regnis nunc nouerit commorari, vt scilicet, & ipsi regularibus sibi subditis, talibus applicationibus eisdem pœnis propositis interdicant, quæ omnia pro sua pietate, & Sanctissimi Domini nostri iussis obsequendi studio amplitudinem tuam sedulò effecturũ sperantes omnipotentem Deum rogamus, vt eam quotidiè cœlestis sua gratia donis velit auctiorẽ Romæ die decimoquinto Nouembris 1605.

2 Et ideo satis apertum est consuetudinem celebrandi anticipatè nõ esse approbandam, sed tollendam, vt *per Bonacin. de sacram. disp. 4. q. fin. punct. 7. §. 5. num. 3. Nald. in summ. verb. missa num.* 2. quia consuetudo praua est tollenda ad *text. in cap. mala consuetudo* 19. *dist.* cum latè adductis per *Card. Tus. in eius cõcl. verb. consuetudo*. Vnde sacerdos pauper, qui p die occurrẽti non habet elemosinã pro missa celebranda non potest missam celebrare, & illam applicare primo offerenti stipendium *D. Riec. resol.* 361. *num.* 3. *par.* 3. *Barbos. de potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 24. *num.* 12. & *Cened. d. q.* 28. *nu.* 6. quidquid alij dicant vide nouiter *Dian. variar. resol. in tract. de celebr. miss. resol.* 15.

3 Tamen quoties interueniret dispensatio Episcopi, tunc crederem posse missas anticipatè celebrari, si adesset legitima, & rationabilis causa hinc videmus, quod Episcopus pariter poterit dispensare, vt missa cõmissa à testatore celebrari in certo loco alibi celebretur *secundum Medin. de con fess. fol.* 188. *q.* 14. & sicut potest vnire, diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui Episcopatus, *cap. sicut vnire de excess. prælat.* ergo & minora, nempè missas anticipatè celebrari *vide Bonac. de sacram. disput. 4. q. vlt. p. 7 §. 4. nu. 4.*

4 Sed èrit notandum sacerdotem ex obligatione alicuius cappellæ, vel beneficij aliquas missas singulis singulis hebdomadis celebrare obligatum posse ipsas missas anticipatè celebrare *D. Riccius resolut.* 338. *p.* 1.

Digitized by Google

in magnis Ledesm. in sum. p. 1. de sacram. Eucharist. concluſ. 17. cap. 18. & Rodriq. in sum. cap. 252. concluſ. 8. tom. 1. qui eandem tutantur opinionem, & nouiter *Dian. loc cit. reſol. 16.*

5 Beneuerum vbicumque aliud eſſet expreſsũ in fundatione cappellaniæ, in tali caſu volũtas fundatoris eſſet ſeruanda, nec fraudari deberet *Nauarr. de reſtitut. lib. 2. cap. 2. nu. 369. Molfeſ. in ſum. tract. 3. cap. 16. num. 25. tom. 1.*

6 Quid autem eſſet dicendum ſi miſſæ poſsint poſtponi, & differri, vt puta Cappellanus, qui tenetur per ſe ipſum ter in hebdomada celebrare, ſed ipſe ex aliqua cauſa non poteſt hoc munus in aliqua hebdomada præſtare an poſsit differre in aliud tempus, quo per ſe ipsũ ſatisfaciat, & dicerem poſſe ſi fundator inſpexerit pietatem, & diligentiam ipſius cappellani, non enim facit contra rationabilem voluntatem fundatoris, ſecus verò ſi fundator exegerit, vt miſſæ citiſsimè perſoluerentur, nam melius eſt currae, vt per alium in hebdomada ſatisfient *Azor. 1. par. lib. 10 cap. 24. quaſt. 7.*

7 Et an qui in hoc ſæculo extat poſsit ſibi celebrari facere miſſas defunctorum vide *Zerol. in prax. Episco. §. miſſa 2. par. verſ. decimo*, vbi affirmatiuè, dummodo non recitentur orationes mortuorum.

8 Et non ſolum miſſæ non poſſunt celebrari anticipatè, vt diximus, & ſic extra tempus, ſed nec extra locũ deſtinatum à teſtatore, latè *Phebus deciſ. 100. D. Riccius in prax. deciſ. 405. par. 1. & & nouiter reſol. 84. p. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ non poſſunt celebrari in oratoriis priuatis abſque licentia Pontificis.*
2 *Declaratio S. Congreg.*
3 *Miſſa an poſſit celebrari in oratoriis priuatis cum licentia ordinarii ex cauſa infirmitatis.*
4 *Epiſcopi valent celebrare in oratoriis priuatis.*

De

De Missarum celebratione prohibita in oratorijs priuatis absque licentia Summi Pontificis.

1 SÆpius S.Congr.respondidit missas non esse celebrandas in oratorijs priuatis, nisi ex licentia Summi Pontificis & quamuis aliter sentiens, *Suar.in 3.p. q.83. artic.3. disp.81. sec.3. vers.2.* firmiter asseuerauerit hanc licentiã posse per Episcopos impartiri, loquitur de iure antiquo, & contrarium tenent *D. Riccius in prax. p.1. decis.538. in antiquis Barbos.alleg.3.p.2.* & nouissime extant literæ eiusdem Sac. Congreg. ad Illustrissimum Archiepiscopum Bononien. tenoris sequentis, videlicet:

Perillustri, ac Reuerendissimo Domino vti fratri Domino Archiepiscopo Bononien.

2 *Perillustris, ac Reuerendissime Domine vti frater. Tametsi Sacr. Congregatio Cardinalium Conc. Triden. interpetrum optimis innixa rationibus sæpissimè responsit celebrandi licentias in priuatis oratoriis non nisi à Sede Apostolica esse concedẽdas: compertum est tamen per plures antistites, eiusdẽ Cõcilii verba in alium sensum detorquentes passim illas ac nullo prope deletu impertiri qua quidem facilitate, ne dum ipsi Pontificiã sibi auctoritatem asciscunt aliarumq; Ecclesiarum, & frequentiam minuunt, & dignitatem verum etiã, quod summe dolendum est, tremendum illud mysterium quo nullum aliud opus adeo sanctum, atq; diuinum à Christi fidelibus tractari potest intra domesticos parietes plerumque tanta cum irreuerẽtia peragitur, vt nihil ferè inter profanam, & diuinam domum interesse videatur, quod sanè teterrimum exemplum, vt de Christiana Republica euellant Illustrissimi Patres Amplitudini tuæ ceteriſque Archiepiscopis atque Episcopis vniuersis S.D. N. iussu significandum duxerunt facultatem huiusmodi licentias dandi ipsius Concilii Decretis vni cuiq; ademptam esse soliqueBeatissimo Romano Pontifici esse reseruatam proindeque Amplitudini tuæ abstinendum esse*

ab

ab illis vnicuique tribuendis, ac si quas hactenus, vel à se ipsa, vel à suis Antecessoribus, aut alias quoquo modo quam ab ipso Summo Pontifice concessas repererit nullas atque irritas esse quamprimum decernendas atque enixe curandum ne vlla illarum ratio in posterum habeatur, quam quidem Sacra Congregationis atq; adeo Sanctitatis sua voluntatem libenter, Amplitudo tua perficiet, harum litterarum exemplum in acta publica primo quoque tempore referendum, ac deinde ad singulos istius Prouinciæ Episcopos Romadie 10. *Martij anni* 1615.

Amplitudinis tuæ Perillustris ac Reuerendissimæ.

Vti frater studiosissimus.
Hor. Card. Lancellottus.

3 Quæ conclusio adeo vera existit, vt nec ex causa possit Episcopus licentiam impartiri puta, vt missa celebretur apud infirmos in dictis oratorijs, vt voluit *Sair. decis.* 38. *de constit.*

Verum quãdo infirmus esset qualificatus eo casu hodie posset ab Episcopo dari licentia, vt celebretur missa in domo priuata, vt colligitur ex *seq. declarat. S. Congr. Conc. Trident. relatis Valer. verb. missa vers. vno autem casu* sub sequenti tenore.

Ordinarii locorum arbitrio relinquitur personarũ, & infirmitatis qualitate pẽsata pro infirmorum comoditate in priuato oratorio, vel altari deputato facultatem celebrandi concedere.

In priuatis domibus non debet permitti, vt missa celebrentur nisi propter necessitatem, & tunc fieri debet in oratorio, aut altero ad diuinum cultum tantum dedicato.

4 Sed erit animaduertendum hanc declarationem S. Congr. non derogare priuilegio Episcoporum, qui valent in oratorijs priuatis celebrare absque licentia Summi Pontificis inducto per *cap. final. de priuil. in 6.* & cum hac opinione pertransit *Sayr. deci.* 16. *de priuil.* quia iura loquentia de personis etiam insignibus non comprehendunt Episcopos *c. excommunicationem de sent. excomm. & ita declarauit Sac. Congreg. sub die* 9. *Septembris* 1592. *apud recoll. per Farinac. decis.* 38. sub sequenti tenore.

Congr.

Digitized by Google

Congr. Conc. cẽsuit caput vnicum de obseruãd. & euitand. in celebrat. miss. sess. 22. in ea parte, in qua disponitur extra Ecclesiam & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria, sacrificium missæ celebrari non debere non derogasse priuilegio introducto in fauorem Episcoporum per cap. vltimum de priuil. in 6.

Episcopi enim, quia quotidie, oportet eos vel dicere missam, vel eam audire ex priuilegio in corpore iuris clauso, possunt transeundo, & itinerando, dicere vel audire missam vbicumque idest in quouis loco honesto extra Ecclesiam, & eremitoria, vt probat *tex. in d. cap. fin.* quo priuilegio etiam hodie post Conc. Tridentin. possunt vti Episcopi, & eodem poterint vti ex causa valetudinis hæc enim æquiparatur causæ itineris, seù profectionis, ita censuit *Sacra Congreg. 19. Iunii* 1586. de qua vide optimè *Barbos. de potest. Episcop. alleg. 23. num. 5.*

Plura alia circa hanc materiam habes infra tit. de orator. priuat.

SVMMARIVM.

1 *Missarum reductio vigore decreti S. Congr. prohibetur ordinario in visitatione.*
2 *Decretum S. Congr.*
3 *Declarationes eiusdem Sac. Congreg. super dicto decreto.*
4 *Missæ in fundatione appositæ non possunt reduci ab Ordinario.*
5 *Missæ non possunt reduci ad minorem summam relictæ post Conc. Trid.*
6 *Pitantia à testatore non taxata quomodo possit taxari, & augeri per Episcopum.*
7 *Missarum reductio nequit fieri in synodo.*
8 *Reductio siue moderatio anniuersariorum, & officiorum pro defunctis nequit fieri ab Episcopo.*
9 *Sacerdos pauper nequit pro vna missa accipere tot stipendia, quot sufficiant ad eius diuturnam substentationem.*
10 *Sacerdos accipiens elemosinã pro dicendis missis non potest per alios satisfacere minori pitantia declara, vt nu. 11. 12. & 13.*
14 *Sacerdoti, an licitum sit semel*

Digitized by Google

mel in hebdomada abstinere à celebratione, & stipendium accipere.

15 *Missa quotidiana de B. Maria an possint reduci ad aliquas missas principales.*

16 *Missarum reductio ex quibus causis fieri solet à Sanctissimo.*

De Missarum celebratione, & reductione.

LIcet Missarũ reductio *per S. C. T. sess. 25. c. 4. de reform.* erat permissa Ordinario tempore visitationis, de qua materia latè discurrit *Barbos. de potest. Episcopi alleg. 29.*

1 Tamẽ hodie vigore decreti lati per S. Congreg. Concilij S. D. N. Vrbani diuina Prouidentia Papa VIII. authoritate æditi, vt infra est prohibita.

Decretum Sac. Congreg.

CVm sæpè contingat, in quibusdã Ecclesijs tã magnum Missarum celebrãdarum numerum ex variis defunctorũ relictis, aut piorum elamosynis impositum esse, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri; & tamen noua onera Missarum in dies suscipiantur, indeq; fiat, vt depereant pia testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum anima suffragiis priuentur, Ecclesiis debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles graui scãdalo affecti, plerũq; à similibus charitatis operibus retrahantur: Cumq; his malis maximum inter cetera fomentum præbeat, aut quod si, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperẽt illas breui ad pauciorem numerum à superioribus reductum iri; aut quòd Ecclesiis, sorte pecuniarum absumptæ plerumq; nuda remaneãt onera Missarum, absq; vllo emolumento; aut quod eleamosynæ pro illis celebrandis sit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic se muneri subiicere, & reditus Ecclesiæ, aut Monasterii adeò exigui, vt Sacerdotes & pro necessaria sua subsistentione nouis se oneribus abstringere compellantur: Sacra Congregatio Card. Concil. Trident. Interpretum animaduertens, facturam se rem Deo gratissimam, charita-

ritatiq; ac iustitiæ maximè consentaneam; si pro viribus satagat hunc teterrimũ abusum è Christiana Republica conuellere, atque eradicare, Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Diuina Prouidentia PP. VIII. authoritate sibi specialiter attributa, infrascripta Decreta edidit.

Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, nè Episcopi *in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quo quo modo reducant onera vlla Missarũ celebrandarũ, aut post idẽ Cõc. imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.*

Deindè, vbi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis, celebrandis plura stipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, siuè ab vna, siuè à pluribus personis collata fuerunt, aut conferẽtur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus Monasteriis, Conuẽtibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuscũque tàm secularibus, quàm regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione Diuini Iudicii mandat, ac præcipit, vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleamosyna præscriptæ fuerint, ita vt aliquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò, vt deinceps obseruetur exactius, Sacra Congregatio eadem authoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuscunque personis, Ecclesiis, ac locis piis, tàm secularibus, quàm regularibus, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti quamcunque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seù orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia

Digitized by Google

remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam susce-pit celebrandam cum certa eleæmosyna, nè eandem Mis-sam, alteri, parte eiusdem elemosynæ sibi retenta, cele-brandam committat.

Præterea, ne in Ecclesiis in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta; statuit, atque decer-nit, vt pecuniæ, ac bona mo-bilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, So-cietatibus, Congregationi-bus, Monasterijs, Conuenti-bus, ac locis omnibus tàm secularibus, quàm regulari-bus, atque illorum personis in futurum simpliciter ac-quirenda, cum onere perpe-tuo Missarum celebranda-rum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab in-gressu Ecclesiæ ipso facto in-currendæ à die realis acquisi-tionis statim deponi debeant penes Aedem sacram, vel personam fide, & facultati-bus idoneam ad effectum illa seu illorum pretium quam-primùm inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua men-tione oneris, quod illis anne-xum reperitur: ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contingerit, eorundem preti-um sub eadem pœna, vt supra deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitio-ne, atque annexione conuer ti debeat.

Ad hæc Sacra Congrega-tio quibusuis Capitulis, Col-legiis, Societatibus, & Con-gregationibus, necnon omni-bus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tàm se-cularium, quàm regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè pre-hibet, nè imposterùm onera perpetua suscipiant Missarũ celebrandarum, seculares quidem sine Episcopi, vel eius generalis Vicarii, Regu lares verò sine Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gra-tis concedenda; alioquin se-cularis, qui huius prohibi-tionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ inter-dictus sit eò ipso: Regularis vero pœnam priuationis omnium officiorum, quę tunc obtinebit, ac perpetuæ inha-bilitatis ad alia de cætero ob-

Digitized by Google

obtinendas, vocisque activa, ac passiva, absque alia declaratione incurrat. Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ità demam ijdem accipere possint, si oneribus antèa impositis ità satisfecerint, vt noua quoque valeant; alioquin omninò abstineant ab huiusmodi elemosynis, etiam sponte oblatis in futurū recipiendis, & eapsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa, eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis nè fideles hac ratione frustrentur. Episcopus, vero, seu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuiq; Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec anteà assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tàm nouo suscipiendo, quàm antiquis iam susceptis satisfacere posse: præcipuamque rationem habeant, vt reditus, qui Ecclesijs, & locis pijs relinquuntur, omninò respondeant oneribus adiunctis secundum morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouincia, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in Nouissimo Die se huius prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremo Illustriss. Patres, non sine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ regularem disciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatē fouent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quam ferant reditus, & elemosyna cuiusque Monasterij: inhærentes Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentin. Concilij decretis hac de re editis. S. D. N. authoritate præcipiunt, ac mādant omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis', Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, ac Domorum Regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscunque Or-

Digitized by Google

dinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentiũ, vt singulì, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probationibus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, census, reditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tàm communes Monasterium, Conuentuum, & Domorum eiusdem Prouincia, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera cõsueuerunt absorbere; eaque omnia scripto fideliter exarata. idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seù Congregatione generali, vel Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, seù Congregatione deligendis proponat qui, cõputatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus vt supra, detractis, sedulo examinent, quot religiosi homines, connumeratis etiam laicis, aliisque necessarijs seruientibus, in vnoquoque Monasterio, Conuentu, & Domo regulari, iuxta regionis, & proprij instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, redditum, eleemosynarum, & onerum præcisã notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque familiæ, Monasterij, Conuentus, ac Domus Regularis in singula quaque Prouincia certus earum tantum personarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, qua redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superius, sufficienter ali possint. Ne verò Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciant, mandat S. Congregat. vt infra annũ, post proximum Capitulum generale vel Prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in

Digitized by Google

authenticam formam redacta ad Sacram ipsam Congregationem Concilij singuli mittant, numerumque familiæ singulorumque Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli, seù Congregationis generalis, vel Prouinci alis sententia, & auctoritate præfinitum, ydò Superiores, tàm Generales, Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò seruare omninò teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augumenti reddituum, absque Sacræ ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, vt supra præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, ac passiuæ, & ad omnia suæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam panã eo ipso incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monasterium, Cõuentus, domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seù Regularium, nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem fratres, aut Monachi, seù Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis elemosynis, de tractis omnibus, vt supra, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti fel. rec. Gregorij XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt suprà, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligatur.

Porrò, ne vllo vnquam tempore hæc in oblivionem, seù desuetudinem habeãt, Superiores locales cuiusq; Monasterij, Canuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur sub pœna priuationis officii, vocisque activæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuũ, sexto quoq; mensẽ, ideſt feria secunda post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post Octauam Corporis

Digitized by Google

ris Christi præsentes Ordinationes in publica mensa perlegantur. Omnibus tàm Ecclesiasticis personis, cuiascunque sint ordinis, cõditionis, & gradus, quàm laicis quocunque honore, ac potestate, præditis præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obstantibus quòad suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atque Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantiũ, Militiarum, etiam S. Ioan. Hierosolymitani: Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius instituti etiam necessario, & in indiuiduo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tàm secularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seù extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, insertiforent, præsentibus pro expressis habens, quibus quò ad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ authoritate specialiter, & expresse

si derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Et nè præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præsentes Ordinationes in Valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent. Vtque earundem præsentiũ transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadẽ prorsus fides adhibeatur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Iunij 1625.

Cosmus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosper Fagnanus, Sacr. Congreg. Secret.

Decla-

Digitized by Google

Declarationes aliquot Sacræ Congregationis Concilii S.D.N. Vrbani Papę VIII. auctoritate editæ super Decreto eiusdem Congr. de celebratione & redutione Missarum.

SVper primo Sacræ Congregationis Decreto, de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diœc. Synodo, aut Generales in capitulis generalibus, vel aliàs quoquomodo, reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idē Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quaritur, quid si legatum sit ita tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, et si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione posse huiusmodi onera moderari?

Secundò, super secundo eiusdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributa eleemosyna præscripta fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscripta fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præscripserit elemosynam congruam iuxtà qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus cõgruo teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficij seu Cappellæ, legati, aut salarii, possint etiam manualem eleemosynam, pro missis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnico Missæ sacrificio vtrique oneri satisfacere?

Quinto, posito, quòd Testator

Digitized by Google

tor relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Missæ, absquè vlla præscriptione elemosynæ: quæritur an liberum sit heredibus elemosynam sibi bene visam præscribere, an verò eadem elemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sexto super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationib⁹, pluriũ Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Priuilegium?

Septimò, super quarto eiusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrãdam cum certa elemosyna, ne eãdem Missam alteri, parte eiusdem elemosynæ sibi retenta, celebrandam cõmittat.

Quæritur, an permittendũ sit administratoribus Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium inseruientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium?

Octauo, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, an Rector beneficij, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reditũum beneficij?

Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquandò offertur elemosyna maior solita pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram elemosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt: An vero satis sit, vt dent celebrantibus elemosynam consuetam?

Vndecimo, super quinto eiusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hac verba (elemosynas, verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis) ita demum idem accipere possint, si oneribus antea impositis tà satisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant; Alioquin omninò abstineant ab huiusmodi elemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, an hoc decretũ prohibeat absolutè, quò minus

minus accipiant nouas elemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt: & quid si congrua tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid, si offerens elemosynas, audito impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primum poterit?

Decimotertio, an pœna interdicti, & alia apposita in eodem decreto afficiant tam eos, qui accipiunt elemosynas contra formam ibi præscriptam quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidem præcipitur?

Decimoquarto, an in hoc decreto comprehẽdatur illa capsula, quæ apponi solent in Ecclesijs in die commemorationis omnium Sanctorum & vulgo dicuntur (Casse de Mortii)

Decimoquinto, an administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus possint elemosynas pro Missis celebrandis accipere, ijdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiæ, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt minuantur?

Decimosexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, & Piorum Locorum, tam Sæcularium, quam Regularium, superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali, (& aliis ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimoseptimo, super septimo eiusdem sacræ Congregationis decreto, quo cauetur vt in singulis Monasterijs Religiosorũ præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut elemosynis commodè possit sustentare.

Quæritur, an vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim similis decreti fæl. mem. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cuiusque Religiosi, sit denuò faciendæ nec ne?

Decimo octauo, an nouitij, ad habitum Regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasterijs in quibus habita, vt suprà præfixione numeri, commodè ali non possunt?

Decimonono, super vltimo, quo cauet, vt nullibi recipiantur conuentus regularium,

Digitized by Google

rit, nisi præter ad alia ad id requisita, duodecim saltè fratres in eis degere, & competenter substentari valeant, ita vt alioquin subsint Iurisdictioni ordinariæ.

Quæritur, an hoc decretū, quod videtur additum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehēdat eas Religiones, quæ non consueuerunt onera Missarum recipere vt sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Iesu?

Vltimò, an idem decretum, vbi disponit, vt nullibi recipiantur Monasteria, nisi, &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam?

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Trident. Interpretum, authoritate sibi à Sanctiss. D. N. attributa, Ad singula dubia superiùs proposita, ad hunc modum respondit, vz.

Ad primum, & si legatum sit adeò tenue, nihilominus, pro reductione oneris, vt suprà, impositi, ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque vlla impensa id statuet, quod magis in Domino ei re esse iudicauerit; Verum tamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam, decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & obseruandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secūdum morem suæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdos quibus diebus tenētur Missas celebrare ratione beneficij, seu cappellæ, legati, aut salarij, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere,

Ad quintum, censuit, vbi nullam certam eleemosynā testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum

Digitized by Google

celebrandarum, secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad sextum, ità esse intelligenda.

Ad septimum, respondit, permittendum non esse, vt Ecclesiæ, ac loca Pia, seu illorum administratores, ex elemosynis Missarum celebrandarum vllam, vtcunque minimam, portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ & loca ipsa alios non habent redditus, quos in vsum earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc, quam portionem retinebunt, nullatenùs debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessariò sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecuniis, quæ supersùt, expensis vt supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscripta fuerint ab offerentibus elemosynas.

Ad octauum, non habere locum, sed satis esse, vt Rector beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam, secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere absolutè integram elemosynã tribuere Sacerdoti celebrãti, nec vllam illius partem sibi retinere posse.

Ad vndecimum, respondit non prohibere absolutè Ac propterea, & si oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamẽ noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad duodecimum, quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens elemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu elemosyna accipiatur pro iisdem Missis iuxtà beneplaciti consensum celebrãdis.

Ad decimumtertium has pœnas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrãdarum sine licentia Episcopi vel eius Gener. Vicarii, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad

Ad decimumquartum cõprehendi.

Ad decimumquintum, nõ posse, nisi de consensu eorum qui elemosynas tribuunt, vt supra in responsione ad duodecimum.

Ad decimumsextum, comprehendi etiam primatos Sacerdotes.

Ad decimumseptimum, numeri præfixionem esse iterũ faciendam seruata forma vltimi decreti hac de re editi.

Ad decimumoctauum, esse admittendos ad professionẽ, si aliàs habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdem Religionis esse collocandos, vbi commodè ali possint.

Ad decimum nonum, censuit comprehendere.

Ad vltimum, habere locũ etiam extrà Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congr. Sec.

4 Quibus omnibus præmissis animaduertas, quod Episcopi hodie vigore Concil. Trident. nequeunt reducere missas in fundatione appositas, vt habetur *in d. decreto §. 1. D. Ricc. in prax. tom. 1. resol. 341. num. 4. Rague. in vas. Eccles. de Episc. par. 6. num. 86. Piaseg. in prax. par. 2. cap. 3. artic. 5. num. 3. Garz. de benefic. tom. 2. par. 7. cap. 1. n. 231. Nald. verb. missa num. 8.* & prius declarauit *S. C. 3. Martii 1597. teste Farin. decis. 174. in recollect.*

5 Ampliatur primo, vt nec possint reducere ad minorem summam, quæ fuerũt relictæ post Conc. vt habetur *in §. 2.* antea docuerunt *D. Ricc. decis. 24. n. 4. par. 1. Rodriq. q. reg. tom. 1. q. 43. artic. 13. Mirand. in man. pract. tom. 1. q. 4. artic. 4.*

6 beneuerum si pitantia nõ esset à testatore taxata poterit per Episcopum augeri vsque ad valorem illum, quo probabiliter credi potest sacerdotes facilè fore inueniendos ad celebrandum *Suar. disput. 86. sect. 2. concluf. 1. Rodriq. par. 1. summ. cap. 250. nu. 4.*

7 Ampliatur secundo, vt nec ista reductio fieri possit in sinodo, *vt in d. §. 1.* ante voluerunt *Navarr. c. 25. nu. 138. Molfes. in summ. tom.*

Digitized by Google

tom. 1. tract. 3. cap. 37. nu. 29. Barbos. de pot. Episcop. p. 2. alleg. 28. num. 12.

8 Ampliatur tertio, vt prędicta prohibitio moderandi missas comprehendat ēt anniuersaria, & officia pro defunctis, vt respondidisse Sac. Congr. Eminentissimo tūc nostro Archiepiscopo Neap. testatur *Garz. de benefic. tom. 1. par. 7. cap. 1. nu. 23. Nald. loc. cit nu. 10. Gallect. marg. cas. consc. verb. missa num. 4. Dom. Rice. in prax. par. 1. resol. 341. nn. 2. Piaseg. in prax. par. 2. cap. 3. num. 15.*

9 Ampliatur quarto, vt sacerdos pauper nequeat p vna missa accipere tot stipendia quot sufficiant ad eius diuturnam substentationem, *Nauarr. cap. 25. nu. 92. Suarez. 3. par. tom. 3. disp. 78. sect. 4. Molfes. in sum. tom. 1. tract. 3. cap. 16. num. 37. Nald. in sum. verb. cappellania num. 11. & habetur in d. decreto §. 3.* præcipiente vt tot missæ à sacerdotibus celebrētur quot ad rationem attributæ elemosinæ præscriptæ fuerint & ratio videtur esse, quia sacrificium missæ non est institutum ad substentandam sacerdotis vitam, quia sacerdos promoueri, nequit absque patrimonio sufficienti *c. non licet & c. Episcopus de præb.* Ergo, &c.

10 Ampliatur quinto, vt sacerdos, qui elemosinam accepit pro dicendis missis posit postea per alios satisfacere minori pirantia, vt habetur in §. 4. *D. Rice. p. 3. decis. 309. Valer. diff. vtriusf. for. verb. missa differ. 1. Molfes. in summ. tom. 1. tract. 3. cap. 16. num. 20. Guttier. lib. 1. can. qq. q. 32.*

11 Quæ conclusio non extenditur ad cappellam, seù beneficium, cui pro paucis missis dicendis pingue stipendium respōderet, nam possunt satisfieri per alium assignato ipsi stipendio cōsueto *Cened. can. qq cap. 27. num. 12. in fin.* & ita declarauit S. Congregatio.

12 Idemque dicerem in sacerdote, qui à viro amicissimo, acciperet duplicatū stipendium, nam posset per alium satisfacere dato ei iusto stipendio, dummodo illud duplicatum stipendiū non datum fuerit præcisè, & simpliciter pro missa, sed intuitu personæ contēplatione, cuius fuerit stipēdium illud assignatum, vt puta, si fuerit à pœnitente con-

Digitized by Google

confessario assignatum.

13 Et sic pari modo quãdo excessus stipendij alteri sacerdoti manifestaretur, & illud plus scienter ab ipso relaxaretur, secundum *Io. de la Crux in direct. conse. par. 2. de sacrifi. miss. q. 2. dub. 8. concl. 3. & Valer. loc. cit.* vbi in pluribus alijs casibus declarat hanc quintã ampliationem.

14 Sed pro choronide huius materię non erit alienũ asserere, licitum esse sacerdoti, abstinere à celebratione vnius diei in hebdomada, & capere stipẽdium, vt communiter indulgentiam vnius diei tantum cõcedi firmauit *Nald. in sum. verb. missa num. 6.* Et quamuis *Nauarr. in conf. 6. de prabend.* hoc extendat etiã ad duas in hebdomada. Tamen non recedas à prima opinione, quam Curia Archiepisc. Neap. amplexa fuit in causa cuiusdam N. Scarani, qui inquirebatur de celebratione duarum missarum, ex quo per dies viginti duos in libris sacristiarum duarum eodem tẽpore reperiebatur scripsisse eodem tempore, & die, & interrogatus de tali facto, in eius constituto respondidit missas illas non celebrasse eodem tempore & duas eadem die, sed tantum scripsisse duas eadem die sub bona fide, credens de iure potuisse in qualibet hebdomada abstinere à celebratione, & capere stipendium, & facto cõputo omnium missarum celebratarum, in puncto verificabatur abstinentia, quare meritò fuit per eandem Curiam absolutus, referente causam Reuerẽdissimo Domino Vicario Felici Tãburello Iudice integerrimo.

15 An autem grauatus, vt quotidie celebret missam de Beatissima Virgine Maria semper recolenda, possit illam reducere cum Cõsilio Episcopo ad aliquas missas principales? Affirmatiuè consuluit *Nauarr. consi. 9. nu. 8. de observa. miss.* ex quo ista qualitas non pertinet ad substãtiam fundationis, & testator non potest disponere contrà legẽ, quam Ecclesia habet, quæ disponit de quonam sãcto quotidie debeant sacerdotes celebrare, secus verò esset si testator iuberet, vt dicantur viginti, & triginta missæ de B. Virgine, nã

cap.

Digitized by Google

cappellanus teneretur illas celebrare.

Et an sacerdos accipiens stipendiū pro dicenda missa Spiritus sancti, & B. Virg. dicens postea missā in illa die currēte satisficiat, vide *Dian. resol. 62. p. 3. pag. 422. vbi ex Siluest. in sum. verb. missa* peccatum mortale esse asserit, cum dicatur infideliter agere, & non satisfacere.

16 Sed ex quibus causis supplicari debeat Sāctissimus pro missarum reductione.

Dicas ex pluribus capitibus, siuè Papæ narretur fructus ad tale onus assignatos adeo tenues, vel diminutos fore, vt ad nihilum redacti sint, siue bona ex quibus percipiebantur corrosa ab aquis molendina diruta, ac similia vnde sufficientia non sunt, ideo illam ad quantitatem cum viribus legati, vel introituū compensari, ac ad competentem numerum redigi orat Sanctissimum, & in hoc seruare solet Signatura, quod si clericus tutè nō habet iulium vnum pro cuiuslibet missæ eleemosina, ad minus reducitur ad illam summam. At si reduci contingat, vel in Signatura per Sanctissimum Dominum nostrum conceditur reductio, multoties aut cōpensata fructuum quantitate declaratur quantitas celebrandarum missarum, vel arbitrio Ordinarii in facto existentis, ac de meritis benè instructi talis reductio committitur, vt pariter si omissa fuerit earum siue anniuersariorum celebratio, vel propter illorum multitudinem, aut presbiterorum in dicta Ecclesia paucitatem, & quando absolutio petitur ob omissa celebratione missarum, ac reductione in futurum ad minorem numerum, quia clerici dictæ Ecclesiæ supplere non possunt, concedi aliquando gratia solet causa legitimè existente, cum hac clausula restrictiua, *dummodo in futurum à similibus oneribus recipiendis se abstineant, ac iniuncta aliquarum missarum, vel anniuersariorum celebratione pro in præteritum celebrare omissis, de qua Guid. Pap. decis. 870.*

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Monasteria quorumcumq; etiam mendicantium, nequeunt erigi, & edificari quamuis cum licentia Episcopi nisi obseruata forma bullæ Clem. VIII. Amplia, vt nu. 2. 3. 4. 5. 6. Declara, vt nu. 7. 8. 9. 10. & 11.*

De Monasteriorum ædificatione.

Super Bulla Clem. VIII.

1 PEr hanc constitutionem incip. *quoniam de anno* 1603. expressè mandatur à Sanctissimo, monasteria quorumcumq; etiam mēdicantium non posse erigi, & ædificari quāuis adsit licentia Episcopi, nisi vocatis, & auditis aliorum conuenctuum procuratoribus, & alijs interesse habētibus, & causa cognita, vt sine aliorum detrimēto comodè substentari possint, & si dicti procuratores nihil opponant dabitur eis licentia per Episcopum, super dispositione, cuius bullæ vide quæ scripsit D. *Ricc. dec.* 75. *par.* 2. *& decis.* 131. *par.* 4. *& collect.* 2269. *& Nouarius frater in nou. iur. Pontific. conclus.* 2. *de edificat. nou. monast.* apud quos habebis ea quæ perpendere debet Episcopus in concedenda licentia regularibus nouas domos, seu monasteria ædificare volentibus ad mentē præmentionatæ bullæ.

2 Ampliatur primo, vt monasterij ædificatio contra dispositā per Bullam Clement. sit nulla ipso iure in terminis *D. Ricc. decis.* 75. *par.* 2. & ratio est euidens cum illud fuerit introductum pro forma à Sanctissimo, quæ forma adimpleri debet specificè, vt iacet, integraliter, & ad vnguem & ea non seruata in minima qualitate corruit actus, & vitiatur dispositio, ex quò ita transgreditur in minimo actu sicut & in magno *c. quæritur* §. *Episcopus* 22. *q.* 2. *Felin. in cap. cum dilecta extr. de rescrip. Gram. decis.* 79. stante præsertim clausula decreti irritantis in ea constit. apposita, quæ operatur nullitatem, & omnia in oppositū destruit *Rot. decis.* 24 *par* 2. *Gonzal. super reg. cancell. glos.* 67. *nu.* 12. *cum seq.*

Digitized by Google

3 Ampliatur secundo, vt huiusmodi licentia non possit dari per Vicarium, *Calderin. conf. 1. de offic. Vicarij.*

4 Ampliatur tertio, idem procedere in parochijs, nã si vellet noua ædificari vltra consensum Episcopi requireretur consensus parochi ne iuribus Ecclesiæ suæ parochialis præiudiciũ fiat, *Guid. Pap. decis. 360. Cresc. decis. 1. de oper. nou. nunciat. Franc. Marc. decis. 1104. vol. 2. D. Rice. collect. 2350. refert Borrell. in summ. decis. de sacros. Eccles. tom. 1.*

5 Ampliatur quarto, quàuis fuisset ab aliquo relicta maxima pecuniarum quãtitas pro constructione cõuenctus, & victus, nam adhuc necessaria foret obseruantia constitutionis huius. vt fuisse decisum in causa reformatorum Diui Augustini, in hac Ciuit. Neapol. existentium testatur *Dom. Rice. decis. 222. p. 4.*

6 Ampliatur quinto, vt priuilegia concessa regularibus ædificandi absque consensu Ordinarij sint hodie reuocata *per Sanctissimum D. N. diuina prouidentia Papam VIII. vt in eius bulla incip. Romanus Pontifex edita die 18. Augusti 1624. vt infra in sequenti titulo.*

7 Limitatur primo, vbi nõ adessent alij regulares mendicantes, *Rot. diuers. decis. 30. p. 3.*

8 Limitatur secundo, supradictam constitutionem non procedere in mutatione vnius monasterij in alio loco, nam nõ requiri consensum Ordinarij dixit Curia Archiepisc. Neap. teste D. *Rice. dec. 168. p. 4.*

9 Limitatur tertio, vt per hanc bullam nõ prohibeatur refectio monasterij, quoties remanet solum, secus verò si esset funditus destructum, nam vtique subintrarent termini bullæ & ratio videtur esse, quia refectio non substinet antiquum, sed nouum monasterium arg. eorum quæ refert *Boer. decis. 44. num. 5. & Nouarius frater in pragm. regn. 2. sub rubr. de ædific. priu. prohib. num. 2. & seq.* & diuersum est nouũ ædificium ædificare, & vetus reficere *l. 1. §. etenim ff. de itiner. act. priu.*

10 Limitatur sexto, vt non comprehendat, monasteria Clericorum sæcularium, prout sunt Pij Operarij, vt iudicatum fuisse in nostra Cu-

Digitized by Google

Curia Archiepiſc. teſtor ego ipſe in deciſ. eiuſdem Curiæ quam primum in lucẽ ædendis.

11 Limitatur ſeptimo, huiuſmodi conſtitutionem, non comprehendere hoſpitium, vt deciſum refert D. *Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. 139. par. 2.* ex illa iuris regula, quod appellatione monaſterij non venit hoſpitiũ, *Hartam. conſ. 13. num. 4. & ſeqq.* & ideo infertur ſtatutum puniens offendentem prehendit offendentem aliquem in domo non cõ in hoſpitio *Baldus in. l. plerique ff. de in ius voc. Alcia. in l. ſubſignatũ num. 4. ff. de verb. ſignific Cancer. conſ. 22 nu. 5. & Alex. conſ. 213. nu. 5. volum. 2.* & ſic pari modo quamuis heremitis Ordinis Camaldulenſium prohibeatur facere cõuenctus propè ciuitates per ea quæ refert *Illuſtriſſimus Regis Tapia in auth. ingreſſi verb. monaſteria n. 40. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Tamen non eſt eis prohibitum habere propè ciuitates hoſpitia, quia tũc conſiderantur vti viatores *a las. in. d. l. plerique nu. 18.* cum non poſsint dici propriè, & verè habitare *l. pen. §. in factum ff. naut. caup. & ſtab. & l. 1. §. qui habitare ff. de his qui deiecer. vel effud.* & hanc opinionem conſului Reuerendum Patrem Fratrem Ioannem Ciuitatis Altamuræ ſanctitatis vitæ odore ſuffulctum pro cauſa Reuerendorum Patrum Venerabilis Monaſterij Sancti Dominici huius Ciuitatis Neap. & ita vidi obſeruatum in hoſpitio Camaldulenſium propè ianuam Diui Ianuarij huius ciuitatis, de quo & *Nonarius frater in praxi iur. canonic. nou. d. concluſ. 2. de edificat. Monaſteriorum.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia conceſſa regularibus edificandi abſque conſenſu Ordinarii, ſunt reuocata per conſtit. Vrbani VIII.*

2 *Monaſteria non poſſunt fabricari abſque conſenſu Ordinarii, & quod ſufficiat conſenſus Ordinarii, & non Summi Pontificis num. 3. Amplia vt num. 4. 5. & 6. Declara vt num. 7. 8. 9. & 10.*

Digitized by Google

De Monasteriorum ædificatione.

Super Bulla Sanctissimi Vrbani VIII.

NVlli dubium est quin de iure religiosi habentes priuilegium ædificandi monasteria absque consensu Ordinarij etiam quod illi non fuissent vsi per decennium, si tamen occasio non accidisset, non teneantur adhibere formã à S.C.T. traditam.

1 Tamen hodie *per nouissimam bullã Sanctiss. D.N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. nostri beneficioris incip. Romanus Pontifex editam die* 28. *Augusti* 1624. *Pontificatus sui anno secundo*, fuerunt reuocatæ omnes licentiæ siuè facultates à Romanis Pontificibus per diuersos ordinum etiam mendicantium, Cõgregationum societatum, & aliorum regularium institutorum superiores, seu alios eorum nomine vbiq; locorum monasteria, domus, collegia, conuenctus, & alia regularia loca quouis nomine nuncupata, contra sacros Canones, & Conc. Trid. siuè importunis precibus, siuè motu proprio obtentæ, & extortę mandando obseruari dictã *dispositi. S.C.T. & constit. Clem. VIII. incip. quoniam ad institutam sub dat. Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die* 23. *Iulii* 1603. *ac decreta emanata mandato eiusdem Clem. nec non Gregor. XV.* prohibendo ne audeant & præsumãt recipere, fundare, seù alias quomodolibet instituere, seù incepta finire sub pęna priuationis vocis activiæ, & passiuæ, nec non officiorũ quorumcumque, ac inhabilitationis ad illa obtenta, & obtinenda, sub pęna etiã excommunicationis ipso facto incurrendis.

2 Et ideo notandum erit, vt monasteria tam virorũ quam mulierum ędificari, & erigi prohibentur absq; Ordinarii licentia, vide *Cruzz. de stat. relig. lib. 2. cap. 8. Maur. alleg. 3.*

3 Quæ conclusio quamuis amplietur per infrascriptos authores, vt non solum Episcopi consensus sit necessarius; sed etiam requiratur authoritas Summi Pontificis,

Digitized by Google

cis, vt decisũ per Eminẽtiſſimos S. C. interpetres teſtantur *Piaseg. in prax. Epiſcop verſ. monachi* §. 2. *Campanil. diuerſ. iur. Canon. c.* 13. *nu.* 80. *in fine, & D. Riccius deciſ.* 168. *nu.* 4 *p.* 4.

Tamen hodie ſufficere licentiam Ordinarij voluit *Rota in vna Teſaguritana domus Lunæ* 1615. *coram Manzanedo apud Farinac. deciſ.* 745. *tom.* 2. *par.* 2. & ſic ſeruatur in praxi.

4 Ampliatur ſecundo, vt neque religioſi exẽpti poſſint ędificare in loco non exempto abſque conſenſu Ordinarij *D. Ricc. d. dec.* 168 *par.* 4. quod ſi ædificentur abſque licentia in totum locus acquiritur Epiſcopo cum fructibus, vt firmat *Koch. de iurisd. in exempt. par.* 2. *queſt.* 45. *numero* 36.

5 vbi etiam habetur, vt non procedat dicta concluſio in mutatione monaſterij, quia Eccleſia, ſinè monaſterium mutari poteſt de vno in alium abſque licentia Diœceſani, per ea, quæ latè refert, & probat *D. Ric. d. deciſ.* 168. *par.* 4. *per clem.* 3. *de pœn.*

6 Ampliatur quarto, vt huiuſmodi conſenſus nõ poſſit præſtari per Vicarium, *Calderin. conſ.* 3. *de offic. Vicarij.*

7 Declaratur modo, vt aſsẽſus Epiſcopi ſufficiat p oſt cõſtructam Eccleſiam idẽ *Dom. Ricc. d. deciſ.* 168. *nu.* 2.

8 Declaratur ſecundo, vt neque licitum ſit nouos conuentus, & monaſteria facere non adhibita forma de qua in *bulla Clem. VIII.* relata ſupra de monaſteriorum ædificatione.

9 Declaratur tertio, vt in dubio præſumatur interuenisſe conſenſum Epiſcopi, *Calderin. conſ.* 4. *de relig. dom. Cæſar. de Graſſ. deciſ.* 13. *nu.* 5. *de præbend.* hinc videmus, quod parochialis Eccleſia ſuperioris authoritate, & conſenſu ex lapſu temporis erecta præſumitur, maximè quando in illo diuina officia publica celebrata fuere, vt plenè conſtat apud *Gabr. concluſ.* 1. *num.* 8. *de præſumpt. Affliet. deciſ.* 368. *& alij relati per Borrell. in ſumm. deciſ. tit. de facroſ. Eccleſ. nu.* 7.

10 Declaratur quarto, vt nõ requiratur aſſenſus Ordinarij, quando ſolummodo regulares vellent ampliare monaſterium, vt in puncto tenet *Roder. q. regul.* 49. *ar.* 9. *tom.* 1.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Clericus committens crimen falsæ monetæ non gaudet priuilegio fori.
2 Monetæ falsæ crimen ad effectum amittendi priuilegio fori an probetur præsumptionibus, & an ex inditiis indubitatis nu. 3.
4 Monetam tondentes amittit priuilegium fori.
5 Monetam falsam scienter expendens priuantur priuilegio fori.
6 Monetam boni, veri, & iusti ponderis, ac valoris fabricãs priuatur priuilegio fori. Declara vt nu. 22.
7 Monetarii regulares locorũ Episcopis sunt subiecti.
8 Moneta falsa quæ dicatur.
9 Opem præstantes monetariis an priuentur priuilegio fori, et opem præstare quis dicatur nu. 10.
11 Monetam falsam inexpendibilem fabricans non priuatur priuilegio fori.
12 Monetam falsam non perfectam cudens an priuetur priuilegio fori.
13 Monetam falsam retinentes scienter pœna triremium puniuntur. Declara vt num. 14.
15 Clericus inquisitus de falsa moneta carceratus à Iudice seculari remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum.
16 Monetam falsam in parua quantitate, vel modici valoris fabricans non priuatur priuilegio fori, & quæ dicatur parua quantitas num. 17.
18 Monetam falsam præter æream, & argenteam fabricans non priuatur priuilegio fori.
19 Mandans fieri vel expendi falsam monetam an priuetur priuilegio fori.
20 Monetæ falsæ crimen debet concludenter probari.
21 Monetæ falsæ fabricatores si non denuncientur à clericis an priuentur priuilegio fori.
23 Abbas an possit cognoscere de crimine falsæ monetæ.
24 Culpabilis repertus in falsificatione monetæ quando dicatur.

De

De Monetarijs.

Super bulla Sanctissimi Vrbani VIII.

ET si clericus pro crimine falsæ monetæ ab Ecclesiastico, & non seculari Iudice puniendus veniebat de iure communi, vt indubitanter dixerunt *Præs. de Franch. decis.* 691. & plures alij relati p *Graff. de effec. cleric. effect.* 1. *num.* 176.

1 Tamen hodie erit tradẽdus Curiæ sæculari vti non gaudens priuilegio fori ecclesiastici, nam per hanc constit. confirmatur & innouatur motus proprius felic. record. Pij Papæ V. contra monetarios idemq; ad quascumque personas Ecclesiasticas sæculares, ac cuiuscumque Ordinis, nec non etiam militiarum regulares ampliatur, & extenditur.

Mandatur enim ibi (p *qui aureas vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare vel alias adulterare, seù etiã quomodolibet adulteratas scienter præsumpserint erogare, aut exponere, pœna vltimi supplicij puniãtur. Et culpabiles in præmissis reperti, prauia degradatione Curiæ seculari puniendi tradantur. Item pecunias sic adulteratas, scienter detinentes, vel de loco ad locum transferentes; aut ad præmissa materiam, instrumenta, siue opem præstantes, pœna triremium per decennium puniantur. Accognitionem huius criminis spectare excluſis superioribus religiosorum sancitur.*

2 Ampliatur primo, vt ad effectum incurrendi pœnam contentam in bulla sufficiant præsumptiones, & suspitiones ex allegatis per *Grat. conſ.* 151. *num.* 8. *p.* 2. *quem allegat Farin. in prax. crim. q.* 115. *num.* 50. ea scilicet ratione, quia crimen hoc clam solet commicti, vt dicit *text. in l.* 1. *C. de falſ. moneta* in illis verbis. (*Monetarii adulterinã monetam clandestinis sceleribus exercent*) & consequẽter subintrat regula, vt in iis, quæ sint difficilis probationis, leuiores sufficere debent præsumptiones, prout in illis terminis arguit *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 24 *num.* 10. & *cap.* 26. *num.* 4. *Gabr. concluſ.* 17. *num.* 13. *tit.*

Digitized by Google

tit. de crim. & plures coniecturas refert *Thesaur. q. forens. lib. 1. q. 47.*

Cõtrariam verò partem vti iniure veriorem, & magis communem, vt ad incurrendam penam præfatã præsumptiones non sufficiant, & quod probationes debeant de necessitate cõcludere voluit idem *Grat. d. cons. 151. num. 29. & seq. par. 2. Cephal. cons. 230. nu. 30. cum seqq.* & faciunt cõgesta per eundem *Farin. tit. de falsi. & in tit. de reo confess. q. 88. n. 75. cum seqq.* & hæc opinio vti tutior in iudicando pro miseris reis, est amplectenda maximè respectu ipsius corporis delicti, cum ex ipsa falsitate remaneant vestigia, & factum sit apparẽs, & permanens, & ideo si moneta fuerit iusta, vel deprauata, diminuta adulterata, & falsificata, non sufficit constare per coniecturas, & præsumptiones, sed verè per testes, ocularem inspectionem, & relationem medio iuramẽto per peritos in arte faciendam, & in actis redigendam per actuarium.

Quare debet plenè constare per testes vel per peritos deponentes de ipsa falsa cusione, seù adulteratione eiusdem monetę, vel de qualitate materiæ, alias si confiteretur reus confeciſse dictam falsam monetam, & non appareat euidẽter de ipsa falsitate nõ posset condemnari, *Brunor. à Sole cons. vn. crim. num. 176. Roman. cons. 2. n. 22. Bursat. cons. 166. nu. 4. Cephal. cons. 230. nu. 11. vol. 1.* & quod in crimine falsæ monetæ ad hunc effectum non præsũptiua, sed concludens probatio esse debeat firmauit *Farin. cons. 175. nu. 6.*

3 Et proinde fuit dubitatũ in Archiepiscopali Curia, in causa cuiusdam clerici Iacobutij inquisiti de falsa moneta ex inditijs indubitatis, si subintraret pœna bullę, & discusso articulo communiter fuit iudicatũ euasisse pœnam dictæ bullæ, & non absque ratione, nam ex inditijs indubitatis non potest deueniri ad pœnam ordinariam, vt decisũ refert *Franc. deci. 372. Clar. lib. 5. §. fin. q. 20. Boer. decis. 164. nu. 6. Menoch. de arbit. iudic. casu 279. Gram. dec. 42. Ludouic. decis. 44. idem Menoch. de præsump. lib. 1. q. 97. Facch. controu. lib. 1. c. 29. & Masc. de prob. cõs. 1234. n. 30*

Et

Digitized by Google

Et licet fuisset allegata optima decisio *Grivell. 93.* vbi quod in quatuor casibus potest reus ex inditijs indubitatis puniri pœna ordinaria, primo in causa simoniæ, secundo quando concurreret confessio extraiudicialis per duos testes probata, tertio in crimine lesæ maiestatis diuinæ, quarto humanæ, & consequenter, cum crimen falsæ monetæ sapiat naturam crimi nis lesæ maiestatis vt fusè plures cumulat *Farin. loc. cit. d. quæst.* 115. *nu.* 1. *& de indit. & tortur. q.* 43. *nu.* 63. ideo debebat dictus clericus Iacobutius tradi Curiæ seculari. Attamen ipsius opinio procedere videtur in primo capite criminis lesæ maiestatis, non autem in secundo capite arg. *decis. Rot. Rom. apud Verall. ver. pœna l. quisquis & decis. Intrigl.* 41.

Et pro inquisiti, liberatione cõcurrebat exceptio falsæ monetæ inexpendibilis, nam erat totaliter stannea, & ideo ex his omnibus fuit absolutus, vt dicemus infra nu. 10.

4 Ampliatur, vt quamuis antiquitus erat dubium si tondens monetam pœnam mortis subire teneretur ad ea, quę cumulat *Farin. q.* 115, *inspect.* 2. Tamen *tam ex vi bullæ Pii V. quam huius nouissimæ constit.* extenditur pœna mortis etiam ad tondentes monetam argenteam, vt subdit idem *Farinac. loc. cit. Menoch. nu. & Affl. nu.* 6.

5 Ampliatur quarto, vt huiusmodi pœna non euitetur ab expẽdente falsam monetam scienter virtute huius bullæ, & ideo quamuis *Dom. Ricc. in decis.* 293. *p.* 2. referat decisum fuisse quem condemnatum ad quinquennium ad remigãdum, qui expendiderat falsam monetam sciẽter. Tamen hodie post hanc constitutionem obseruatur tenor ipsius, quam limitarem in mandante expendi, vt dicam in octaua limit.

Ad quod notabis, quod si quis bona fide habuit monetam falsam aliquando, non potest eam tuta cõscientia expedere, sed debet inuestigare eum, qui dedit si potest alias non *Nauarr. man. cap.* 17. *num.* 173. *&* 19. *numer.* 8. *Silua verb. falsarius.*

6 Ampliatur quinto, in cudente monetam boni veri,

Digitized by Google

& iusti ponderis, & valoris etiam si materia vera sit, nā cum sine Principis authoritate id faciat, eiusdē maiestatē lædit, & iurisdictionē vsurpat l. 2. C. *de falsi. monet.* eudere enim monetam de regalibus est *Menoch. de arbitr iudic. casu* 316. *nu.* 17. *Mascard. conclus.* 1070. *nu.* 20. *Catalan. de indult. c.* 28. *nu.* 44. *Peguer. decis.* 46. *nu.* 6 *Baiard. ad Clar.* §. *falsum n.* 309. *Farin. in prax. crim. q.* 115. *nu.* 18.

7 Ampliatur sexto, vt monetarij regulares locorum Ordinarijs Episcopis sint supposiți, vt expresse habetur in hac bulla.

8 Ampliatur septimo, vt moneta falsa dicatur quando est contaminata, & non pura, seu simplex, vt puta quando aurea habet mixturam argenti, & argentea habeat mixturam æris, vel quando in ea miscetur metallum minoris valoris, vt docuit *Ang. in l.* 1. *num.* 1. C. *de falsi. monet.* cuius doctrinam sequuntur. *Affl. nu.* 5. *Anan. in cap. ad falsariorum num.* 6. *de crim. fal. Decian. lib.* 7. *cap.* 23. *nu.* 10.

9 Declaratur modo, vt opē præstantes non incidant in pœnam mortis, sed tantum triremium per decennium vt hic, & ratio videtur esse secundum *Marsil. in cons.* 47. nam isti auxiliatores mitiori pœna puniendi sunt ex *Decian. tract. crim tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 1. *Cuman. cons.* 158. *num.* 4. omissa opinione Doctorum, vt nō solum fabricator monetæ sed qui auxilium ad fabricandum dederit eadem pœna puniendus sit *Peguera decis.* 46. *nu.* 32. dum habemus hodie legem specialem.

10 Verum ad casum bullæ. Is dicitur opem præstare, qui accomodauerit domū, in qua fabricatur falsa moneta, malleos ad cudendum emendo argentum, seu aliā materiam præstando. Formam ad inuenendo, & alia ponit exempla, *Vital. de pœn. falsi. mon. num.* 1. *Afflict. tit. quæ sint regalia verb. moneta num.* 28. *Nouell. prax. in forma inquis. contra monet. num.* 14. *in fin. Peguer. vbi supra*, & de accommodante domum scienter videas *D. Riccium decis.* 163. *par.* 3.

11 Declaratur secundo, vt pœnæ huius bullæ minimè sibi locum vendicet in cudente falsam monetam in expen-

Digitized by Google

expendibilem, vt superius fuit dictum in causa Clerici Iacobutij teste *Alex. in addit. ad Bart. in l. eleganter §. qui reprobos ff. de pign. act. & in cons. 104. Marsil. in l. qui falsam nu. 53. ff. ad l. Cornel. de fals. Afflict. in tit. quæ sint regal. verb. moneta nu. 25. in fin. Paris. cons. 169. nu. 26 & seq. Grat. respons. 151. num. 24. par. 2. Viuius opin. 519. nu. 4. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 316. nu. 14. in fin. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 25. num. 11. Mascard. conclus. 1066. nu. 5 lib. 2. Baiard. ad Clar. §. falsum num. 3. & 2. D. Regens Rouit. ad prag. 1. de monet. num. 11. 14. & 16.* Hinc euenit pœnam non procedere si pecunia falsa in loco, in quo creditur non sit in vsu *Peguer. decis. 46. nu. 15. Marant. cons. 36. num. 7. Petr. ad Gram. decis. 74. nu. 1.*

Declaratur tertio, vt pœna dictæ bullæ cesset si pecunia non sit perfecta, & sic non formata, vt quia pœnitentia ductus falsificans cessasset à perfectione, ad q̃ facit illa regula, vt ad falsitatis essentiam requiritur perfectio actus, *l. qui falsam in princ. ff. de fals.* nec censetur actum, quod non est re-

ductum ad cõsumationem per propriam formam, *l. si bis qui §. sed si opus ff. ad l. falcid.* hinc si laicus incipiat scribere literas apostolicas cum huiusmodi literæ perfectionem habeant ab ipsa bullatione anuli piscatorij, sine qua literæ apostolicæ non dicuntur, non diceretur commissa falsitas §. *item lex cornelia instit. de publ. iudic. vers. scripserit, & signauerit,* at secus si fuerit à Curia præuenctus, & illam perficere non potuisset, vt etiam fuit consideratum in dicta causa Iacubutii iuxta *decis. Gram. 74. in fin. Franc. decis. 440. colligitur ex prag. regni 9. §. 28. de monet. Menoch. de arbitr. iudic. casu 316. nu. 23. & seq. Mascard. conclus. 1070. num. 5. Baier. ad Bar. §. falsum vers. dixi etiam.*

13 Declaratur quarto, vt retinẽtes penes se falsam monetam scienter non puniantur pœna mortis, sed triremium per decennium quæ successit loco extraordinariæ, secundum *Beluis. in pract. lib. 1. cap. 8. verb. falsarium,* & hoc modo intelligitur opinio *Menoch. de arbitr. iudic.* ante tenorem huius bullæ, quę videbatur

Digitized by Google

ſenſiiſſe ſolam retẽtionem non eſſe punibilem cum eius dictum intelligatur, quando non conſtat, quod quis ſcienter falſas monetas retineat, ſecus ſi ſcienter prout ſunt termini noſtræ bullæ latè *Farinac. d q.* 115 *inſpect* 3. *nu.* 1. *&* 153. & ſic ſi quis falſam monetam ignoranter, penes ſe retinuerit, vel expẽdiderit non tenetur hac pęna, hinc euenit quod clerici vtentes falſis dimiſſorijs ignorãtes eſſe falſas in nullam pęnam incidunt, nam ignorans nõ dicitur delinquere, & ignorantia in dubio pręſumitur *Dom. Riccius decis.* 89. *p.* 1.

14 Sublimitarem tamen, quando penes aliquem reperiretur falſa moneta, & ipſe non ſolum eſſet malæ famæ, ſed etiam negaret fuiſſe repertã pęnes ipſum, nam in ſimili caſu fuit cõdemnatus ad mortem quidam teſte *Franc. dec* 401.

15 Declaratur quinto, quod ſi clericus inquiſitus de falſa moneta carceraretur à Iudice ſæculari nõ per hoc ipſe poſſet cognoſcere ſtante hac buila, ſed teneretur remittere Iudici Eccleſiaſtico, qui cognita veritate remittere illum debet Curiæ ſæculari, & ita fuit tentum in noſtra Curia Archiepiſcop. Neap. in quadã facti contingentia.

16 Limitatur ſexto in fabricante monetam falſam parũæ quantitatis, vel modici valoris, nam non intrarent termini huius bullę, nam ſtatutum quantumuis generale, & amplum puniens fabricãtes falſam monetã, non comprehendit fabricantes monetas modici valoris, *Alex. conſ.* 104. *num.* 7. *lib.* 1. *Boſſ. in prax. crim. tit. de falſ. mon. nu.* 4. & cũ rõne, quia talis modica moneta non poteſt afferre maximũ præiudicium, illis ad quorũ manus peruenerit. idem *Alex. conſ.* 121. *num.* 5. *lib.* 7. *Caball. caſu* 199. *nu.* 19.

17 Et ad hunc effectum iudicatur pecunia ſi ſit magna aut minima arbitrio Iudicis inſpecta perſonarũ conditione, *Caball. caſu* 199. 17. *& ſeqq. & Farinac. conſ.* 106. *nu.* 23.

18 Limitatur ſeptimo, non procedere in fabricante falſam monetam pręter aureã & argẽteam, de qua ſolum loquitur bulla, & ideo non habet locum in moneta æris, & non abſque ratione, cum fabricans falſam monetam

netam viliſsimi valoris nõ puniatur, *Menoc. d. caſu* 316 *num.* 33. *Maſcard. d. concluſ.* 1076. *num.* 5. Tamen tenetur pœna extraordinaria, *Afflict. in conſt. adulterinam num.* 4. *Alex. conſ.* 104. *p.* 1.

19 Limitatur octauo, ceſſare pœnam huius bullæ inmandante fieri, vel expendi falſam monetam, *Hier. de Laurent. deciſ.* 114. *nu.* 6. quam ſequitur *D. Regens Rouit. pragm.* 1. *num.* 10. *de monet.* ex eo quod bulla tantum loquitur de faciente, vel expendente tantum monetam falſam, & proinde non extenditur ad mandantem, nam lex puniens facientem non comprehendit mandantem *gloſ. in clement.* 1. *de conſang. & affin. Nauarr. man. cap.* 27. *n.* 51. *& conſ.* 4. *de hæret. fuſè Maceer. reſolut.* 69. *lib.* 1. cum in materia odioſa verba ſint ſtrictè interpretanda iuxta *deciſ. Surd.* 174.

Verũ hoc non ita de plano procedit, ñ quidem iſte talis mandans euitabit pœnam mortis, non autem pœnam triremium per decennium, cum ſatis includatur ſub illo verbo conſt. (*aut opĩ præſtantibus*) iuxta tradita per *Azor. in ſumm.* *C. de falſ. mon. nu.* 1. *verſ. & certe.*

20 Declaratur tenor dictæ conſtitutionis, vt huiuſmodi crimen debeat concludenter probari, vt diximus ſuperius, & ideo repertus cum inſtrumentis aptis ad falſificãdam monetam, vel cum moneta falſa, & tonſa, eſt inditiatus tantum ad torturam ad latè tradita per *D. Riccium deciſ.* 43. *par.* 2. *Farinacc. conſ.* 175. *num.* 2. Imò inſtrumenta pro fabricanda moneta non dum perfecta, nec facerent inditium ad torturam, idem *D. Ricc. deciſ.* 325. *par.* 2. aſſerens inſtrumenta, in quibus non dum in eis fuerũt impreſſi cunei non facere inditium ad torturam.

Vnde ſtampæ icones, & alia inſtrumẽta apta ad cudendum monetam, & diminuendam, faciunt ſolum inditium ad torturam, *Franc. deciſ.* 440. *Peguera deciſ.* 46. *num.* 16. aſſerentes, quod ex ſolis inſtrumentis repertis contra aliquem cudentem falſam monetam poteſt torqueri, & conuincitur vnico teſte fide digno & ex fama publica, *Marſil. in l. qui falſam num.* 40. *de falſ.* ponit hanc concluſionem

Digitized by Google

sionem subdens, quod si ille penes quem non sit bonæ famæ talis inuenctio facit inditium ad torturam, & quod indicium facit cõtra dominum domus, & illa retinentes, *Mastard. conf.* 1066. *num.* 10. *vol.* 3. *optimè Farin. consil.* 161. *num.* 6. & 7.

Animaduertas tamen, quod supradictum inditiũ tollitur per bonam famam domini domus, vel dicta instrumenta detinentis, sed quas excusationes, & defensiones adducere valeat, vide *Decian. tract. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 27. *per tot.* vbi specialiter declarat non sufficere quamlibet, & vulgarẽ bonam famam, sed debere esse notabilem, & vehemẽtem maximè si nesciat rationem reddere, & quomodò ad ipsius manus dicta instrumenta peruenerunt.

21 Declaratur decimo, vt sub huiusmodi constit. rigore non comprehendãtur clerici scientes, & non reuelantes tale delictum fabricationis falsæ monetæ, seù diminutionis ipsius, cũ constit. de talibus non loquatur, & ideo ad eos fieri nequit extensio, *l. quidam ff. de liber. & posthu. Franc. decis.* 403. *num.* 11. & de iure est *text. in l. lege Cornelia ff. ad l. Corn. de falsi. dicit Decian. tract. crim. tit. de præstant. op. consc. nu.* 2. *vol.* 2.

22 Declaratur vndecimo, vt licet falsam monetam expendentes incurrant pœnam huius constit. Tamen requiri scientiã voluit Sanctissimus Vrbanus, & ideo nisi præcesserit scientia fabricationis, aut tractatus, cũ fabricatore nullatenus puniri posset rigore dictæ constit. *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *casu* 349. *nu.* 23. *& seqq. Farinac. d. conf.* 106 *num.* 18. ex quo nunquam ignorans videtur deliuque re, vulgatis iuribus, & vbi deest dolus, cessare debet nomen delicti, & sic in terminis monetæ falsæ pœna locum non habet vbi non adest dolus fusè *Farin. cõs.* 125. *nu.* 14.

Ad hoc enim, vt monetam falsam expendẽs ligetur pœna huius const. duo requiruntur. Primo, vt moneta expensa fuerit in magna quantitate. Secundo, quod dolosè, & scienter fuerit expensa plures allegat *Farin. conf.* 175 *nu.* 13. & 14. & altero deficiente

pœna

Digitized by Google

pęna vtique ceſſabit, ſubdęs ſummam tonſæ monetæ aſcendentē ad aureos quinque, vel ſex dici modicam, ſed vide quæ dixi ſuperius num. 7.

Quæ ſcientia in dubio non præſumitur, & ideo probanda erit per Fiſcum *Bald. conſ.* 115. *lib.* 3. *Gratia. d. conſ.* 151. *poſt num.* 8. *lib.* 2. *Viu. opin.* 521. *num.* 4. *in fin. Decian. lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 13 *& cap.* 26. *num.* 3. *Baiard. ad Clar. §. falſum nu.* 329. alias reus non immunis eſſet.

23 Sed an ſtante hac conſt. Abbas exemptus poſſit cognoſcere de crimine falſæ monetæ, ſtante quod per eam fuit ſublata poteſtas ſuperioribus regularium, *Donat. Anton. de Marin. q.* 57. *nu.* 6. tangendo articulū hunc, affirmatiuam opinionem tuetur, ex ea ratione, nam nullibi in dicta conſt. legitur prohibitio, quo ad Abbates exemptos, ſicuti quo ad ſuperiores regularium ſiquidem, & ſi Summus Pontifex Vrbanus expreſsè ſtatuerit, vt Ordinarij illarum dioeceſum intra quorum fines locus exemptus exiſtit, ſed proximior debeant de his cauſis cognoſcere etiā in ſubiectos dictorum locorum exemptorum. Non tamen per hoc ſequitur, quod vbi Epiſcopi illi hæc negligunt, vel ignorant, dum hoc crimen commicti occurrerit in locis prædictis non valeant eorum ſuperiores, qui in illis Ordinarij ſunt in huiuſmodi cauſis procedere, & eo caſu aſſerit hanc cognitionem illis eſſe prohibitam cum Ordinarij illarū dioeceſum, de his cognoscere cęperint.

24 Ad intelligentiam tandem huius conſtitutionis opportunè quæri poſſet an illa particula (*vt ſi culpabiles in præmiſſis reperti fuerint*) requirat, vt clericus reperiatur in fraganti crimine falſificationis, vel tonſionis monetæ ad effectum vt tradi valeat Curię ſæculari.

Et primo loco obſeruabam illud verbum (*reperti*) quod ſignificare videtur propriè inuēctionem, quia id quod dicitur de verbo inuenctus, dicitur de verbo repertus, & vnum pro alio capitur *Alex. conſ.* 316. *lib.* 6 & idem ſunt inuenctio, & apprehenſio rei infraganti, Adeo vt inuenctus nemo dicatur, niſi apprehēdatur ſe-

Digitized by Google

ſecundum *Bart. & cæteros in l. ſi barſatorem C. de fideiuſſ. Cum. rit. 54. num. 42. Guazz. de reor. defenſ. cap. 8 num. 3.* Nec ſufficeret teſtibus fuiſſe conuictum, vt dixerunt *Decian. lib. 8. crim. cap. 4. nu. 5. Peguer. deciſ. 55.* vbi optimè habetur, quod quando lex, vel ſtatutum diſponit, vt qui fuerit inuẽctus cum armis teneatur certa pęna. In eam non incidat, qui ſolum fuerit inuenctus, & teſtibus conuictus, ſed requiritur apprehenſio, & captura cum armis, idem ait *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 394. nu. 84. Guazz. nu. 3. & Scacc. de iudic. c. 78. nu. 2.*

Ex altera vero parte conſiderabam conſtitutionem præmentionatam eiuſque conditorem conſideraſſe odium criminis falſæ mónetæ, vt habetur in princip. dictæ conſtitut. quæ ratio, cum Sanctiſſimus conſiderauerit odium delicti, vniformiter locũ habet quomodocumque delictũ patefiat, vt probãt *Laur. Vall. alleg. 300. Rip. in l. 1. nu. 54. ff. de acquir. poſſeſſ.* conſtitutio enim noſtra non videtur conſideraſſe apprehenſionem, ſed ſimplicem inuenctionem, per quam delictum manifeſtatur, *l. raptores C. de Epiſc. & cleric. & facit text. ſing. in cap. fin. in fin. de dilat.* vbi inuenctus culpabilis dicitur à Iudice, qui eſt conuictus, ſequitur *Hipol. ſing. 395. & in prax. §. pro complimento num. 27. vide text. in cap. excommunicamus §. qui autem, verſ. inuenti fuerint de hereti.* ex quo notatur, quod ille dicitur inuenctus in delictis contra quem maleficium probatur, ita *Palat. in repet. cap. per veſtras de donatio. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 21. num. 14. quem allegat Barboſ. in collect.* DD. *in d. cap. excommunicamus num. 9.*

Vnde in diſcurſu habito in noſtra Curia Archiep. in cauſa cuiuſdam clerici Iacobutij, licet cauſa non fuerit determinata. Tamen in hanc ſecundam opinionẽ inclinabatur ex quo cõſiderata fuerint verba bullæ, de cuius mente conſtabat non requiri capturam, prout conſtat in d. l. ſi barſatorem, vt declarat *Alex. d. conſ. 216. num. 4. & 5. & ſequitur Cardin. Tuſc. concluſ. 344. nu. 9. lit. I.* & ideo ſufficiebat fuiſſe dictũ clericum

Digitized by Google

ricum conuictum testibus, quamuis nō fuisset captus in fraganti, cum adhuc culpabilis diceretur repertus.

SVMMARIVM.

1 *Monialium numerus prefigendus est per Ordinarios locorum in monasterijs et exemptis sub pœna peccati mortalis nu. 2.*
3 *Regularium numerus in monasterijs præfigi debet.*
4 *Episcopi nequeunt dispensare numero monialium præfigendo.*
5 *Monialium decedentium loca quando sint concedenda, & promittenda.*
6 *Mulier litigans separationē thori non auget numerum monialium.*
7 *Monialium numerus non augetur à sufficienter dotatis, & à puellis causa educationis nu. 9.*
8 *Moniales supranumerariæ, decedentibus aliquibus ex numero subrogari possunt*
10 *Monialium numerus augeri potest excretis fructibus monasterii.*
11 *Monialium numerus non augetur per conuersas seu seruitiales.*

De monialium numero in monasterijs præfigendo.

Super Bulla Gregorij XIII.

DE iure antiquo, & sic *per text. in cap. vnico §. sanè de stat. regul. in 6.* sancitum fuerat, vt in monasterijs, & domibus monialium ordinum non mēdicantium, is tantum religiosorum numerus constitueretur, qui ex proprijs monasteriorum redditibus vel ex consuetis elemosinis pro modò, & facultate loci comodè subsistētari possent.

Sed postea per *S.C.T sess. 25. cap. 3. de regul.* fuit extēsum ius antiquum ad omnes regulares, tā masculos quam fœminas, etiam mēdicantes, in quibus licet numerus statui non possit pro facultate bonorum, vel introituum. Nihilominùs statuendus est habita consideratione ad consuetas elemosynas, quibus valeant comodè substentari.

1 Tandem non solum dictum ius antiquū, & S.C.T.

Digitized by Google

fuit confirmatum per cõst. *Pij V. incip. pastoralis officij; sed etiam per felicis, & memoranda memoria Sanctissimi Gregor. XIII. bullam incip. Deo sacris de anno 1573.* mandando moniales non debere reponi in monasterijs vltra numerum solitũ, & iniungendo locorum Ordinarijs, vt præfatum statuant numerum, non tantũ in monasterijs sibi subiectis sed etiam exemptis cum illarum superioris interuẽctu, & ita refert *Piasec. in prax. Episcop. §. 3. nu. 55. in fin. Roderic. q. regul. tom. 2. q. 48. artic. 1. Campan. diuers. iur. can. rubr. 12. cap. 16. nu. 14. & 17.*

2 Quod adeo obseruandũ esse puto ab Ordinarijs, vt contrafacientes incurrant pœnam peccati mortalis, fulcitus verbis huius const. ibi (*super quo Ordinariorum conscientiam oneramus*) *Nauarr. in cap. statuimus n. 57. vers. tertio nu. 19. q. 3. Sanchez. in præcept. lib. 7. cap. 23. num. 3.*

3 Imò *Sanctissimi Clement. VIII. & Paulus V. in eorũ constitutionibus* id extendũt etiam ad reguleres, quorũ numerum in singulis monasterijs constituendum esse statuerunt, vt dicam infra de *regu. num. in sing. monast. constit.*

4 Nec videtur posse Episcopos loci Ordinarios dispensare tenori huius constit. cum ipsis iniungatur obseruantia dictæ constit. sub pœna peccati mortalis iuxta superius dicta, & vti inferiores nequeunt dispensare aut mutare constitutionẽ superioris, *Gratian. discept. forens. cap. 270. num. 71. D. Regens Valenz. cons. 94. num. 9. ex text. in cap. cũ inferior de maior. & obed. & facit cap. 2. de confirm. vtil. vel inutil.* vbi Summus Põtifex acriter reprehẽdit Episcopum quendam, qui dere per ipsum Pontificem statuta, ausus fuit aliquid innouare.

5 Prout etiam erit notandum, quod *Sacra Congregatio prohibuit ne loca per obitum monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiq; puellæ ad habitum Regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi sequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi, ac in monialis demortuæ locum promissionem, aut receptionem*

nem, in capitulo, seu quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda, & ætatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditas esse debere vult eas puellas, quæ supra numerum recipiendæ sunt iã tunc cum eis locum ius promittuntur, vel dãtur, si quid vero contra a quoquam fieri contigerit, irritum, & inane ac nullius roboris, & momenti fore, & esse decernit. Ac nihilominus Abbatissas, Prioríssas, & alios quoscumque monasteriorum superiores, qui cuiusuis puellæ receptioni, vel admissioni, aut locorum vacaturorum promissioni, seu concessioni aduersus præsentis decreti dispositionem consenserint priuationi vocis activæ, & passiuæ aliisque arbitrio eiusdem Congregationis infligendis, pœnis abstrictos, & obnixos, fore declarat; saluis etiam semper & in suo robore permanentibus, aliis quibuscumque ipsius Congregationis decretis, alias latis præsẽti decreto non contrariis præsertim circa monialium admissiõnẽ & receptionem ad habitum & professionem, & circa eleemosinarum dispositionem solutionem, & erogationem in loca habilia, quibus nullatenus derogare vult, & intendit. Romæ die 6. Decembris 1604.

Alex. Card Florent.

6 Cuius constitutionis tenorem. Declara primo, nõ procedere in muliere litigante separationem thori cum eius viro, quia posset vltra numerũ solitum admicti, vt firmauit *D. Riesius dec. 219. p. 4.*

7 Declara secundo, vt admicti, & recipi valeat vltra numerum monialium aliqua sufficiẽter dotata cum ipsius dote, iuxta opinionẽ *Nauarr. de reddit. Eccles q. 1. monitu 62. & Suar. de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 9. num. 17. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 23. nu. 194.*

8 Declara tertio, vt moniales supra numerariæ, aliquibus ex numero in quolibet monasterio definito decedentibus, in earum locum, possint, & debent subrogari, quinimò easdẽ supra numerarias semper quo ad hoc remanere, etiã si in cœteris ab alijs nihil differant, sed illis omnibus pares, & æquales iuxta cuiusque monasterii institutũ

Digitized by Google

esse debere *censuit S. Cong. teste Campanil. loc. citato nu.* 14.

9 Declara quarto non cõprehendi puellas causa æducationis in monasterijs monialium, *vt rescripsisse Sac. Congreg. Conc. Episcopo Hyeracen. de anno* 1575. *vltima Augusti testatur Barbos. de potest. Episcop. alleg.* 108. *nu.* 6. in magnis vbi refert de verbo ad verbum decretum dictæ S. Congr.

10 Declara quinto, quoties fructus monasterij excreuissent, nam hoc casu dicerem cum authoritate Ordinarij posse augeri numerũ monialium, nec menti huius constit. controueniret Ordinarius, *arg. text. in cap. cum M. Ferrariensis de constit.* vbi habetur, quod non obstante cõstitutione iurata de certo numero Canonicorum per Papam cũ decreto irritanti confirmata, si supereſcrescant Ecclesiæ facultates, possent recipi alij Canonici, & ita *Boer. decis.* 62. *num.* 7. *Suar. in l. quoniam super declarat. legum regni limit.* 4. *nu.* 2. *Zecch. de repub. Eccles. c.* 14. *num.* 4. *vers. causa verò.*

11 Declara sexto, vt talis numerus monialium in monasterio præfixus non videatur augeri per conuersas, seù seruitiales, quæ licet adstringãtur ad clausuram & ad habitum, & possunt recipi ad professionem, vt per *Nauarr. in cap. statuimus nu.* 44. *de regul. iuxta constit. Pii V. & Greg XIII. & aliorum, de quibus per Roderic. quæst. regul. tom.* 1. *num.* 44. *artic.* 4. *fol.* 263. Tamen de consuetudine multorum locorum iste conuersæ non habentur in cõsideratione ad effectum augendi numerum monialiũ velatarum, optimè *Gratia. discept. forens. cap.* 945. *num.* 18. *& 19. tom.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Monitoriorum in forma significauit requisita.*

2 *Monitoriales literæ commissa locorum Ordinariis an expirent morte Pontificis.*

3 *Monitoria in forma significauit quem valorem, & quantitatem bonorum requirat.*

4 *Valor bonorum expressus in breui in forma significauit probari debet coram Ordinario.*

5 *Absolutio incursus censurarum,*

Digitized by Google

rum, an competat exequtori apostolico breuis in forma significauit.

6 *Monitoria Papalia, cum clausula (per te diligenter &c.) an requirat testium examen.*

7 *Excõmunicari an possit quis nominatim virtute monitorialium.*

8 *Monitoriales literæ non sunt concedendæ stante remedio ordinario.*

9 *Monitoria an sint concedenda prater alios casus enumeratos in breui Apostolico.*

10 *Reuelationes an prosint agẽti in iudicio criminali.*

11 *Reuelationes an probent si testes non repetantur.*

12 *Reuelationes testium inhabilium an probent.*

13 *Monitoria an sint publicanda errato nomine oratoris.*

14 *Monitoria an possint concedi ab Abbatibus nullius diœcesis.*

15 *Monitoria an possint concedi à Vicario generali, Foraneo, vel Capitulo sede vacante.*

De Monitorialibus literis in forma significauit.

Super Bulla Pij V.

Pius Papa V. ex bulla incip. Sanctissimus in Christo Pater, intendens statuere modum, & formã super expeditione mandatorum, seù breuium, quæ fiunt in forma significauit pro restitutione rerũ subtractarum, aut deperditarũ, seù reuelatione illarum, & eas subtrahentium, mandauit, tria concurrere debere.

1 Primò, vt signetur supplicatio in præsentia suæ Beatitudinis. Secundo, vt exprimantur nomina impetrãtium, & sic eorum, quorum interest. Tertio, vt specificentur nominatim res, quę petuntur, earum valor de quibus vltra bullã præmentionatam vide *Costam de remed subsid. cap. 13. 14. Megal. in oper. verb. constitutio nu. 13. & ad materiam D. Riccius collect. 102.*

Sed quoniam materia hæc

Digitized by Google

hæc quotidiana in omnib⁹ Curijs Eccleſiaſticis, & præcipuè in Archiepiſcopali noſtra Curia Neapolitana ſæpiſſimè vẽtilatur, aliquas difficultates hic deſcribere placuit.

2 Circa quam ſolet dubitari primo, an literæ monitoriales in dicta forma ſignificauit commiſſæ loci ordinario, ipſique præſentatæ expirent morte Pontificis *D. Riccius in deciſ. 109. par. 3.* negatiuam tuetur opinionem, ea ratione ductus, quia cum ſit gratia facta, & non facienda poteſt exequi etiam mortuo Pontifice iuxta terminos *in cap. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in 6. idem D. Ricc. collect. deciſ. 394. hinc Sair. deciſ. 1. de priuil.* infert facultatem diſpenſandi cum quibuſdam perſonis, quæ cõtraxerunt in gradu prohibito Epiſcopo commiſſa valere etiam mortuo Põtifice ſequitur *Bonarin. de leg. q. 2. par. 10. §. 2. Guttier. de matr. cap. 125. num. 22. & ſeq. D. Ricc. deciſ 92. par. 4.* prout etiam facultas conceſſa à Sanctiſſimo Epiſcopo abſoluendi aliquem ab excommunicatione non expirat per eius mortem, *Macer. reſol. 74. lib. 1.*

3 Dubitatur ſecundo, quænam quantitas neceſſaria ſit ad effectum, vt obtineri valeant tales literæ. *Sacrum Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3.* nullã mentionem facit de monitorialibus à ſancta Sede Apoſtolica impetrãdis, ſed à loci ordinario, ſanciuitq; non eſſe cõcedendam pro parua quantitate, nec aperuit quantitatem. Verum *Graff. in conſ. 6. nu. 3. de ſent. excom.* refert praxim Romanæ Curiæ, præfata monitoria non concedi, niſi pro ſumma ducatorum quinquaginta, quando ſumus in ciuitatibus, ſecus verò in oppidis vel caſtris, nã ſufficeret quantitas decem ducatorum.

Ex quo infero, vt eadem ratio habeatur ad perſonas, quæ & habetur ad loca, nã ſi videmus, quod loca inſignia augent quantitatem, & loca inferiora minuunt illam, ita & pari modo, erit extendenda dicta ratio ad perſonas diuites, & pauperes, nam quamuis pauperes exiſterent in ciuitate inſigni, poſſent eis concedi literæ monitoriales pro ſumma ducatorum decem, quę reſpectu illorum habentur pro

Digitized by Google

pro quinquaginta, & ideo in earum concessione erit pariter attendendus status personarum, maximè carceratorum, qui veniunt appellatione pauperum, vt voluit *Salic. in l. Iudices C. de Episc. aud. refert, & sequitur Ranchin. consil. 451. p. 5.*

4 Animaduertant autem Illustrissimi Ordinarij, quibus diriguntur dictæ literæ, quod si valor dictarum rerum in illis expressus non verificaretur nullã exequutionem præstent, sed potius reijciant vti subreptitias, exprimens enim falsum vel tacens verum malitiosè caret impetratis *cap. super literis de rescript. Sanr. dec. 5. de homicid. Thesaur. q. forēs. 4. lib. 1.* nam cum nō exprimatur vera quantitas, quæ vigore motus Pij V. debebat exprimi, literæ monitoriales impetratæ vtiquæ dicerentur subreptitiæ, allegatur ad hoc decis. *Mobedan. 7. de resc.* vbi habetur ea in rescripto exprimenda esse, q̃ de iure veniũt exprimẽda alias gratia diceretur subreptitia, hinc merito *Cressena. decis. 8. de rescript.* voluit gratiam dici nullam si exprimatur malè valor rei sequitur *Macer. resolut. 78. lib. 1.*

Imò caueant ab exequutione dictarum literarum, quamuis impetrãs seù orator allegaret, & probaret ignorãtiam quantitatis bonorum in breui mentionatorum, nam talis ignorantia non excusaret à subreptione, vt voluit *Seraphin. decis. 106.*

Qua propter si præfata subreptionis exceptio opponeretur per aliquem, debent Ordinarij supersedere in publicatione monitoriorum quousque dicta exceptio terminabitur videatur *sing. decis. Phebi 41.*

Imò loquendo de monitorijs ab Episcopo concedendis, si ea concedantur pro re leui excommunicatio ex intolerabili iuris errore etit nulla *c. per tuas de sent. excom.*

5 Dubitatur tertio. An exequutor cui commissa est breue in forma significauit possit absoluere incursum in censuras apostolicas affirmatiuè *Macer. resolut. 112. casu 37. lib. 1. Barbos. de pot. Episcop. alleg. 95. nu. 42.* dummodo simus infra annum, secus post annum *cap. quarenti de offic. deleg. Thesaur. cas. conse. lib. 2. cap. 20. nu. 9. Navarr. in manua. cap.*

Digitized by Google

cap. 27. num. 40. Henriq. in summa lib. 13. cap. 16. §. 4. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 10. num. 11.

6 Dubitatur quarto an ista monitoria Papalia cum illa clauſ. ad Commiſſarium ſeù exequutorem directa, *ſi causa pendeat diligēter, &c.* requirant neceſſariò teſtiū examen. *S. Congreg, ſub die 17. Ianuarij 1594. reſcripſit Archiep. Ferrarien. negatiuam opinionem*, ſed ſatis dici iuſtificata, ſi impetrans iuret contenta in ipſis monitorijs continere veritatem.

7 Dubitatur quinto, ſi poſſit quis virtute dictarum literarum nominatim excōmunicari. Ad quod breuiter reſpondeo, quod licet *Theſaur. in for. Eccleſ. cap. 38. lib. 3.* negatiuam opinionem firmauerit.

Attamen ſi Iudici Eccleſiaſtico conſtaret per reuelationes concludentes quē eſſe detentorem iniuſtum dictorum bonorum non ſolum viribus excommunicationis ipſum compellere poſſet ad reſtituenda bona, ſed etiam nictendo verum dominum in poſſeſſionem illorum iuxta *Conſ. Abb. 60. n. 3 p. 2. voluit Marant. de ordin. Iulic. p. 4. verſ. ſeculare n. 12. quos refert & ſequitur* Macer. reſo. 112. caſu 75.

8 Dubitatur ſeptimo. An literæ monitoriales ſint cōcedendæ, vbi adeſſet remedium ordinarium, puta quia poſſet agi via ordinaria. Negatiuè deciſum *refert Rota Romana deciſ. 90. p. 4. arg. text. in l. in cauſis ff. de minor.* D. *Riccius dec. 219 par. 4* quia cum excommunicatio debeat eſſe vltimū remedium, *ex text. in cap. vlenicus de vit. & honeſtat. cleric.* ex quo reputatur maxima pœnarum *cap. corripiantur 24. q. 3.* quamdiu habemus remedia ordinaria, non debemus vti extraordinarijs, *Sot. 4 ſent. diſt. 22 q. 1. Conc. Trident. de refor. cap. 3. ſeſſ. 25. fusè Coſta de remed. ſubſid. remed. 14.*

9 Dubitatur ſeptimo, an dicta monitoria ſint concedēda præter alios caſus, quā enumeratos à Sanctiſsimo Domino puta pro ſcienda veritate alicuius facti videātur *D. Riccius deciſ. 1. par. 1.* Et quid pro exhibitione ſcripturarum *idem deciſ. 36. p. 2.* & quid pro ſcienda ſimulatione contractus *idem deciſ 224. p. 4.* ſenſit affirmatiuè, & ſic poſſe concedi.

Digitized by Google

di,verum non in alio loco, quam contractus. Nec monitoria sunt concedenda ad discendum,quo tempore quis sit conceptus *idem decis.263.p.3.*

10 Declaratur octauo, an reuelationes vigore literarum monitorialium factæ prosint agenti in iudicio criminali, negatiuè D.*Riccius decis.219.par.1.* Quarè meritò Curia Archiepisc. quando concedit copiã reuelationum imponere solet pœnam excommunicationis latæ sententiæ parti, & Iudici si dictis reuelationibus vtantur in criminalibus, vt per *Genuens. in prax. cap. 1. num. 7.* Sed pro concessione dictarum reuelationum si aliquam criminalitatem cõtineant, semper abstinere solet, sed illa clausula apponitur, ad maiorem cautelam, in reuelationibus nullum caput criminalitatis in se cõtinentibus.

11 Dubitatur nono, an testes,qui vigore literarũ monitorialiũ, & timore excõmunicationis deposuerunt faciant fidem si non repetantur, *Menoch.de arbitr. iudic. casu 109.* affirmatiuè concludit, ex quo debent repeti ad finem probationis,*Faber decis.5.de probat. nouiter Danza. de pugn. Doct.tit de test.nu.16.*

In duobus tamen casibus non esse necessariã repetitionẽ ipse sentirem. Primo, quando testis reuelãs post reuelationem, & ante repetitionem fuisset mortuus, per ea quæ scribit *Viuius dec.78.* vbi quod mors habetur pro repetitione.

Secundo, vt testis sacerdos in dignitate cõstitutus, & decrepitus deponens ad reuelationem excommunicationis debeat probare, quamuis nõ repetitus,apud graues viros, iudicantes sola facti veritate inspecta, *secundum Conf. Dec. 54. & Crauett. 198. De Pont. 63. num.8.& Menoch.de arbit. iudic.q.26.nu.5.*

12 Dubitatur decimo,an in in hac materia admittãtur testes inhabiles pro exoneratione conscientiæ,*Caroc. decis.90.nu.11.* tenet admicti filium contra patrem, hinc videmus, quod pro exoneratione conscientiæ cõfessio extraiudicialis probabit *Viuius decis.193.*

13 Dubitatur vndecimo,an errato nomine oratoris, seù impetrantis literas mo-

Digitized by Google

nitorialcs, possint publicari per Ordinarios, quibus illæ diriguntur, de hoc videatur *Sanchez de matrim. lib.8. disput.21. num. 38. & seqq.tom.2.* vbi disputat hũc articulum si errato nomine personæ, cui concessa est gratia vitietur gratia, & post multa affirmatiuam opinionem sequitur maximè in casu nostro, nam nomina impetrantium sunt de substantia, & computantur inter requisita, pro impetratione monitoriorum, & quæ sunt de substantia omicti nõ possunt, *Guttier. can.qq. lib.2. q.15. latè Ludouis.decis.*108. & 450. & sic cum ista qualitas per Sanctissimum sit expressa, dicitur à iure considerata, & proinde vitiabit rescriptum *Rota decis.75. de rescript. in non. Verall.decis.*145. *verb. taciturnitas.*

12 Dubitatur duodecimo, quamuis trãseamus ad materiam monitoriorum obtinendorum à locorum ordinarijs, an liceat Abbati, alijque inferiori, quamuis nullius diœcesis existat, & iurisdictionem quasi Episcopalẽ obtineat post Concilium decernere excommunicationes, siuè monitoria pro rebus deperditis, vel subtractis.

Sac.Congreg.Eminentiss. Card. negatiuè censuit, sed debere eius subditos ad eas obtinendam Sedem Apostolicam adire, & idem esset obseruandum, si huiusmodi inferior intra fines alicuius diœcesis existens iurisdictionem quasi Episcopalem priuatiuè ad Episcopũ habeat, ac esset priuilegio Sedis Apost. immediatè subiectus, nã facultatẽ huiusmodi excommunicationes decernẽdi in eius subditos, neque ad ipsum neque ad Episcopũ pertinere, quod si inferior iurisdictionem quidem quasi Episcopalem in certa parte diœcesis habuerit, sed appellationes ab eo ad Episcopum deuoluantur, hanc facultatem in illius subditos ad Episcopũ etiam pertinere, nisi vbi ea iurisdictio esset inferiori p priuilegium quæsita ex tenore priuilegij aliud resultaret sub die 22. Ianu. 1598. quam refert *Farin.in recol. decis.*213. *& vide Vgolin.de potest.Episcop. cap.*45. *vers. excipiuntur, Thesaur. for. Eccles.par.3. cap.7. num.*18. & 19.

15 Decimotertio licet communis

munis opinio sit, vt cõcessio talium monitoriorũ cõpetat Vicario generali ex generali commissione iuxta tradita per *Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 17. Guttie. can. lib. 1. cap. 11. num. 8. Gratian. decis. 97. num. 14. Garz. de benefic. par. 5. cap. 8. n. 94. & alios*. Dubitatur an possint concedi à Vicario Capitulo Sede vacante. Affirmatiuè sentierunt, *Lazar. sect. 1. q. 7. D. Ricc. resolut. 235. num. 5. Vgol. d. cap. 45. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 9. num. 33.* præuia tamen cognitione.

Verum Vicarium foraneum huiusmodi monitoria concedere non posse resoluunt *Lazar. sect. 2. q. 5. nu. 9. Vgol. loc. cit. in princ. & D. Ricc. resol. 235. in fin.* Quamuis Episcopi possint delegare facultatem concedendi dicta monitoria Vicarijs foraneis circumspectis, vt decisum refert *Margar. cas. conse. verb. litera num. 2. & declarasse Sac. Congreg. testatur Farin. in recollect. decis. 31.*

In quibus autem casibus quis excusatur à reuelando vltra *Genuens. in prax. Archiep. cap. 2. D. Ricc. resol. 27. par. 1. Guttier. can. qq. c. 22. & Macer. resol. 112. cap. 35. num. 36. & 75. lib. 1. vide vide Barbos. loc. cit. à nu. 44. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Munerum largitio est prohibita regularibus.*

De Munerum largitione.

Super Bulla Clem. VIII.

1 PEr *constit. Sanctissimi Clementis incip. Religiosæ Congregationis* largitio munerum est prohibita regularibus vtriusque sexus, preterquam esculentorum, & poculentorum non solum per se, sed neque per alios, & in contrarium eo ipso regularis dicatur priuatus officijs, & redditur inhabilis ad obtinenda, priuatur tam voce actiua, quam passiua, ac poterit inquiri actione furti, & criminis simoniæ tam per viam querelæ, quam ex officio, de qua materia latè scripserunt *Valer. in differ. vtriusque for. verb. munera Ann. alleg. 52. & Gratian.*

Digitized by Google

discept forens. cap. 203. par. 2 fusè nouiter Diana à resol. 1. vsq; ad 45. de paup. relig. D. Rice. decis. 27. par. 3. & resol. 80. cum seqq par. 4. & Bonacin. amplè disp. 3. de largit. mun. sect. fin. tom. 1. qui affluenter hanc materiam peragunt, & ideo illis lectorem remicto.

SVMMARIVM.

1 *Nouitij sunt recipiendi in monasterijs designatis per Sanctitatem suam sub pœnis contentis in decreto. Declaratur nu. 7.*

2 *Conuersi sunt recipiendi in monasterijs designatis.*

3 *Professio facta extra loca designata est nulla, nec ratificatur ex gestatione habitus professorum.*

4 *Professio tacita quando dicatur inducta.*

5 *Professio est nulla nouitij recepti extra locum destinatum, quamuis professi in loco designato.*

6 *Annus nouitiatus est perficiendus in loco destinato.*

8 *Professio facta extra locum destinatum, qualiter sanetur.*

De Nouitijs recipiendis in monasterijs destinatis.

Super Bulla Clem. VIII.

1 *VIgore huius constitut. incipien. regularis disciplina sub die 12. Martij* 1596. mandatum fuit nouitios ingressuros religionē, non esse in singulis monasterijs indistinctè recipiendos, sed in destinatis per suā sanctitatem, sub pęna quo ad superiores illos recipiētes extra monasteria assignata priuationis omnium officiorum obtentorum, & obtinendorum vocis actiuæ, & passiuè, & alijs arbitrio sanctæ Sedis Apostolicæ. Receptiones verò, & professiones contra hanc constitutionem factas nullæ, & irritæ declarantur nō obstātibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumque in contrarium.

Sed quoniam tenor dictæ constitutionis non obstante, quod fuerit per eundem Sanctissimum confirmata,

Digitized by Google

mata, & reuocata per decretum sub die 20. Mensis Iunij 1599. adhuc per religiosorum superiores transgreditur, vt sæpè sępius in nostra Archiepiscop. Curia professi in locis non destinatis petũt declarari professiones nullas ex hoc capite, ideo hanc materiam dilucidare per ampliationes, & limitationes visum est.

2 Ampliatur primo tenor dictæ constitut. vt nec conuersi sint recipiendi extra monasteria designata, vt clarè habetur *in bulla renouata & ampliata proximè mentionata incip. sanctissimus in Christo Pater in illis verbis* (*nec etiam conuersos*) dummodo isti viuant vt regulares sint in seruitio Ecclesię, & incedant in habitu ipsius religionis *cap. parochianos de sent. excomm. c. inolita* 11. *q.* 1. *DD. in d. cap. parochianos in c. extenore in cap. non dubium & in cap. de monialibus de sent. excom. Calder. conf.* 30. *de regul.* & sufficit hoc casu portare habitum illius coloris, non autem de habitu omninò conformi cum cœteris monacis, nam isti conuersi solent deferre habitum diuersum ab aliis etiã si imperfectum habitum, aut sine caputio gerant, *vt habetur in dicta bullà*.

3 Ampliatur secundo, vt professio facta extra loca designata intantum nulla censetur, vt neque per gestationem habitus indistincti, & conformi cum habitu professorum etiam intra monasterium per alium innum integrum, putans se professum, ex quo putaret prædictam professionm à se factam validam fuisse eam validare, & ratificare censeatur, nisi sciens, & prudens illam fuisse nullam, de nulla validam efficere, & ratificare voluisset, ita vt ab eo tempore inciperet esse professus faciunt dicta per *Caetan. 2. 2. & q.* 189. *Manul. Nauarr. c. 12. nu. 12. & in conf.* 34. 37. & 43. *relata per Sair. decis.* 40. *de regul. idem Nauarr. conf.* 5. *n.* 8. *de ijs, quæ vi metus cauſ. fiunt Azor. inſtitut. moral. lib.* 12. *c.* 497. *Roder. in ſumm. p.* 2. *c.* 18. *nu.* 5. *Sanchez de matr. lib.* 7. *diſp.* 37. *n.* 59. & *D. Riccius deciſ.* 182. quamuis diù stetisset in religione, *Gallus conf.* 66.

4 Et

4 Et ad hunc effectum, vt dicatur inducta tacita professio, & ratificatio debet constare de dicta scientia, vt refert *D. Ricc. loc. cit.* allegando ad hoc *Grauet. cons.* 197. *Natt. cons.* 162. *lib.* 1. *Rebuff. in proem. constit glos. vlt. nu.* 37. vbi dicit ita fuisse decisum, & sic in terminis nostræ constit. fuit iudicatum in causa Fratris Petri Antonij à Sancto Iosepho de anno 1633. sub die 6. Aprilis per nostram Curiã Archiep. nõ obstãte quod per eundem fuissent renouata vota pluries, tum quia erat renouatio, & non ratificatio, & non inducitur ratificatio ex actu qui potest referri ad alium titulũ citra ratificationem, *Ludouis. decis.* 311. *n.* 17. tum etiã quia talis professio non eẽsebatur ratificari per consensum profitentis, neque per admissionem ad actus solis professis conuenientes, nisi approbet illã sciens non valere, & ratificatio non extenditur ad ignorata, *Gratian. discept. forens. c.* 647. *nu.* 4. nam ratificatio non habet locum non probata scientia nullitatis, *Surd. cons.* 49. *n.* 32. & fuisse dictũ in vna Camarinen. transactionis testatur *Ludouis. decis.* 473. *n.* 20. & quod ratificatio requirat certam scientiam eius, quod ratificatur *idem. decis.* 179. *n.* 6. & quod requiratur scientia in specie, clara, nitida satis indistinctè, & cõcludenter probata, *Leo decis.* 169. *lib.* 2. & & ideo tacita ratificatio nõ cadit in ignorante *idem Ludouis. decis.* 170. *num.* 7. quæ ignorantia in dubio præsumitur *vulg. cap. ignorantia de Reg. Iur. Gram. decis.* 36. *& Rot. decis.* 6. *de Iur. patr. in nou.* quarè meritò per Sanctissimum D. N. diuina prouid. Vrbanũ Papa VIII. nostrum benefactorem fuit prouisum requiri nouum cõcursum pro sanandis dictis professionibus, vt dicã infra in 2. limit.

Nec obstare videtur illa iuris conclusio S. C. T. & alia iura non tollere professiones tacitas, & ideo sũt habendi pro tacitè professis illi, qui per annum continuum habitum non indistinctum, & conformem cũ professis illi, qui per annũ continuum habitum indistinctum, & conformem cum professis tulerunt; nã procedit quoties postea nõ reclamarent, aut protestarentur

rentur nullatenus esse sibi animum profitendi donec expressè profitentur, vt in casu nostro videatur *decis. Sair. 42. de regul.*

5 Ampliatur tertio, vt ad incurrendam poenam huius constitutionis sufficiat nouitium recipi extra loca destinata, licet emisisset professionem in locis destinatis, & è contra, ex quo verba bullæ vtrumque casum alternatiuè comprehendit ibi *(non recipiant, aut receptos ad professionem admittant)*.

6 Ampliatur quarto, vt annus nouitiatus siuè probationis adhuc sit perficiendus in loco destinato, nec sufficit fuisse nouitium receptum, ac emisisse professionem in dicto monasterio, nisi ibi perficiat annum continuum probationis, & ideo si per decem menses steterit in monasterio destinato, & alios duos in nō destinato, nō diceretur adimpleuisse mentem huius cōstitutionis, & consequenter professio non erit valida, per ea quæ congerit, *Sair. in decis. 40. de regul. ex S. C. Tsess. 25. c. 15. voluerunt ante Alex. cons. 34. nu. 5. lib. 5. Soccin. cons. 118. num. 6. lib. 4. Grat. discept. forens. cap. 440. nu. 10. & seq.*

7 Declaratur modo, vt ab hac constitutione excludātur infrascripti nēpe (Chartusiani Fratres minores de strictiori obseruantia, Capuccini Sancti Francisci, Reformati Sancti Dominici Discalceatorum Ordinis Carmelitarum, Fratres Congregationis Folien sis, Cistercienses Eromitæ Camaldulenses, & Montis Coronę, Theatini, Iesuitę, Sancti Pauli decollati, & alij de Somasca, ac Ministri infirmorum) vt habetur in dicta bulla renouata.

8 Declaratur secundo, vt prosanandis professionibus contra præfatam constitutionem emanatis, *Sanctissimus Dominus nōster Vrbanus Papa VIII. nōster benefactor sub die 21. Septembris* 1624. meritò statuit ad fauorem dictorum regulariū sic professorum præcipiendo superioribus, vt illos in gradibus, & honoribus, quibus reperiuntur sinant permanere, & ad alios etiam ascēdere, dummodo iterū, & de nouo professionem emictant, & ideo ad hunc effectum requiritur nouus consensus, nam ratificatio pro-

Digitized by Google

professionis nullæ non fit, vt ex tunc, sed vt ex nunc, ita *Gacher. dec.* 119. *n.* 26. vide ad ornatum huius declarationis nostram decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. quam primum typis mandandam.

SVMMARIVM.

1 *Nouitii præcedente informatione admictantur ad habitum probationis.*

2 *Nouitii non recipiuntur ad habitum, nisi prius à Congreg. vel à propriis locorum Ordinarijs diligens informatio capiatur. Amplia vt n.* 3.4.5.6.7. *&* 8. *Declara vt n.* 9.10.11.

De Nouitijs recipiendis præcedente informatione.

Super Bulla Sixti V. Gregorij XIII. & Clem. VIII.

1 VIgore *Bullæ Sixti V. editæ de anno* 1587. *ac etiam constit. semper recolendæ memoriæ Gregorij XIII. incip. circumspecta de anno* 1590. sunt faciendæ informationes pro recipiendis nouitiis, antequam ad habitum probationis admictantur.

2 Quare *Sanctissimus Clemens Papa VIII. supradictas constitut. confirmando, per aliam constit. editam de anno* 1602. *incip. Sanctissimus in Christo Pater.* mandauit, ac decreuit, vt in cõuentibus, seù monasterijs designatis ad recipiendos nouitios. Nouitij ad habitum recipi vllatenus possint, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel à proprijs locorum Ordinarijs, aut ab illis in quorum diœcesi nouitiatus existunt, à quibus nouitij recipiendi fuerint expressè, & nominatim Nouitij ipsi recipiendi approbati fuerint, vt recipi, & admicti possint, licentiam in scriptis obtinuerint, sub pœnis in dictis constit. contentis contra superiores regulares nouitios recipientes contra formam illarum.

3 Amplia primo, tenorem præmentionatarum const. vt Superiores regulares omictentes huiusmodi informationes peccent mortaliter, nam omne, quod fit cõtra legẽ peccatũ est *cap. nam & concupiscentiam de const.*

Prout

Digitized by Google

Prout etiam peccarent mortaliter Ordinarij, si quē piam approbauerint, vel admicti permiserint, qui nō sit idoneus, vt colligitur ex d. constit. Clem. in illis verbis (*Ordinariorum ipsorum conscientias onerando.*)

4 Amplia secundo, vt Ordinarij capere debeant informationem de ætate, cōditione, scientia, vita, moribus, cœteriſque qualitatibus requisitis in ipsis Nouitiis, *vt habetur in d. bulla.* Et ideo testes inquirendi de omnibus impedimentis sigillatim examinētur, nec sufficiet ipsos dicere nescire esse comprehensos in d. constit. sed necessarium est dicere non esse comprehēsos in tali, & tali impedimēto, & sic de alijs.

5 Amplia tertio, vt capta informatione de supradictis qualitatibus iuxta tenorem constit. si postea reperiatur, quod aliquæ earum falsæ fuerunt probatæ professio erit nulla, siquidē Sixtus V. in mentionata constit. declarauit inhabiles ad religionē perpetuò quoscumque criminosos, aut accusatos, vel denunciatos de aliquo delicto, aut obligatos ære alieno, vel ratiocinijs reddendi in illis verbis. *Et si qui eorum contra dictam constitutionē temerè admiserint, tam susceptionem habitus, quam professionem, & inde secuta ex nunc prout ex tunc pari modo irritauit, & annullauit, viribusque & effectu carere decreuit.*

Ex quibus verbis colligitur susceptionem habitus & professionem illorum esse nullam, qui temere tātum admictuntur, non autem quando bona fide, & simplicitate animi admictūtur à Prelatis fraudulentis informationibus deceptis, verbum enim temerè idē importat, quod scienter, *Suar. tom. 5. disp. 4. sect. 10. num. 3.* subdens importare idem etiam, quod consultò nec minorem energiam habet quam presumere. Imò temerè est prcpriè aliquid facere cum contemptu legis, vt optimè docet *Diuus Thom. 2. 2. q. 53. art. 3. ad 2. & ibi Caetan.* prout in casu nostro, vnde pœna apposita à lege contra præsumentem aliquid facere non sibi vendicat locum in ignorante, & absque dolo, & contēptu illud agente, *Sair. decis. fin. de reb. Eccles. non alien.*

Digitized by Google

ex quo lex nunquam punit ignorantes, *l. si ignorans ff. locati l. hoc autem. ff. de admin. tut. Rebuff. respons.* 198. vbi resoluit, quod vbi lex pœnam imponit præsumenti aliquid facere, non habet locum contra illum, qui bona fide credens probabiliter se bene agere fecit actum iuxta doctrinam *Cardin. in clem. 1. q. 38. de priuil. Nauarr. cons. 8. de tempor. ordin. nu. 1. Ioseph. Ludouic. decis. Peruf. 31. num. 7.*

6 Amplia quarto, vt informatio possit etiam capi à Vicario generali ex generali commissione, cum verè ordinarius dicatur, & quod appellatione Ordinarij (prout in bulla) veniat Vicarius Episcopi dixit *glo. in cap. romana verb. generaliter de appell. in 6. Couarr. pract. cap. 4. num. 7. & var. lib. 3. cap. 20. nu. 5. Sanchez in summ. disp. vigesimanona num. 5. Molin. de rit. nupt. lib. 2. differ. 11. num. 64. Bonacin. de matrim. q. 2. par. 8. num. 10. quos refert Barbos. de pot. Episcop. allegat. 32. num. 118.* vbi plura infert à simili, hinc videmus, quod concessio literarum monitorialium, quæ virtute S. C. T. datur à locorum Ordinarijs, competit non solũ Episcopis, sed eorum Vicarijs generalibus, iuxta tradita per *Sbrozz. de offic. Vic. lib. 2. q. 171. & per nos supra tit. de monitor. lit. n. 15.*

7 Amplia quinto, vt competat huiusmodi facultas etiam Vicario Capitulari, & sic Capitulo sede vacante, cum succedat omni iurisdictioni, & potestati Episcopi tam in spiritualibus, quam temporãlibus vulgato *cap. cum olim de mator. & obed.* faciunt dicta per nos superius tit. de capit. sed. vac.

8 Amplia sexto, vt Ordinarij possint huiusmodi informationem committere etiam personis circumspectis, & honestis, quia cum agatur de receptione testiũ vtique potest alijs committi iuxta notabilem *text. in clem. 1. de offic. deleg.*

Nec videtur obstare, quod per constit. Clem. grauatur conscientia Ordinariorũ, si quempiam approbauerint, vel admicti permiserint, qui non sit idoneus, & consequenter videretur electa industria eorum, vt aiunt *Kent. de nullit. tit. de defect. iurisd. deleg. nu.*

nu.21. Marant. de ordin. iudic. par. 4. dist. 2. sub num. 17. Menoch. de arbitr. iudic. q. 68. nu. 12. lib. 1. Macer. resol. 89. num. 2. lib. 1. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 17. nu. 43. ex quo per clausulam (*super quibus negotiis expediendis conscientiam tuam oneramus*) censetur semper electa industria personæ.

Siquidem *Rota coram Penia in una Auellian. Archipresbiteratus 6. Aprilis* 1590. contrarium seruauit, vt per dictam clausulam nō videtur electa industria personæ, ita vt censeatur impedita subdelegatio, *& coram Emin. Card. Pamphilio in altera legionen. S. Fecundi.* 159. testatur Rotam censuisse *Flores Diez pract. qq. lib. 1. q. 4. nu. 67. & seqq.* vbi quod videtur satisfactū dictæ clausulæ, dummodo committatur cognitio, & examen personis in dignitate constitutis.

Attamen Illustriss. Ordinarij adueniente casu ad tollendam omnem difficultatem, per se ipsos, vel per eorum Vicarios generales capiãt informationem huiusmodi. Nam vt colligitur ex bulla Clement. supradicta informatio capienda per locorum Ordinarios reputatur graue negotium dum ibi sancitur esse capiēdam informationem à Congregatione reformationis regularium, vel à locorum Ordinarijs, & ideo ex hoc constat quã graue sit istud negotium, stante quod illius informatio commictitur alternatiuè Congregationi Eminētiss. Card. super reformat. regul. maximè quia commictitur pariter alternatiuè dictis Ordinarijs, vt adhibeant omnem curam, & diligētiam in capienda dicta informatione. Et proinde prę̃sumitur ex dictis verbis bullæ electa industria Ordinariorum, ex cōmissione grauis, & arduæ causæ iuxta opinionem, *Menoch. de arbit. iudic. casu 68. num. 15. præsumpt. 21. nu. 4. lib. 2. & cons. 69. nu. 58. Capic. decis. 151. num. 6. & sequitur Rot. apud Farin. decis. 234. à num. 1. par. 1. in recent.*

9 Declara primo, vt superiores recipientes nouitios sine dicta informatione nō incurrant pœnas constit si nouitij careant illis defectibus iuxta opinionem *Roderiq. qq. regul. tom. 3 q.*

Digitized by Google

54. *artic.* 4. *Portell. de dub. regul. verſ. nouitij informationes num.* 6. quos refert & ſequitur *Dian. reſol. moral. p.* 3. *tract* 2. *reſol.* 83.

Quam opinionem *Rota Romana in deciſ.* 175. *par.* 1. *tom.* 1. *in recent.* minimè amplectitur, iudicando, adeo formam dictarum conſtit. eſſe obſeruandam vt habere locum debeat, quamuis nouitii eſſent benè cogniti, & nati, ex nobili genere, & meritò, nam cum pro forma illud ſit inctum per conſtit. in illis verbis (*caterum pœnas contra ſuperiores quorumcumque ordinum etiam mẽdicantiũ, qui in admittendis regularibus ad hãbitum, & profeſſionem, earundem conſtitutionum formam non ſeruauerint, aut aliter quouis modo contrafecerint, in ipſis cõſtitutionibus inflictas ſaluas eſſe volumus*. Et inter alios modos cognoſcendi, an aliquid requiratur pro forma eſt iſte quando conſtitutio annullat actum non factũ cum certa ſollemnitate, vt eſt caſus noſter ſecundum *Gomeſ. reg. de ann. quæſt.* 6. Tunc ipſius forma ad vnguem erit obſeruanda, quamuis eſſet notorium nouitium recipiendum carere defectibus, vt videmus à ſimili, in caſibus, in quibus notorium eſt delinquẽtem gaudere immunitate Eccleſiaſtica adhuc non poſſe extiahi abſque licentia Epiſcopi iuxta *Guid. Papam deciſ.* 121. *nu.* 2. *Seraphin. deciſ.* 90. *p.* 1. & faciunt notata per nos ſupra de immun. Eccleſ. nu. 89. & ſeqq. Vnde caueant ſuperiores regulares ab opinione ſupradictorum ne in foueam incidant.

10 Declara ſecundo, vt informatio fieri non debeat de illis religioſis ſe transferentibus ad alias religiones vt in eis profiteantur, quod patet ex dicta conſtit. Sixti, ibi (*ſed ad euitandam legũ, & iudiciorum ſeueritatem, quia tutò in ſæculo viuere non poſſunt*. Ex quibus verbis clarè colligitur mens Sanctiſsimi, vt ſolum capiatur informatio de ſecularibus, qui è ſeculo in religionem confugiunt, non autẽ de religioſis, qui ab vna religione ad aliam, cauſa deuotionis auolãt, mẽs enim legis, & legislatoris eſt attendenda, *l. ſcire leges ff. de leg. l. non aliter ff. de legat.* 3. *Surd. deciſ.* 36. *num.* 14.

Ge-

Digitized by Google

Genuens. pract. Eccles. q. 144 num. 3.

11 Declara tertio, vt huiusmodi informatio tantum fieri debeat de nouitijs monasteriorum virorum, non autem de nouitijs monialium, vt patet tam ex *const. Sixti, & Gregorij quam Clem.* illæ enim cum sint pœnales, & exorbitantes, non sunt intelligendæ, nisi in casibus in ea expressis, *cap. pœna de penit. dist. 1. l. interpretatione ff. de pœn. Nauarr. in cap. nullam 18. q. 2. Verall. decis. 85. num. 1. par. 1.*

12 Declara quarto, vt huiusmodi informatio per Ordinarios capienda non possit subsequi, & sic necessariò debet præcedere ante habitus susceptionem per verba eiusdem bullæ, ibi (*Nouitij ad habitum recipi nullatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione & cet.* Dictio enim prius denotat ordinē, & formam, *Butr. in cap. literis num. 12. de restit. spoliat. Benitend. decis. 77. nu. 11 & seqq.* adeo vt ordo, & forma ad vnguem sunt seruanda, nec possunt præposterari, *Tusc. concluf. 341. nu. 12. lit. D.* Hinc meritò iuxta opinionem aliquorum assensus Apostolicus debet præcedere alienationē bonorum Ecclesiasticorum, nec sufficit, vt subsequatur teste *D. Ricc. in prax. par. 1. in antiq. decis. 24. num. 4.* qui plures allegat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur nulla tantum in tribus casibus inuenta const. Clem. VIII.*

2 *Mandatum comparentis in Iudicio apparere debet.*

3 *Procurator habens mandatum commune cum alio nequit solus comparere.*

4 *Procurator habens mandatum restrictum non potest comparere extra restrictum.*

5 *Nullitates ex defectu mandati, Iurisdictionis, & citationis opponūtur aduersus tres sententias conformes.*

6 *Nullitas mandati reuocati potest opponi aduersus sententiam.*

7 Mandatum anc enseatur reuocatū per comparitionē principalis.

8 *Mandatum nullum nullum parit effectum.*

9 *Approbans in Iudicio personam alicuius vti procuratoris*

Digitized by Google

toris nequit opponere nullitatem mandati. declara vt n. 10. *&* 11.

12 *Mandati nullitas in quolibet actu iudiciario eſt reiteranda.*

13 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis vitiat ſententiã, vt neque conualidetur cõſenſu partium num.* 14. *Amplia vt num.* 15. 16. 17 18. 19. 20. 21. 22. 23. *Declara vt nu.* 24. 25. *&* 26.

27 *Nullitas citationis vitiat ſententiam, amplia vt nu.* 28. 29. 30. 31. 32 33. 34. 35. 36. 37. *Declara nu.* 38. 39.

De nullitatibus ſententiæ:

Super Bulla Clem. VIII.

1 DE nullitate ſententiæ non poſſe dici, niſi in tribus caſibus tantum, ſcilicet mandati, Iuriſdictionis, & citationis ſancitum fuit *per hãc bullam Clem. incip. litium diſpendiis.* Quare pro choronide videas *Macer. reſolut.* 83. *p.* 1. *& latè Dom. Ricc. in prax. reſolut.* 30. *& ſeqq. par.* 4.

2 Quo ad primum caput, ſ. mandati eſt aduertendũ exceptionem hanc eſſe dilatoriam, & ante omnia debere conſtare de mandato comparentis in iudicio, *Rota deciſ.* 20. *p.* 4. *Viuius deciſ.* 249. *Maſtrill. deciſ* 259. vbi refert deciſum legitimationem perſonę fieri ante omnia etiã in iudicio exequutiuo, & ſummario, & ideo exceptio defectus mandati, & legitimationis perſonarũ reddit nullum iudicium, & quandocumque poteſt opponi *l. licet* C. *de procur. cap. in noſtra in fin. eod. tit. c. licet de appellat. in* 6. *latè Ludouiſ. deciſ.* 264. *& ibi additio*, ac reddit ſententiam nullam, ſicut defectus iuriſdictionis *Rota deciſ.* 21. *p.* 4. *diuerſ.* & ratio eſt quia obſeruatio terminorũ ſubſtantialium intantum eſt neceſſaria, vt ijs non ſeruatis proceſſus reddatur nullus *Rota dec.* 66. *&* 109. *p.* 4. Vnde non ſufficit comparenti dicere habere mandatum procuræ, ſed erit exhibendum, maximè ſtante proteſtatione neminem audiri niſi docto de legitimo mãdato *Gabr. conſ.* 23. *lib.* 2. *Guid. Pap. dec.* 129. *& fuiſſe reſolutum in vna Romana cõputorum* 18. *Martii* 1594. *coram Eminent. Card. Mellino*

Digitized by Google

lino testatur Ludouis. decis. 330. subdens fuisse in eadē iudicatum non obstante, quod agebatur in vim obligationis Cameralis. Nisi adesset præsumptio mandati, nam processus non vitiaretur *Seraphin. dec.* 933 *& fuisse dictum in vna Romana mercedis* 1645. *coram Mansenedo habetur ibi in additione*, sed non probari mandatum ex verbis sententiæ dixit *Anchar. consil.* 259. *& cons.* 99. *nu.* 2. *lib.* 2. imò etiam si Magister actorum scripsisset fuisse factā fidem de mandato procuræ Iudici, adhuc sibi non crederetur, *Alex. cons.* 147. *num.* 5. *& seq. lib.* 5. prout etiam nisi dicta protestatio fuerit in quolibet actu repetita censeretur ab ea recessum, & non causat nullitatem, *Ludouis. decis.* 44.

3 Ampliatur 1. vt procurator habens mandatū cōmune cum alio sine clausula insolidum non poterit solus cōparere, *l. si quis cum procuratorio* §. *pen. ff. de procur. cap. si duo eod. tit. in* 6. *latè Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 16. *n.* 1. etiam si plures procuratores essent cōstituti cum clausula cum libera, non tamen intelligerentur constituti in solidū, *Paris. de resign. lib.* 9. *quæst.* 3 *num.* 24. *Mantic. d. lib.* 7. *tit.* 17. *sub num.* 8. *&* 9. beneuerum promictens habere ratum quidquid ab eis, vel altero ipsorum erit gestum importat mandatum insolidum *Paris. d. lib.* 9. *q.* 3. *nu.* 22. *&* 23. *Mart. claus.* 127. *par.* 1.

Prout etiam si dictum esset, & quemlibet eorum illa dictio quilibet est distributiua, quæ actum vnicuique in solidum tribuit *Butr. cons.* 29. *num.* 29. *num.* 2. *Paris. cons.* 49. *num.* 4. *lib.* 2 *Mantic. de tacit. & ambig. conuenc. lib.* 7. *tit.* 17. *num.* 6. *Bisign. decis.* 7. *de procur.* quia dictio quilibet similis fit dictioni in solidum, *Alexan. cons.* 92. *num.* 4. *col.* 1. *lib.* 7.

Et denique quando apponeretur in mādato clausula similis clausulæ insolidum, quilibet procuratorum poterit comparere, nā sufficiunt verba æquipollentia, vt quis dicatur constitutus procurator ex pluribus in solidum, & possit solus exercere, *Bertaz. cons.* 29. *Mascard. d. conclu.* 1308. *n.* 4. Vnde si quis plures constituit procuratores non

Digitized by Google

non dicendo in ſolidum, ſed in mandato addidit verba illa promictens habere ratum quidquid ab eis, vel ab aliquo eorum fuerit geſtum illo caſu ambo intelliguntur inſolidum conſtituti *Put. deciſ. 98. lib. 3. Mandoſ. ad Lap. alleg. 22. Achill. de Graff. deciſ. 9. de procur.* quia ſatis apertè principalis conſtituens declarauit per verba æquipollentia in ſolidum, *Mantic. de tacit. & ambig. conuenct. lib. 7. tit. 17. nu. 7.*

4 Ampliatur ſecundo. prefata regula, vt non ſolum procedat in falſo procuratore, ſed in habente mandatum limitatum, ſeu reſtrictum. *Bart. & DD. in l. licet C. de procur. Abb. in cap. 1. & cap. noſtra num. 2. eod. tit.* nam comparendo extra limites mãdati redderet vtique ſententiam nullam.

Quia forma mandati eſt ad vnguem ſeruanda, finelque mandati non eſſe extẽdendos probat textus *in l. in re mandata C. mandat.* & omnis receſſus ab eo ſiuè in rem ſiuè in perſonam, ſiuè in tempus vitiat geſta, *l. diligenter ff. eod.* conſensus enim citra limites ipſius nihil operari poteſt *Roman. conſ. 291. & conſ. 29. nũ. 4.*

5 Ampliatur tertio, vt huiuſmodi nullitatis exceptio poſsit opponi aduerſus triũ ſententiarum cõformium exequutionem, & potentiſsima ſit cauſa redarguendi eam *Marſil. ſing. 10, Roman. conſ. 42. num. 2. & conſ. 115. num. 4. Bald. in l. generaliter col. 1. C. de Epiſcop. & cler. Alex. conſ. 77. num. 8 col. 2. & optimè Triuiſ. deciſ. Rot. Veneta 68. par. 1.* vbi licet aduerſus tres ſententias conformes non poſſit dici de nullitate *per clem. 1. de ſent. & re iudic.* Tamen in tribus caſibus cõtentis in hac bulla ſcilicet citationis mandati, & iuriſdictionis poterit de nullitare dici, latè *Couarr. practi. qq. cap. 25. num. 4.* ſubdens tunc executionem trium conformium ex defectu mandati impediri, quando procurator omnimodo caruit mandato *cap. proximo de iudic. omnim. inriſd. car.*

6 Ampliatur quarto, vt idem ſit ſi mandatum apparuerit, & poſtea reuocatum fuerit, nam adhuc poterit opponi huiuſmodi exceptio per diſpoſit. *text. in cap. mandato, & cap. ex inſinuatione de procurat.* vbi paria

paria ſunt nullum habere mandatum, vel habere, ſed reuocatum *cap. ex parte de cauſ. de reſcript.* plus enim eſt mandatum fuiſſe reuocatum, quam ab initio nullum habuiſſe mandatum, & ratio adducitur *per gloſ. in d. cap. ex parte verb. mandatum*, quia ſtante reuocatione mandati, omne id quod agitur fit contra voluntatem domini, & quod hoc ſit verum comprobatur, nam quando ſententia eſt lata cum aſſerto procuratore non conſtito de mãdato, ſi tamen poſt ſententiam de illo conſtabit, vt quia ſuperueniret mandatum ſentẽtia ſubſanebitur, *Creſc. deciſ. 1. num. [redacted] de ſent. & re iudic. ex quo text. in l. Iulianus ff. qui ſatisd. cogan.* extenditur poſt ſententiam *Gratian. deciſ. 105.* niſi præceſſerit proteſtatio principalis, neminem audiri, niſi conſtito de legitimo mandato, adeo quod per ratificationem geſta non conualidantur tenuit, *Rota 30. Martij 1597. coram Licta, & in vna Romana ſecretariatus 20. Nouembris 1592. coram Card. Mellino vide Guid. Pap. deciſ. 206.* quod non credo procedere in mandato reuocato.

7 Et ad hunc effectum, diceretur mandatum reuocatum per ſimplicem comparitionem principalis abſque illa proteſtatione citra præiudicium, &c. nam hoc caſu, ſi acta fierẽt cum procuratore, & non cum principali ſententia eſſet nulla, & haberet locum diſpoſitio huius conſtit. iuxta terminos textus celebris *in c. ſi quem de procur. Boer. deciſ. 285. num. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1013. nu. 32. Menoch. præſump. 36. nu. 5. lib. 2. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 22 n. 12. cum ſeqq. par. 1.* & habuimus in facto in Curia Archiep. & iuxta votũ eximij V. I. D. D. Alexandri Luciani vnius ex dignioribus Conſultoribus eiuſdem Curiæ, ac beneme ritiſsimi Auditoris mei precipuè Domini Cardin. Bõcompagni fuit iudicatum.

8 Ampliatur ſexto, locum ſibi vendicare diſpoſitionẽ bullæ in mandato nullo ex quo paria ſunt aliquid non eſſe vel inutiliter eſſe *l. quoties ff. qui ſatisd. cogant.* & q̃ nullum eſt nullum producit effectum *l. quod nullum eſt ff. de reg. iur.* & nullum, & nihil æquiparantur

l. cum quæritabatur ff. de re iudic. & quod nullum est non meretur exequutionē *l.4 §. condemnatum ff. de re iudic. Dec. conſ.*401.& quod nullum est validum effectū operari non potest, *Decian. conſ.*8.*num.*208.*lib.*1.

9 Declaratur modo, vt approbans in iudicio personam alicuius vti procuratoris puta faciendo illum citare vti talem, non potest amplius opponere nullitate, & defectum mandati, *Surd deciſ.*104.*num.*12.*Rot. deciſ.*169.*nu.*3. *par.*2.*in recent. & fuit dictum in una Pamphil.de ſtella* 15.*Martij* 1602. *coram Coccino Decano, & in altera Bononien. fideicommiſſi de Mauris* 24. *Nouembris* 1596. *coram Lācellotto, & in Toletana decimarum de cappella* 6. *Aprilis* 1615. *coram Andrea*, & propterea non est amplius neceſſe producere mandatum postquam quis tanquā procurator fuit citatus, qa ex hac citatione adeo censetur approbata persona procuratoris, vt amplius reprobari non possit, vt fuit dictum *in una Vrbinaten. penſionis* 18.*Iunij* 1619.*corā Buratto*, & ideo cauti procuratores adhibeant hanc cautelam, vt non citetur procurator ſimpliciter, ſed cum clauſula (aſſertus ſeù prætēſus procurator) *iuxta conſ. Neuixan.*17.*nu* 8.

10 Quam declarationē dicas non procedere quando in actis appareret de minus ſufficienti mandato, tunc enim non obſtante prætenſa approbatione poſſet opponi de defectu mandati, ita fuit deciſum *in Veruſina ſupplimenti legitimæ* 18. *Martii* 1588.*coram Cardin. Blanchetto*.

11 Nec pariter procedit quādo approbatio eſſet facta à procuratore, quia procurator non potest approbare personam non legitimam in præiudicium domini, vt dictum fuit *in eadem Veruſina coram Card. Blanchetto per deciſ.* Biſign.6.*de procurat.*

12 Declaratur ſecundo, vt exceptio nullitatis mandati in quolibet actu iudiciario ſit reiteranda, nec ſufficit ſemel fuiſſe oppoſitum de mandato, ſed debet opponi in quolibet actu, & præſertim in actu prolationis ſententiæ, quia aliter per proceſſum Iudicis factum ad vlteriora, illi oppoſitioni cenſetur renunciatum, nec

ſen

Digitized by Google

sententia redderetur nulla ad finem, vt subintraret dispositio bullæ, ita *voluit Rota decis. 76. p. 4.*

13 Sed deueniēdo ad caput nullitatis ex defectu iurisdictionis videndi sunt, *Innoc. in cap. ex relato nu. 1. & in cap. super quæstionum nu. 2. de offic. deleg. & habetur tot. tit. C. si à non compet. iudic. Garz. à Toled. iurisdic. 4. Dom. meus Riccius in prax. var. resolut. 426.* vbi doctè loquitur defectum iurisdictionis maximum esse vtpotè ab ipsa causa efficiente prouenientem, ex quo potissima pars, & basis, ac fundamentum Iudicij, Duxq; Imperator Iudicij vocatur, & sic non potest dici iudicatum ab eo, qui ius dicendi non habuit *ex l. 1. ff. ad Tertull. l. 1. §. hæc autem verba ff. quod cuiusque iur. l. 2. in fin. ff. de pœn. & iudicauit Rota Romana apud Farin. decis. 72. par. 2.* hinc euenit, quod sententia lata per Episcopum extra suam ciuitatem, & diœcesim est nulla *l. pen. ff. de iust. & iur. Otrad. cons. 141. num. 1. Federic. de Jen. cons. 11. num. 8.* & ideo quinque requiruntur ad hoc, vt Episcopus, vt valeat exercere iurisdictionem in aliena diœcesi, de quibus per *Zaberell. in element. vnica de foro competenti col. 1. nu. 8.*

14 Et adeo huiusmodi defectus parit nullam sententiā, quod neque de consensu partium conualidari potest *DD. in l. si extraneum ff. de appell. text. est in l. priuatorum ff. de iurisd. omn. iudic. Cauale. decis. 25.* quia illa sententia erit lata per priuatam personam, & sententiā latā à carente iurisdictione non esse sententiam, sed famosum libellum *Bald. cōs. 21. lib. 5.* & proinde sententia lata à Iudice excommunicato, qui caret omni prorsus iurisdictione, & reputatur tanquam priuatus est nulla, ita quod non potest in eum fieri prorogatio *Roman. cons. 48.* & quod conualidetur consensu partium *Garz. de Toleto iurisd. 333.*

15 Ampliatur primo, procedere dictum caput tam in nullitate sententiæ definitiuæ quam interloquutoriæ *Achill. de Graff. decis. 9. de constit. ac in omni foro idem decis. 10. eod. tit.*

16 Ampliatur secundo, vt si fuerit delegata causa duobus Iudicibus cum clausu-

Digitized by Google

la,& si non omnes,si altera pars protestationem fecerit quod debeat coram duobus procedi, & tamen proceditur coram vno tãtum, processus erit nullus ex defectu iurisdictiionis optimè *Verall. decis.* 1. *verb. rescriptum*, sententia enim lata per duos Iudices, quando erat cõmissa tribus est nulla ex defectu iurisdictionis *l. duo ex tribus ff. de re iudic. cap pastoralis de offic. deleg.*

17 Ampliatur tertio in sententia lata à Iudice delegato,de cuius delegatione nõ constat , nam est nulla ex defectu iurisdictionis, *Alexand. conf.* 200. *num.* 11. *lib.* 2. nisi constaret de fundamento iurisdictionis, vt puta de commissione tali Iudici, licet non constet de præsentatione commissionis, nam non poterit dici de nullitate ex iurisdictionis defectu, *Crese. decis.* 22. *de re iudic.*

18 Ampliatur quarto, vt sit nulla sẽtẽtia ex defectu iurisdictionis quando est lata durãte suspensione iurisdictionis *Gemin. conf.* 21. *nu.* 4. vbi loquitur in exequutione, & ordinario conferente durante suspensione iurisdictionis ad q vide latè *Card. Tusc. concl.* 436. *lit. C.*

19 Ampliatur quinto quãdo Iudex egrederetur metam suæ iurisdictionis, vel in persona, vel in loco, vel in tempore, vel in re, *Bald. conf.* 177. *num.* 2. *lib.* 1. *Bart. conf.* 95. *lib.* 2.

20 Ampliatur sexto, in sententia lata à Iudice habente iurisdictionem cũ qualitate, nam si pronunciet nõ cognito de qualitate conferẽte iurisdictionem quãdo est opposita exceptio est nulla cum omnibus sequutis *Bald. conf.* 275. *lib.* 5. *latè Tusc. concluf.* 18. *verb. qualitas*, qualitas enim personæ adiecta ad vnguem interuenire debet, *vt in cap. vbi periculum* §. *cæterum de elect. in* 6. *Curt. conf.* 6. *Pariſ. conf.* 62 *nu.* 39. *lib.* 4. adeo vt non sufficiat dictam qualitatem interuenire post, sed necesse est, quod prius interueniat, *Socein. conf.* 16. *nu.* 38. *par.* 4. *Rimin. conf.* 29. *nu.* 10. *lib.* 1. *Menoch. conf.* 1. *nu.* 416 *lib* 1. & post alios plures refert *Char. dec.* 16. *n.* 9. *et seq.*

21 Ampliatur septimo, vt huiusmodi defectus iurisdictionis nullitatem sentẽtiæ operans, possit opponi quandocunque, *Bart. conf.* 95. *nu.* 2. *lib.* 2.

22 Am-

Digitized by Google

22 Ampliatur octauo, in ſententia lata per Iudicem laicū in cauſa ſpirituali, prout in cauſa matrimoniali, nā eſt ipſo iure nulla, *cap. latorqui fil. ſint leg. cap. per tuas de ordin. cognit. DD. in l. Titia ff. ſolut. matrim.* & ideo oppoſita hac exceptione debet cauſa remicti ad forum Eccleſiaſticum, latè *Cardin. Tuſch. concluſ. 455. verb. Iudex ſeculariſ.*

23 Ampliatur nono, vt exceptio incompetantiæ Iudicis in cauſa criminali poſsit opponi etiā per procuratorem *Caſſan. conſ. 1. Afflict. conſtit. regn. priuilegia not. 4. & alij quos refert Garz. à Tolet. turiſd. 47.*

24 Declara primo, vt non poſsit dici ſententia nulla ex defectu iuriſdictionis, quando fuiſſet conſenſum in iuriſdictionem eius, qui funditus non carebat iuriſdictione, vel quando Iudex pronunciauit ſe Iudicem competentem, & non appellauit, *Bald. conſil. 277. lib. 1.*

25 Declara ſecundo in ſententia lata à Iudice incompetenti reſpectu rei conuēcti, nam validatur per comparitionem, & reconuencionem factam per reum in iudicio, *Afflict. deciſ. 27.* ſubdens eius iuriſdictionē cenſeri prorogatam iuxta notata in *l. 1. ff. de iudic. & in l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic.*

26 Declara tertio, vt nullitas ex defectu iurisdictionis opponi non poſsit contra tres ſententias conformes ſi conſtet de fundamēto iuriſdictionis, puta de cōmiſsione talī Iudici tertiam ſententiam proferenti facta, licet non conſtet de præſentatione commiſsionis, ſecundum *deciſ. Rotæ in vna Vlixibonen. pecuniaria coram Creſcent. quæ eſt deciſ. 22. de ſentent. & re iudic.*

27 Tandem deueniendo ad nullitatem ex defectu citationis firmanda eſt veriſsima concluſio defectum citationis vitiare ſententiam, *ita Afflict. deciſ. 281. Rotæ deciſ. 70. & 81. par. 4. per text. in l. ab eo, & l. ſi vt proponis la prima C. quom. & quand. Iudex, & voluerunt etiam Veral. deciſ. 117. lib. 1. Viuius dec. 154. & Creſcent. deciſ. 3. de dol. & contum.*

28 Ampliatur primo, vt ſententia abſque citatione adeo ſit nulla, vt non tranſeat in rem iudicatam, ſiue ſit

Digitized by Google

sit ab ea appellatum siue non, *Abb. consi. 92. lib. 1. late Ludouis. decis. 339.*

29 Ampliatur secundo, vt adeo sit efficax talis nullitas, quod neque per quamuis aliam constitutionem, vel statutum tolli potest, nec decerni, vt absque ipsa sententia ferri possit *Frãc. in cap. cum dilectus q. 52. lim. 3. num. 138. de appellat. Felin. in cap. ex parte il secundo nu. 10. eod. tit. Bald. in l. 1. de offic. deleg.*

30 Ampliatur tertio, vt huiusmodi defectus, & nullitas opponi possit in sententia Principis absque citatione, *Marsil. sing. 75. Cassador. dec. 8. num. 6. de rescrip.* Hoc tamen intelligas de potestate ordinaria, & iuridica, & non de absoluta, seu de illius plenitudine, *Viu. lib. com. opin. conclus. verbo sententia non proferri num. 6. Gabr. com. opin. conclus. 5. num. 5. & segq. tit. de citat.*

31 Ampliatur quarto, vt data nullitate ex defectu citationis, vltra quod iudicium, processus, & omnia acta sunt nulla, non tollat litis pendentiam, neque inducat perpetuationem iurisdictionis, neque interrumpat præscriptionẽ plures refert *Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 24. Verall. decis. 182. num. 3. par. 3.* & sic citatio nulliter exequuta, non interrumpit cursum triennalis possessionis *Verall. decis. 109. par. 1. verb. citatio.*

32 Ampliatur quinto, vt nõ sufficiat citatio generalis ad causam, vel ad audiendam voluntatem iudicis *glos. in d. clemen. sæpè verb. ad id*, vbi ad effectum, de quo supra est exprimenda nominatim, quod fit ad sẽtentiam diffinitiuam sequitur *Cardin. sub num. 9. notab. 16. & Felin. in rap. consuluit de offic. deleg. Rot. dec. 17. nu. 1. de sent. & re iudic. in nouis Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 56. nouis ter Seraphin decis. 1118. nu. 2.*

33 Ampliatur sexto, vt citatio ad sententiã debeat esse personalis, non autem sufficit fieri ad domum, nisi quãdo prius præcesserat citatio personalis in principio cãsę, & postea non potuit in personam citari, vt puta, si citandus latitabat, vel citatio esset difficilis, aut alia difficultas erat, *clem. causam qua de dolo, & contum. Put. decis. 279. lib. 2. & decis. 33.*

&

& 283. lib. 3. Achil. de Graff. decis. 16. de dol. & contum. Cæsar. de Graff. decis. 7. de sent. & re iudic. Vantius vbi supra num. 82. & sequent. & in Vrbe semper seruatur rigorosè, quod citatio ad sententiam sit personalis, nisi ex vrgentissima causa, & tunc fieri solet ad domũ, & in acie campi floræ per diligentiam à duobus cursoribus factam, vt patet, & quod de dicta diligentia facta pro personaliter citando constare debet alias illius exequutio est defectiua, vide Serapbin decis. 792. num. 6. & quod quando citandus non reperitur possit fieri citatio domi solitæ habitationis voluit Rota decis. 48. in nouis, & decis. 394. in antiquis, prout etiã dicitur quis legitimè citatus si ob non tutum accessum tantummodo sit citatus domi dimissa copia, & ad valuas Ecclesiæ, Seraph. dec. 1296. par. 2. nu. 4.

Bencuerum quãdo promittitur de iure fieri citationem domi intelligitur de domo quam inhabitat tempore citationis, & hanc esse communem opinionẽ testatur Tiraq. de vtr. retr. tit. 1. §. 9. glos. 2. num. 27. quẽ sequitur Rota teste Verall. decis. 116. nu. 2. vbi num. 3. ex Conf. Imol. 105. colum. 1. inquit huiusmodi citationem domi fieri non posse, quando scitur quem esse extra ciuitatem in certo loco, quia tunc esset citandus ibi principaliter, secus vero erit si esset vagabundus, nã tunc sufficeret citatio cò modo quo dicit Bart. in l. 4. §. ait prator ff. de damn. infecto, alias sententia lata cum dicta citatione est nulla, prout fuisse decisum per Rotam firmat Verall. loc. citato.

34. Ampliatur septimo, vt nec relenet citatio ad sententiam facta, si remaneat circumducta ex eo, quod fuit facta ad certum diem, seù tempus, & intra illud non fuerit sententia lata, nulla erit ex defectu citationis, Tuscus conclus. 233. lit. C. & Gabriel d. tit. de citat. conclus. 1. num. 113. & num. 437. cum seqq. nisi fuerit pronunciata in die immediatè sequenti, nam substinebitur, vt per eundem Gabr. post plures quos allegat num. 438. facit optimus textus in cap. consuluit de offic. deleg. & videatur in terminis dec. Cresc. 11. de dilat.

35 Am-

35 Ampliatur octauo, vt defectus citationis non ſolum vitiet ſententiam pronunciatam contra non citatum, ſed etiam ad eius fauorem latam, *gloſ. & Bart. in l. ſi furioſo num. 2. ff. de re iudic. vbi omnes communiter latè Vantius loc. cit. num.* 10. *& Gabriel d. num.* 114. Vnde euenit, ſententiam latam contra mortuum, vel in eius fauorem non valere iuxtà adducta per *Verall. deciſ.* 140. *par.* 3. *Abb. conſ.* 3. *lib.* 2. *Aret. conſ.* 110.

36 Ampliatur nono, vt poſſit etiam opponi defectus citationis ſi fuerit emanata à Iudice remoto, nam alio ſubrogato pronunciari nō poteſt, niſi de nouo à ſucceſſore expediatur citatio, *ex gloſ. in l. conſentaneum verb. à quo* C. *quomodo, & quando Iudex, & ibi Bart. num.* 11. *& Gratian. deciſ. Marcb.* 108. amplians procedere etiam in delegato, qui tenetur de nouo citare non obſtante citatione facta per prædeceſſorem.

37 Ampliatur decimo, vt intrent termini prædictæ bullæ ſi vtraque pars non fuerit citata ad ſententiam, *Abb. in d. clem. licet Vital. ſub num.* 43. ibi tenet ſtilum eſſe, quod vbi pars inſtat pro ſententia ferenda, tunc citandam eſſe ſolam partē aduerſam, & hanc opinionem amplector non eſſe neceſſariam citationem vtriuſque partis, quando citatio non fit ex mero Iudicis officio, nam ſtatim quod vna pars citat alteram, à vehementi ſe ipſum citare cenſetur faciunt adducta, *per Put. dec.* 617. *Bellam. deciſ.* 749. *Achill. de Graſſ. dec.* 14. *nu.* 2. *de appell.*

38 Ampliatur 11. intrare terminos bullæ non ſolum ſi nullatenus fuerit relaxata citatio, ſed etiam ſi nulliter fuiſſet exequuta, & dicitur nulliter exequuta quā do non eſt ſeruata forma citationis, vt eſt videre apud *Verall. deciſ.* 111. *p.* 1. *verb. citatio.* Vnde ſi tempore ſententiæ non appareret nuncij relatio, ſententia erit nulla, cum ad validitatem ſententiæ precedere debet relatio *Calderini conſil.* 6. *de dilat,* nec ſufficeret probatio nuncij dicentis ſe citaſſe, quia dato quod ſufficeret, quod quandocumque conſtaret de citatione, non ſtaretur atteſtationi nuncij, quia tractaretur de intereſſe ſuo, ſaltem reſpectu

Digitized by Google

ctu honoris Iudicis, *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. ti. de test. §. 1. verſ. ſed pone quod adminiſtrator Butr. in cap. cum à nobis de teſt. & in c. cum ex literis de tranſact. Alex. conſ. 86. lib. 2.* nec præſumeretur facta relatio ex antiquitate temporis, *Caſtr. conſ. 81. num. 3. lib. 2.* imò nec ſufficit, quod Iudex aſſerat in ſententia fuiſſe peremptoriè citatum, *Alex. conſ. 123. nu. 2 lib. 2.*

Eſt autem aduertendum quod dicta citatio nulliter exequuta validatur per cõparitionem citati, quia cõparendo ſatis eſt certus de eo, quo erat citandus, & ita tentum *in vna Meleuitana iuriſdictionis coram Accorãbono 12. Decembris 1552. per Rot. Rom. ſignificat Seraphin. deciſ. 654. nu. 1. Verall. deciſ. 112. d. par. 1. verb. citatio,* & ſi pars comparuerit procuratorem, licet fuerit comparitum ad effectũ tantum excipiendi de nullitate ipſarum citationum, *Miſing. obſeru. 54. centur. 4. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 117. & Seraphin. deciſion. 1441. par. 2.*

39 Amplia 13. in citatione continente breuem terminum, vt impoſſibile ſit citatum potuiſſe comparere infra illud, *Bald. conſ. 411. lib. 4. arg. text. in c. ſacro de ſent. excomm. in 6.*

38 Declaratur primò, vt ſufficiat ſententiam intimari procuratori, *Macer. reſol. 112. caſu 15. lib. 1.*

39 Declaratur ſecundo, vt dicatur citatus perſonaliter ex quo impediuit quo minus nuncius illum perſonaliter citaret doctrina eſt *Aſin. in prax. §. 6. c. 2. verſ. 2. citari poteſt, Aebil. de Graſſ. deciſ. 22. de probat. Creſc. deciſ. 1. de dol. & contum. & deciſ. 18. de ſentent. & re iudic. Theſaur. for. eccleſ. par. 2. cap. 38. num. 102. Macer. loc. cit. caſu 16.*

SVMMARIVM.

1 *Officium ſuper cadauera mortuorum à quibus eſt faciendum, & quid ſtante conſuetudine nu. 2.*

3 *Mendicantes non poſſunt exire cum cruce ad recipienda cadauera ſepelienda in eorum monaſterijs.*

4 *Funus leuari nequit ſine licentia parochi, dicta antiphona ſubuenite; & quid ſi nolit parochus accedere num. 5. & quid ſolutis in-*

Digitized by Google

ribus parochialibus nu. 6.

7 *Orarium ad quos spectat.*

De officio super cadauera defunctorum ad Ecclesias mẽdicãtium delatorum faciendo.

Decretum S. Congr.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, sapius censuit, quoties cadauera mortuorũ ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua munia, quæ in huiusmodi ministeriis adhiberi solent, non à Canonicis, neq; à Clero, sed ab ipsis Fratribus peragi debere. Datum *Romæ die 22. Aprilis 1625. Cos. Card. de Torres.*

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Tenore supradicti decreti Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trident. interpetrũ censuit, vt quoties cadauera mortuorum ad Ecclesias Fratrum mendicantium deferuntur officia mortuorum, & reliqua munia quæ solent adhiberi in huiusmodi Monasterijs adhiberi solent, non à Canonicis, vel à Clero, sed ab ipsis fratribus peragi debeant.

Ratio autem videtur esse, quoniam iurisdictio Parochi cleri, vel Canonicorum durat vsque ad portas Ecclesiæ regularium *cap. 1. de sepultur. Leuita exam. Epi scop. lib. 6. cap. 3 nu. 4.*

2 Sed non inutilis erit dubitatio quid dicendum stante consuetudine in contrarium, an per hoc decretum intelligatur derogatum cõsuetudini in contrariũ existenti, negatiuam opinionẽ sequitur *Gratian. discept. forens. c. 49. p. 3.* dummodo consuetudo sit immemorabilis, ex quo consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij *cap. 1. de consuet. in 6. latè Mariscottt. var. resolut. cap. 101. lib. 2. Couarr. var. resol. cap. 13. num. 5. & D. Riccius decis. 76. p. 3.*

3 Item ad hunc effectum est sciendum, quod mendicantes non possunt exire cum cruce ad recipienda cadauera sepelienda in eorum

Digitized by Google

rum monasterijs optimum est *Consl. Oldradi 82. quem sequuntur Fusc. de visitat. & regim. Eccles. cap. 25. n. 8. remissiuè Rebuff. tom. 1. tit. de sent. prouision. in prafat. num. 69. pag. 234. & tit. de sent. exequutor. art. 3. glos. 1. num. 3. pag. 338. et decisum refert Sesse decis. Arag. 413.* Et ideo cum aliquis sepelitur in Ecclesia regularium non possunt regulares ingredi parochiam alienam processionaliter cum cruce ad deferenda corpora defunctorum, nisi vocato proprio defuncti parocho, & eo præsente, & licentiam concedente, quamuis extaret consuetudo immemorabilis in contrarium, *vt declarauit S. Congr.*

4 Quare propter iurisdictionem quam parochus habet in sua parochia non potest funus leuari sine illius licentia, & antequam per eum dicatur antiphona subuenite, vt declarat *Imola in clem. dudum col. 16. nu. 66. & ibi Card. in §. huiusmodi in fi. de sepult. Oltrad. cons. 81. num. 2.* quamuis dicta cadauera Ecclesijs mendicantium, vel aliis Ecclesijs deferrerentur, *glos. in clem. dudum §. verum ne parochiales verb. integrè de sepult. Abb. in cap. cum liberum in fine vers. et cum sit concessa eod. tit. Imol. et Cardinal. ibidem et Oldrad. d. cons. 82. et 225. num. 14. quos refert, et sequitur Gratian. discept. forens. cap. 298. num. 12. & seq. et nu. 78.* vbi quod non potest leuari funus nisi iubente parocho per aspersionem aquæ benedictę ita quod alij fratres in illa parochia non possunt processionaliter afferre mortuum, qui elegit sepulcrum in Ecclesia extra parochiã, & si aliter faciant licitum est parocho surripere, & tollere cruces, & alia processionalia monachis, & licet idem *Oltrad. cons. 225.* contrarium consuluerit, hanc tamen contrarietatem declarat *Zabarell. in d. cle. dudum §. huiusmodi num. 3. vers. secundo quero.* Et quod regularibus non liceat leuare defunctorum funera sine proprio parocho, declarauit Sac. Congreg. sub sequenti tenore.

Licet in Sacro generali Lateranensi Concilio statutum, & ordinatum fuerit, vt fratres Ordinum Mendicantium, cæteriquè Religiosi Regulares nõ possint intra-

re Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias Domorum, & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, & Ordinarii præiudicio. Significatum tamen est Sacræ Congregationi S.R.E. Cardinalium negotiis Episcoporũ, & Regularium propositè nonnullos fratres præsertim Ordinis Minorum de Obseruantia, cuiusdam consuetudinis prætextu, quam neque antiquitate vallari, neque obseruantia viridi inniti, neque pacifica, & non interrupta possessione firmatam esse constat, contendere sibi licere, defunctorum funera proprio eorum parocho absente, eòq; irrequisito, efferre & leuare; idque haud leues controuersias, & altercationes, aliquibus in locis, non sine populi scandalo, & Dei offensione excitasse. Ideo volẽs eadem Sacra Congregatio omnem eiusmodi dissentionum, & scandalorum materiam, & occasionem præcidere, vt tam parochi, quàm Fratres ipsi, vnanimi inter se voluntate, & ea, qua par est charitate, vltima hac Christiana pietatis officia defunctis præstent, declarat, & huius decreti tenore statuit, prædictis Fratribus Ordinis minorum de Obseruantia, aliisque quibuslibet Regularibus quorumcunque Ordinum, & Congregationum, tam Mendicantium quam non Mendicantium existant, nullo modo licere; etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu, parochias cũ Cruce processionaliter, aut alias adeferenda, & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare & efferre, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsente si tamen ipse aliter fieri non consentiat, & permittat, vel nisi requisitus, venire expresse omninò recuset. Atque ita obseruari mandat, & districtè præcipit, firmis, & in suo robore permanentibus ijs omnibus, quæ super quarta funerum, & canonica portione, aliisque iuribus, ad sepulturas pertinentibus, à sacris Canonibus, & Conciliorum decretis, Summorumque Pontificum constitutionibus hactenus sancita, & ordinata sũt, vel alias ex particulari cõsuetudine, vel alio iure obser-

seruantur. Romæ die xii. Ianuarij. M. DCIIII.

Alex. Card. Floren.

Hieronymus Augucchius Secretarius.

5 Verum si parochus nequeat cum sua cruce accedere ad defuncti sepulchrũ. Tunc facta requisitione in in scriptis coram Notario, & testibus, per hæredes defuncti, vel regulares, poterint illi processionaliter intrare in alienam parochiã cum cruce, & sepelire defunctum ex quo videntur adimpleuisse conditionem positam in declaratione S. Congr. & quilibet vtens iure suo, nulli facit iniuriam maximè in casu extremæ necessitatis.

6 Idemque procederet si ipsi Parochi fuissent soluta iura parochialia, nam hoc casu liberè possent ingredi processionaliter parochiã, & portare defunctum ad eorum Ecclesiam cum cruce propria, sed parochus id rarò agat, ac dabit licẽtiam in scriptis pro illa vice, & pro aliqua causa, reseruando sibi iuxta illius parochiæ.

7 Prout etiam animaduertant hodie Canonici parochus, & clerus, quod licet orarium spectet ad parochum in funeralibus ad late tradita per *Grat. loc. cit. nu. 54. et 55. tom. 2.* attamen si cadauer deferatur ad monasteria mẽdicãtium ex vi huius decreti orarium spectabit ad eosdem mendicantes.

SVMMARIVM.

1 *Societates officij solum contrahuntur super officijs Romana Curiæ num. 4. Amplia vt nu. 10. et 11. limita nu. 12.*

2 *Societas officii, vt sit licita, qua requirat nu. 3.*

5 *Societas officij Thesauratus contrahitur licitè.*

6 *Societas officij militis Pij licitè contrahitur.*

7 *Societas officii militis lilii potest contrahi.*

8 *Societas officii cursuratus potest contrahi.*

9 *Societas officii Notariatus contrahitur.*

13 *Societas potest contrahi super pluribus officiis vacabilibus.*

14 *Societas an contrahi possit super scripturis. Notarii, qui non habebat titulum Notariatus.*

De

De Officiorum societate.

Super Bulla Pauli IV.

DE *anno* 1555. *per hanc bullam incip. inter cæteras* fuit statutum societates officij non posse contrahi, nisi super officiis, Romanæ Curiæ, *vt habetur etiam infra tit. de vsuris*.

1

2 Ex qua Bulla aperte colligitur, quod ad hoc, vt societas officij sit licita, & careat omni labe vsurariæ prauitatis requiri, vt in primis vere, & cum effectu adsit officiū, vt ipsummet nomen denotat, dixit *Rota in Rom. societatis* 28. *Ianuarij* 1592. *coram Emin.* Cardinali *Blanchetto in Romana societatis*, 39. *Ianu.* 1601. *coram Eminentissimo Cardinali Millino in Romana societatis officii* 14. *Ianuarii* 1613. *coram Emin. Cardin. Pamphilio in Foroliuien. Societatis* 13. *Ianuarii* 1614 *coram Eminentissimo Cardinali Sacrato*.

3 *Et Serafinus decis.* 12. dicit, quod debet esse verum officiū, quod officium est est de substantia societatis, *Mantica* in *decis.* 6. voluit officium esse necessarium, & societatem absque illo contrahi licitè minimè posse censuit Rota in vna societatis *decima Maii* 1614. *coram Ludouisio*.

4 Ex quibus omnibus infertur societatē officij contrahi posse super omnibus officijs Romanæ Curiæ, vt dixit, & voluit *Rota in Romana societatis* 14. *Ianuarii* 1613. *coram* Emin. *Cardin. Pamphilio*, & alibi sępissimè.

5 Et de officio Thesauratus dixit *Rota in Romana societatis* 16. *Iunii* 1595. *coram* Orano.

6 De officio militis Pij in *Romana societatis* 16. *Febr.* 1596. *coram Iustio in Romana societatis* 13. *Ianu.* 1595. *corā Penia in Romana societatis* 29. *Ianuarii* 1601. *corā Emin. Cardinali Mellino*.

7 De officio militis Lilij in *Romana societatis* 16. *Nouembris* 1612. *coram* Emin. *Cardin. Caualerio*.

8 De officio Cursoratus in *Romana societatis* 9. *Maii* 1588. *coram Gipsio in Romana societatis* 1. *Iulii* 1596. *coram Corduba*; *in Romana*

socie-

ſocietatis 5. Februarii 1609. coram Sanctiſſimo Gregorio XV. in Romana ſocietatis 1. Iulii 1602. coram Eminent. Card. Pamphilio, Seraphin. deciſ. 389. in princip.

9 De officio Notariatus, *Seraphin. deciſ. 543. num. 2. & deciſ. 905. in Romana ſocietatis 1. Iulij 1596. coram Corduba:* vbi de Notariatu Rotæ.

10 Quæ concluſio procedit ſiue officia ſint empta, ſiue emenda, quia etiam ſuper officio emendo poteſt contrahi ſocietas, vbi dixit *Rota in Romana ſocietatis 9. Maii 1588. coram Gipsio, & apud Puteum deciſ. 67. p. 3.*

11 Item cõcluſio procedit, ſiue officium proprium, ſiue alienum: quia etiam ſuper alieno officio poteſt cõtrahi ſocietas, *Gratian. diſc. forenſ. cap. 138. num. 16. Rota in Romana ſocietatis 9. Martii 1588. coram Gypsio.* in cuius deciſionis caſu fructus, & officium non poterunt alienari ab exercente d. officium *in Romana ſocietatum 29. Ianuarii 1601. coram Emin. Cardinali Mellino,* vbi quod hoc præſertim procedit, data ignorantia dantis pecunias.

12 Limita primo in officijs, nõ vacabilibus, quia ſocietas non poteſt contrahi; *Rota in Romana ſocietatis, 1. Iulii 1596. corã Corduba* q̃ loquitur de Notariatu ciuili Gubernatoris Vrbis, quod non vacat, ſed tranſit ad heredes in *Fordinien. ſocietatis 1602. coram Lancelletto, in Forolimien. ſocietatis 13. Ianuarii, & 20. Iunii 1614. coram Sacrato, & ita cautum eſt in hac conſtitutione Pauli IV.* ſi bene legatur, & ſic ſe habet communis obſeruantia.

Quod probatur, quia in officijs nõ vacabilibus nullum adeſt periculum amiſſionis, quia non vacant, ſed tranſeunt ad hæredes; & ſocietas ſine mutuo vitæ periculo non ſubſtinetur: immo dixit *Rota deciſ. 767. num. 7. p. 1. diuerſ.* quod periculum vitæ facit valere ſocietatem, *Seraphin. deciſ. 332. par. 2.* hoc eſt periculũ vitæ vnà cum officio, & fructuum communicatio ſũt de ſubſtantia ſocietatis, nec ſine illis valet ſocietas.

Ratio enim eſt quoniam ſi ſocietas fiat ſuper officio non vacabili, nullum periculum ſubit officialis, cui tamen deberet currere periculum amiſſionis officij, nam

Digitized by Google

nam in hac societate propter maiorem contrahentium commoditatem factum est, vt si moriatur officialis, ipse amictat officiū, si vero moriatur is, sup cuius vitæ periculo inita fuit societas, dans pecunias illas amittat, *vt in Romana societatis 29. Ianuarii 1601. corā Emin. Card. Millino, quam sequitur Rota in d. Foroliuien. 13. Ianuarii 1614. corā Sacrato, & in Romana societatis officii 14. Ianuar. 1613. coram Eminent. Card. Pamphilio*, ista igitur est societas officij, quę super officio non vacabili contrahitur etiam in casu, quo officia vacabilia redderent 12. procentenario, *Rota in Romana societatis 14. Ianuarii 1613. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, & ratio est, quia adhuc cessaret dicta compensatio periculi cum periculo, quam esse necessariam dictum est in hac specie societatis, quæ contrahitur super officiis vacabilibus. Et neque consuetudine induci potest, ꝙ societas officij super officio non vacabili contrahatur. *Rota in Foroliuien. societatis 13. Ianuarii 1614. coram Archiepiscopo Damasceno.*

13 Sed animaduertas diligenter in supradicta materia societatem posse contrahi super pluribus officiis vacabilibus, vt censuit *Rota in vna Romana societatis de Luchinis 24. Ianuarii 1575. coram Blanchetto, quæ est decis. 288. par. 1. diuersorum; & iterum patet in decis. 500. par. 1. diuersor. & iterum in vna Romana societatis 28. Ianuarii 1604. corā Emin. Card. Millino, & in alia Romana societatis 1588 coram Blanchetto*, & vide ad materiam *Decis. Rota in vna Foroliuien. societatis 17. Ianuarii 1614. coram Sacrato, & in dec. 709. par. 1. diuersorum*.

14 Sed an societas contrahi possit super scripturis Notarij, qui non habebat titulū notariatus, sed dominium scripturarum, *Rota in decis. 581. apud Seraphinum, & iterum in decis. 905.* censuit minimè contrahi posse, ex quibus decisionibus colligitur non esse veram opinionem illorum dicentium officia interponi solū ad colorandum contractū, vt patet *in decis. 288. par. 1. diuers. & Rota Romana de casanis 7. Decembris 1612. coram Sacrato*, & sic redditur

tur dubia *Decisio Rotæ coram Corduba in Romana societatis 9. Maii 1588.* volens societatem posse contrahi ab officiali habente nudum nomen officij.

SVMMARIVM.

1 *Missa non possunt celebrari in oratorijs priuatis absq; licentia Pontificis.*
2 *Licentia Pontificis celebrandi in oratorijs priuatis.*
3 *Oratorium quando dicatur decenter ornatum nu. 5.*
4 *Altare quæ ornamenta requirat.*
6 *Licentia alicui concessa faciendi celebrare in oratorio ciuitatis, an extendatur per translationem habitationis ad alium locū.*
7 *Familiæ appellatione qui veniant.*
8 *Missa an possit celebrari in præsentia familiæ, non interueniente priuilegiato.*

De Oratorijs priuatis.

Breue Apostolicum Sanctissimi Vrbani VIII.

1 SVperiori in titulo de Missarum celebratione prohib. in oratorijs priuatis. Habes decretum Sac. Congreg. quæ sæpius respõdidit, missas non esse celebrandas in oratorijs priuatis absque licentia Summi Pontificis impartiri aliquãdo solita, prout Sãctissimus D.N. Diuina prouidentia Papa Vrban. VIII. meusq; benefactor cõcessit licẽtiã faciendi celebrare missam in domo mediante breui sub annulo Piscatoris sequentis tenoris.

2 *Dilecto filio nobis in Christo Iosepho, vt in priuato domus tuæ Ciuitatis Capuæ Oratorio ad hoc decenter muro extructo, & ornato, seu extruendo & ornando, ab omnibus domesticis vsibus libero per Ordinarium licentia eius arbitrio durat ura vnam Missam pro vno quoque die, dummodò in eadem domo celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quẽcunque Sacerdotem ab eodẽ Ordinario approbatum sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia regularem, sine tamen quorumcunque iurium Parochialium præiudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Penthecostes, & Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI, necnon*

Digitized by Google

aliis solẽnioribus anni festis diebus exceptis, in tua, ac familiæ tuæ præsentia celebrari facere libere, ac licitè possis, & valeas Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus constitutionib⁹ Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd familiares seruitiis tuis non necessarijs ibidem Missæ interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de præcepto minimè liberi censeantur. Datum &c.

Quod breue apostolicũ, cum fuisset præsentatum Illustrissimo Ordinario Capuano bonæ memoriæ nobilis familiæ de Cõstantio, nobisque transmissum, ad hoc, vt ipsius tenor, ac in eo disposita obtemperarẽtur, & præcipuè verba illa (*Oratorio ad hoc decenter muro extructo, & ornato.*)

3 Videbatur dicendum oratorium debere esse decenter ornatum nõ solum rebus necessarijs ad celebrãdum, sed etiam deseruientibus ad ornandum, cuiusmodi esse solent in oratorijs, tapetia pro pauimento, flores, & ornamenta murorum, nam appellatione ornamentorum non veniunt vestes, ad *text. in l. ornamentorum ff. de aur. & arg. leg.* sed ea, quæ parantur causa ornandi tantum *l. argumento ff. eod.* cum per Sanctissimum Dominum requiratur talis decens ornatus in oratorio, vt non solum necessaria ad celebrationem, sed etia mquæ tantum causa ornandi deseruiunt.

Sed quoniam consuetudo est legum, & concessionum interpres *cap. cum dilectus de consuet. l. minimè ff. de leg.* & consuetudine receptum est, vt Ordinarij visitantes oratoria in domibus priuatorum flores, & ornamenta murorum non requirant, sed tantum necessaria ad celebrandum.

Censui illa tantum esse necessaria, quæ in rubricis missalis Romani explicantur, puta vt oratorium habeat altare totum lapideũ, vel saltim terreum, aut ligneum quo ad suas omnes remotiores partes, dũmodo superiorẽ mensã tantæ longitudinis, & latitudinis lapideam habeat ab Episcopo consecratam, vt capere possit pedem calicis, & patenam cum hostiã, ita quod

ad

ad maiorem partem ſupra lapidem collocari valeant, & firma ſint, & ſine periculo cadendi, vt ex communi Doct. ſententia firmauerũt *Suar. in 3. p. D. Thom. tom. 3. q. 38 art. 5. diſp. 81. Nauarr. in man. cap. 25. nu. 85. & alij relati per* Megal. *in prompt. verb. altare nu. 2.*

4 Quod altare operiendũ erat tribus mappis, ſeù tobalijs mundis ab Archiep. vel ab alio habente poteſtatem benedictis, ſuperiori vna ſaltim oblonga pertingente vſque ad terram, duabus alijs breuioribus, vel vna duplicata, *vt habetur in rubrica, & in cap. ſi per negligentiam de conſecrat. diſt. 2.*

Pallio quoque ornandũ erat altare coloris, quoad fieri poteſt diei feſto, vel officio conuenientis, vt in rubr. 19. & ideo conſului dictum Illuſtriſſimum Dominum, vt denegaret licentiam celebrandi in domo priuata, niſi pro ornamento altaris adeſſent pallia coloris, feſtiuitatibus, & officio conuenientibus, vel ſaltim vnum, quod quatuor vſitatos Eccleſiæ colores contineret, nam aliter vigore breuis non diceretur locus decenter ornatus.

5 Prout etiam ad effectum vt diceretur locus decenter ornatus aſſerebam, vt dictũ oratorium habere deberet ſuper medio altaris, crucẽ, & candelabra ſaltim duo hinc, & in vtroque eius latere, ac ad crucis pedem tabellam ſecretorum, & in cornu Epiſtolæ coſſinum ſupponendum miſſali, paruã capanulã, duas ampullas vitreas cũ manutergio mundo in feneſtella, ſeù in parua menſa ad hæc præparata. Miſſale calicẽ aureũ vel argenteum, aut ſaltem habentẽ cuppam argẽteam intus inauratum, patenam inauratã ab Epiſcopo conſecratã purificatorium mũdum, paruã pallam lineã, & mundã corporale lineum & mundum, benedicta, velum ſericum, & burſas ſericas coloris paramentorum, vt colligitur *ex dicta rubr. tit. de præparat. Sacerd. celebrat.* amictũ cum cruce in medio, & cordulis ſufficientibus ad præcingendũ alba linea, & munda, cingulum, manipulum, ſtolã, planetã non lacera ab Archiepiſcopo, vel alio poteſtatẽ habente benedicta.

6 Pro intelligentia autem præfati breuis fuit dubitatũ

Digitized by Google

apud eundem Illustrissimũ Dominum Ordinarium Capuanum an Ioseph, cui fuerat talis licentia concessa per Sãctissimum, ex quo mutauerat domicilium, & habitationem ciuitatis Capuanæ, se & familiam transferendo ad habitandũ in villa, potuisset virtute breuis, & cum licentia eiusdem Ordinarii facere missam celebrare quotidie in domo, vbi habitare contigebat, vel indigeret noua licentia apostolica.

Et prima facie videbatur dicendum indiguisse noua concessione, nam cum cõcessio erat limitata ad domum ciuitatis Capuanę nõ erat extendenda ad domũ extra Ciuitatem, nam alias verba nihil operarentur *c. sommissa* §. *porro de elect. in 6.* & dum verba priuilegij seù dispositionis se artant, & restringunt ad aliquod, illud artè, & restrictè intelligendum est, *l. boues* §. *hoc sermone ff. de verb. sign.*

His tamen non obstantibus contrarium ex infra scriptis firmaui, vt non obstante mutatione domicilij, cum licentia Ordinarij potuisset Ioseph seruatis seruandis in concessione facere sibi celebrare missã in villa. Et ratio est in prõptu, nam verba disponentis sunt intelligenda secundũ mentem proferentis, non autem vti sonant *c. intelligentia de verb. signific. l. vsũ ff. de vsu, & habitatione*, & mẽs disponẽtis ex prohemio ipsius dispositionis cognoscitur *l. 1. ff. de orig. iur.* Et ideo cum ex breui dictæ concessionis cognoscatur mentem Sanctissimi fuisse non restringere concessionem ad domum Capuanã, & si de illa tantum verba faciat cum dicat. (*Ideo gratiam concedere, vt spirituali consolationi postulãtis, quãtum cum Domino potest consulat.*) Sed non consuleret quantum posset, si mutando domicilium virtute dictæ concessionis in propria domo sibi celebrare facere non valeret, ergo dicendũ est ex mente Sanctissimi ẽt extra domum Capuanam licentiam faciendi sibi celebrare missam concessam esse.

Quibus accedat, quod dicta uerba (*in domo tua Ciuitatis Capuanæ*) non sunt posita dispositiuè, sed demonstratiuè, & uerbaque tantùm causa demonstra-

Digitized by Google

strationis opponuntur nihil operantur, B*art. in l. cum pater §. mensa nu. 8. ff. de leg. 2. Crauett. cons. 86. num. 11.* cum demonstrent habitationem.

Imò prædicta verba non sunt posita conditionaliter, sed simpliciter, & absolutè, & quando verba sunt posita absolutè non autem cõditionaliter, censentur posita demonstratiuè, & non restrictiuè, nec limitatè *l. ass. in l. centurio num. 50. ff. de vulg. & pupill. Crauett. cõs. 86. num. 11.* & in dubio verba præsumũtur potius adiecta demonstratiuè quam dispositiuè *est text. in l. fin. §. titia ff. de liber. legat.*

Maximè, quia concessio huius licentiæ non continet priuilegium locale, sed personale. Vnde finitur morte illius, cui fuit concessa licentia, & si esset locale finiretur, hocque colligitur ex verbis dicti breuis ibi *(Teque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes)* per quæ verba dũ apparet priuilegiũ esse concessum contemplatione personæ est præsumendum personale, *l. in omnibus ff. de reg. iur. 6. priuilegia eod. in 6. & Alex. cons. 86. lib.* 1. Ergo in quacumque domo aut loco habitauerunt potuisset sibi facere missam celebrare.

7 Sed quia pariter dubitabatur, qui venirent appellatione familiæ. Dicebam, de iure venire in primis ipsum familiæ Principem ad *text. in l. familiæ ff. de verb. significat.* ac etiam omnes personas, quæ sub vnius potentiæ, aut natura, aut iure subiectæ sunt puta patrem, matrem, filium, filiam, nepotes, & neptes, *l. pronunciatio §. familiæ appellatio ff. de verb. signific.*

Sed in casu nostro sentij venire maritum, & vxorẽ, filios, & filias, ac etiam nurum habitantem in eadem domo, & commensalem, sicut, & omnes commensales in eadem domo habitãtes, & constituentes familiã vnam quicumque illi sint, ac omnes seruos, & seruas commensales, qui in ministerio eiusdem familiæ sũt.

8 Insurrexit etiam difficultas, an priuilegiatus eo modo, quo superius potuerit celebrare facere missam in præsentia tantum familiæ, quando ipse noluisset, aut non potuisset missæ sacrificio interuenire. Et post mul-

multa affirmatiuã opinionem firmaui si quidem, cũ agatur de re fauorabili, fauores sunt ampliandi, *vulg. cap. odia de reg. iur. in 6.* & beneficia Principum latissimam recipiunt interpetrationem, *l. fin. ff. de consti. Princip. cap. olim de verb. signifie.* & priuilegium cõcessum vni extenditur ad ministros *Oltrad. cons.* 11. hinc priuilegium datũ militi, datur medico militis, & socio militis, *l. administrantes §. 1. ff. de administ. tut. Grat. cons.* 130. *num.* 8. sed familiates sunt ministri dominorum, ergo illi possunt missam audire absque illis.

Quæ opinio probatur ex eo, quod in materia fauorabili non requiritur concursus copulationis, vt per *Ruin. cons.* 112. *num.* 13. *vol.* 5. *Bart. in l. si quis ducenta §. verum nu.* 5. *ff. de reb. dub.* nam quando duæ orationes copulantur per se principaliter respectiuè ad vnũ tunc concursus non est necessarius, sed in quolibet procedit dispositio, *vt in l. Iulia ff. de test.* & cũ simus in casu fauorabili, in quo duæ orationes dominus, & familia copulãtur per se principalirer respectiuè ad vnũ, scilicet ad audiendam missam in domo, ideo non est necessarius concursus, sed in qualibet procedit dispositio.

SVMMARIVM.

1 *Decretum S. Congreg.*
2 *Regulares ordinandi prima tonsura non tenentur facere publicationes.*
3 *Ordinandi prima tonsura, & ordinibus minoribus tantum, non autem sacris tenentur obseruare formã huius decreti.*

De ordinandis prima tõsura, vel ordinibus minoribus in Regno Neapolitano.

Decretum Sacræ Congregationis.

1 *Sacra Congregatio Cardinalitũ sub die* 10. *Kal. Iulii* 1623. *Negotiis iurisdictionalibus Regni Neapol. præpositorum, iustis grauibusque adducta causis de S. D. N. Gregor. XV. speciali ordine viua voce is oraculo de-*

Digitized by Google

desuper habito expressè præcepit, & mandauit omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis inferioribus legitimam facultatem habentibus vt antequam ad primam tonsuram siuè ad minores ordines aliquem promoueant, cõmittant parocho, vt nominibus, & desiderio eorum, qui volunt promoueri publicè in Ecclesia propositis de ipsorũ ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales ipsã inquisitionem factam continentes ad ipsum committentem, quamprimum transmittat, & in literis dimissoriis concedendis exprimatur diligentias præcessisse, quæ litera dimissoriæ vni tantum, & certo ordinario ad electionem concedentis in posterum dirigantur, & pluribus directæ, nullæ sint. Contrafacientes autem ad primam tonsuram siuè ad minores ordines promoti ab executione collatorum, & à susceptionis ordinis perpetuò suspensi sint, & condignis pœnis puniantur. Ordinantes verò, vel dimissorias concedentes, à collatione ordinum eò ipso per annum sunt suspensi.

2 Ex hoc decreto habes formam, quam tenentur obseruare ordinandi prima tonsura, & ordinibus minoribus sub qua non videtur comprehendi regulares, nã non debent facere publicationes sicuti seculares, sed sufficit testimonium suorũ superiorum afferre, & hoc censetur dictis publicationibus supplere, *Mirand. in man. prælat. q. 38. artic. 7. & 8. Molfes. tom. 1. tract. 2. cap. 1. num. 56.*

3 Prout etiam sub huiusmodi decreto comprehenduntur ordinandi prima tonsura, & ordinibus minoribus, non autem ordinibus sacris, vt habetur in dicto decreto, & in facti contingentia oretenus respondidisse Sanctissimum D. Nostrum diuina prouidentia Vrbanum Octauum Pontificem benefactorem nostrum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum S. Congreg.*

2 *Superiores regulares concedunt literas dimissoriales eorum subditis regularibus ad Episcopum dioecesanum illius monasterii, in quo degunt, & quid si monasterium esset nullius dia-*

diœcesis num. 3.

4 *Superior regularis nequit transmictere subditum reprobatum ob ignorantiam ad aliam diœcesim.*

5 *Superior regularis an pœna teneatur si fuerit transmissus ordinãdus cõtra tenorem decreti verum actu non receperit ordines.*

6 *Interstitijs ad ordines cum regularibus, quis Episcopus possit dispensare, & quæ requirantur nu. 7.*

De ordinandis regularibus.

Decretum Sac. Congreg.

DE mandato Sanctissimi Domini N. Clementis Papæ VIII. Tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcunque Regularum superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciunt ea, quæ in Decreto Sacræ Congregat. Concil Tridentini continentur, cuius tenor est talis, Congreg. Concilii censuit superiores Regulares posse suo subdito itidem regulari, qui præditus qualitatibus requisitis, ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius monasterii, in cuius familia, ab iis, ad quos pertinet, is regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinetur, quoad doctrinam, & dum ipsi regulares nõ distulerint de industria, concessionem dimissoriarum, in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habitur⁹ esset ordinationes. Verũ cũ superioribus regularibus Episc. Diœc. absẽte, vel ordinationes non habente litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse, quod qui nõ fecerint officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ reseruatas pœnas incurret. In quorum fidem, &c.

Datum Romæ die 15. *Martii.* 1595.

Digitized by Google

2 De mandato S.D.N.Clementis VIII. ſacra Congregatio cenſuit Superiores regulares poſſe ſuo ſubdito itidem regulari literas dimiſſoriales concedere ad Epiſcopum tamen dioceſanum, nempè illius monaſterij, in quo is regularis poſitus fuerit, & ſi Epiſcopus dioceſanus abfuerit, vel nõ eſſet habiturus ordinationẽ examinetur ab eo Epiſcopo & ad aliũ dimittatur alias incurrerent pœnas priuationis officij, & dignitatis, ſeù adminiſtrationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & alias Sanctiſſimo reſeruatas, vide apud *Piaſeg. in præx. par. 1. cap. 1. n. 14. & Dian. reſol. 15 tract. 2.*

3 Quid autem dicendum ſit ſi monaſteriũ eſſet nullius dieceſis. Dicas eſſe huiuſmodi dimiſſorias concedendas ad Epiſcopum viciniorem iuxta declarationẽ Sac. Congr. tenoris ſequentis, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito itidem regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis ordines ſuſcipere voluerit literas dimiſſorias concedere ad Epiſcopum tamen Dioeceſanum, nempe illius Monaſterii, in cuius familia ab iis, ad quos pertinet, is regularis poſitus fuerit; & ſi Dioeceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes vel Sedes Epiſcopalis vacaret, ad quemcumque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinã; & dum ipſi regulares non differulerint de induſtria conceſſionem dimiſſorialium in id tempus, quo Epiſcopus Dioeceſanus vel abfuturus, vel nullas habiturus eſſet ordinationes. Verum cum à ſuperioribus regularib⁹ Epiſcopo, Dioceſano abſente, vel ordinationes non habente, literæ dimiſſoriæ dabuntur in eis vtiquè huiuſmodi causã abſentiæ Dioeceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam eſſe. Quod ſi regulares ordinandi morentur in Monaſterio nullius Dioeceſis huiuſmodi dimiſſorias concedẽdas eſſe ad Epiſcopum viciniorem, in eoque procedere omnia, quæ de Epiſcopo Dioeceſano ſuperius præſcripta ſunt.

Ita Card. Lancellottus.

Digitized by Google

Sed vicinior Episcopus debet esse monasterio non autem dioecesi, vt ibidem habetur ex hoc propter vtilitatem regularium.

4 Et an superior regularis, qui examinatum subditũ ab Episcopo dioecesis, in qua residebat, & ob ignorantiam reprobatum, intra eadem tempora ad aliam dioecesim transmictat incidat in pœnas huius decreti affirmatiuè respõdet *Dom. Riccius decis.* 160. *p.* 3.

5 Et an pœna mentionata intret si regularis fuisset missus à suo Superiore ad Episcopum, verum actu nõ receperit ordines, vide *Dom. Ricc. decis.* 118. *par.* 4. vbi distinguit de eo, qui attentauit tantum, & non punitur, vel de deueniente ad actum proximum, & nõ excusatur.

6 Quis autem Episcopus posset dispensare cum regularibus venientibus ad ordines interstitijs, vide *Vasquez in* 3. *par. tom.* 3. *disput.* 146. *cap.* 6. *num.* 58. asserentem in illis dispensare posse Episcopum ordinantem, & ita censuit Sac. Congr. Emin. Card. per hęc verba teste *Farin. in recoll. decis.*

An superiores regulariũ possint quemadmodum Episcopi, vt in sess. 25. *cap.* 11. & 13. *dispensare super interstitiis cum subditis suis. S. Congreg. censuit non posse superiores regulares dispensare super interstitijs regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quo ad causas dispensationis iudicium suum formare debet ex attestatione superiorum regularium.*

7 Verum, vt Episcopus tuta conscientia dispenset cũ regularibus in interstitijs, plura considerare debebit. Primum, necessitatem, vel vtilitarem Ecclesiæ. Secundum, si regularis esset in magna ætate, & inueniatur benè instructus in ordinibus præteritis. Tertium, si esset doctus in aliqua scientia, & studia compleuisset. Quintum, si à longinquo itinere debet venire iterum ad se ordinandum cum expensa, & periculo itineris, quæ & aliæ similes relinquuntur arbitrio Episcopi ad mouendum suum animum in dispensatione ordinum minorum, subdiaconatus, & diaconatus. Sed in dispensatione in interstitijs

ad

Digitized by Google

ad presbiteratum, debent necessario requiri necessitas, ac vtilitas Ecclesiæ aliter non erit dispensandum, vt expressè habetur *in S. C. T. sess. 23. cap. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinari quis non potest, nisi prius legitimè constet eum possidere beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad victum, & patrimonium habentes quomodo sint ordinandi.*

2 *Bulla Sixti V. pœna moderatur per Clem. VIII. contra ordinatos absque patrimonio, vel beneficio, num. 3. & qua sit de iure communi nu. 4.*

5 *Beneficii titulus sufficiens ad victum esse debet ad effectum, vt quis ordinetur nu. 19. idem de patrimonio nu. 6. & quantitas patrimonii nu. 20.*

7 *Ordinari quis potest ad seruitium Ecclesiæ.*

8 *Ordinari quis potest ad titulum cappellaniæ perpetuum.*

9 *Ordinari quis potest ad titulum seminarii, & quando.*

10 *Ordinari quis potest ad titulum pensionis, & quando.*

11 *Ordinari quis non potest habens partem diuitem nihil assignantem pro victu.*

12 *Regulares ordinantur ad titulum paupertatis. Declara vt nu. 13. 14. & 15.*

16 *Ordinari nequit quis ad titulum beneficii futuri.*

17 *Ordinari nequit musicus pictor, vel habens nobilem artem absque patrimonio.*

18 *Ordinari non potest habens patrimonium, vel beneficium tenue coniunctum, cum elemosina missa.*

21 *Titulus beneficii vel patrimonii pacifice possideri debet.*

22 *Beneficii nomine quid veniat ad effectum, vt quis possit ordinari.*

23 *Patrimonii appellatione quid veniat ad effectum, vt quis ordinari possit.*

Digitized by Google

De ordinandorum titulo, & pœna Episcopi promouentis, & promoti absque eo.

Super Bulla Pij II. Sixti V. & Clem. VIII.

PEr S.C.T. *sess. 21. cap. 2.* mandatum est Episcopis ne valeant aliquem ordinare nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum sufficiès ad victum honestè pacificè possidere, nec pari modo posse ordinare habentes patrimonium, vel pẽsionem, nisi iudicauerint esse assumendos pro necessitate, vel comoditate Ecclesiarũ suarum, de qua materia latè scripserunt *Garz. de benefic. par. 2. c. 5. D. Rice. in prax. ordinand. par. 1. in antiq. resol. 312. & collect. 566. & 1492. Vgolin. de pot. Episcop. cap. 26. §. 8.*

Quoniam vero *per idem S. C. T.* antiquorum canonum pœnę super his, & alijs ibi contentis fuerunt innouatæ, vt cautius Episcopi animaduerterent, & inuigilarent taliter ordinandis

2 *S.D.N. Sixtus V. in eius cõstit. incip. sanctum & salutare* mandauit Episcopum ordinantem aliquem sine patrimonio à collatione quorumcunque ordinum, atque etiam ipsius primæ tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensum atque ab ingressu Ecclesiæ interdictum declarat, & promotum ab executione ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensum pronunciat.

3 Attamen *Clemens VIII. anno Incarnationis Dominicæ* 1595. pridie Kal. Martii motu proprio, & ex certa sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sua perpetuo valituta constitutione supradictam constitutionem Sixti ad terminos sacrorum Canonum, *ac Consistut. Pii Papæ II. quæ incip. cum ex sacrorum, & ad dispositionem decretorum Sac. Concil. Tridentin.* restrinxit, & redduxit nec non censuras, et penas in eadem Sixti constitutione contra quoscumque præter-

Digitized by Google

terquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, quas voluit in suo robore permanere moderatur, & aboleuit, quam Cõstitutionem Clem. adducit, *Sayr. de censuris lib. 4. c. 17. ad finem, & de ea meminerunt Eman. quæst. reg. tom. 1 quæst. 20. art. 13. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 15. & post Garzia de benefic. par. 2. c. 5. num. 70.*

4 Pœnas autem de iure cõmuni scias esse constitutas *per text. in cap. cum Episcopus de præbend.* vbi habetur Episcopos teneri prouidere ordinato de sufficienti beneficio; illique interea subministrare vitæ necessaria nempè secundum quãtitatem personę, loci, consuetudinem Ecclesiæ redditum, *ita glos. insignis c. Episcopus de prabend. verb. necessaria, vbi Abb. num. 1. Rip. in lib. 1. resp. c. 14. nu. 7. Menoch. de arbitr. iud. casu 169. num. 14. et casu 520. post nu. 10. Vgol. de pot. Epis. cap. 26. §. 15. num. 1. quos refert, et sequitur Barbos. de offic. et pot. Episc. alleg. 20. p. 2. D. Riccius resol. 317. Suar. disp. 31. sect. 1. nu. 33. Surd. de alim. tit. 7. q. 37.*

Quod ius alimentandi transiit in successorẽ Episcopi sanciuit *text. in cap. ett secundum apostolum eod. tit. de prabend. D. Ricc. loc. cit.* vel in capitulum sede vacante si tali promotioni nõ resistit; *Henriq. in sum. lib. 10. c 17. §. 4. lit. F. Bonacin. de sacrament. disp. 8. q. unica punct. 5. nu. 17. Campan. diuers. iur. can. rub. 8. c. 5. n. 21.* vbi quid de Episcopo, qui loco renunciasset, vel loco & dignitati cessisset, aut essset translatus ad Ecclesiã. Verum Episcopus ordinãs non tenetur ad alimenta, vel beneficium, nisi in subsidium, *Surd. de alim. tit. 7. q. 37. nu. 7.*

5 Ampliatur primo tenor præmentionatæ conclusionis, etiam si quis esset ordinatus insufficienter ad titulum beneficij decisio est *Sayr. 20 de tempor. ordin. D. Riccius decis. 77. par. 3. et resol. 311. par. 1. et 49. par. 2. nu. 1. in ppax. vide infra latè num. 19.*

6 Ampliatur secundo, vt tale patrimonium debeat esse sufficiens ad victum, habita ratione loci, & personę situatum in re immobili, vel in certis redditibus, *Vgolin. de pot. Episcopor. cit. §. 10. et 11. optimè Graff. cons. 4. de*

Digitized by Google

4. *de tempor. ordin. D. Rice. resol.* 313. asserens remicti arbitrio Iudicis quantitatē vide quæ dixi in fin. lim. 5.

Verum si quis ordinaretur ad titulum patrimonij in mobilibus existentibus, nullam pœnam incurreret, sed debet curare sic ordinatus, vt quamprimum titulus ille bonorum mobilium in immobilia conuertatur *Sair. decis.* 31. *eodem tit.*

7 Ampliatur tertio, vt ad titulum, seù seruitium Ecclesiæ possit quis ordinari cōcurrentibus quatuor requisitis, de quibus per *Vgolin. de pot. Episcop. c.* 26. §. 8. *num.* 6.

8 Ampliatur quarto, vt ad titulum cappellaniæ perpetuum, & erectum authoritate apostolica, vel ordinatia poterit quis ordinari, *Garz. de benefic. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 83. *et* 95.

9 Ampliatur quinto, vt ad titulum seminarij causa instituendi beneficio ipsi viro possit quis ordinari *Sac. Congreg. vt per Barisf. de resign. benefic. fol.* 100. *nu.* 32. *Nald. in summ. verbo ordinum.* 21.

10 Ampliatur sexto, vt possit quis ordinari ad titulum pensionis his tamen concurrentibus, scilicet, quod verè quis obtineat pensionem, quod sit sufficiens ad substentationem, quod eā non extinguat, neque redimat, donec habeat vnde, aliunde viuere possit *Vgolin. loc. cit. fol.* 20. vide infra nu. 22. in fine.

11 Ampliatur septimo, vt hodie post Conc. Trid. mādante patrimonium verè, & non fictè obtineri non est quis ordinandus, etiam si haberet partem diuitem nihil assignantem pro victu, & portione, prout tenent *Paris. d. quæst.* 6. *num.* 18. *Vgol. d. cap.* 26. §. 9. *nu.* 3. *Campan. d. cap.* 5. *num.* 3. *et Barbos. d. alleg.* 20. *num.* 60. & idem filius non dicitur habere patrimonium, si illud expectet ex bonis paternis, vel maternis, quia parentes licet sint diuites, tamen debent aliquid substantiale assignare pro victu, & portione.

12 Declaratur 1. vt regulares ordinentur ad titulum paupertatis ex eorum priuilegio *Henriq. lib.* 13. *cap.* 33. *Suar. disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 35.

13 Quam declarationē intelligas primò, quod si regularis ordinetur ad titulū pau-

paupertatis de subdiaconatu, & postea relinquat religionem iussu suorum superiorum, non poterit ad titulum eiusdem paupertatis, sumere reliquos ordines, sed ad titulum patrimonij, cum cesset causa religionis.

14 Secũdo intellige, vt si ali quis regularis ante professionem fuerit ordinatus ad titulum paupertatis sit suspensus, & exercendo ordinem efficitur irregularis, *iuxta bullam Pii V. incip. Romanus Pontifex de anno 1568.* & ratio quare vnicus ordinatus sine patrimonio non incurrit pœnam, & regularis ordinatus ante professionem est suspensus, videtur esse, quia pœna clerici imponitur Episcopo, qui illum ordinauit, & pœna regularis imponitur ipsi, vt arceatur à tali delicto, quia Episcopum, & superiorem suum fefellit.

Sed clerici societatis Iesu possunt ordinari ante professionem ad titulum paupertatis, quia non sunt comprehensi in d. bulla Pij V. imò habent priuilegium Greg. XIII. vt notat *Henriq. lib. 13. cap. 37. §. 1. Suar. loc. cit. nu. 138. Garz. nu. 13. Vgol. nu. 1. vers. excipiuntur.*

15 Tertio intelligas, vt si regulares egrediantur à religione ob nullitatem professionis, remaneant suspẽsi tanquam ordinati ad titulũ paupertatis, & ideo nullatenus concedi debet licentia celebrandi missas, vt obseruari in nostra Cur. Archiep. testatur *Dom. Riccius decis. 17. p. 4.*

16 Declaratur secundo, vt non possit quis ordinari ad titulum beneficij futuri, q̃ sperat consequi *Diaz in prax. crim. can. cap. 16. nu. 6. & ita declarasse Sac. Congr. testatur Nald. in sum. verb. ordo num. 22.* nam in omni actu attẽditur tempus præsens, & non futurum *arg. l. si ita ff. de aur. & arg. legat. Ludouic. decis. Perus. 61.*

17 Declaratur tertio, vt nõ possit ordinari musicus, pictor vel sculptor, vel habens nobilem artem ita vt de suo labore posset comodè substentari cum non sit certa substantia, & faciliter deficere ex aliqua causa posset *Garz. de benefic. tom. 1. p. 2. c. 5. nu. 125.*

18 Et ex hoc etiam dicendũ est, quod si quis habeat patrimonium, vel beneficiũ te-

Digitized by Google

tenue, & coniunctum cum ſtipendio, & elemoſina miſſæ ſit ſufficiens ſubſtentatio non poterit ordinari tali titulo, nam elemoſina pluribus ex cauſis poteſt deficere, puta ex infirmitate, vel pecunia fidelium.

19 Declaratur quinto, vt beneficium ad cuius titulum quis eſt ordinandus debet eſſe tantum, vt ſufficiat ad honeſtè viuendum, taliter quod habenda eſt ratio ad comodam ſubſtẽtationem cuiuslibet clerici, nec eſt neceſſe attendere qualitatẽ vel nobilitatem ordinandi, nam tam de iure communi, quam de iure conciliari ſolum requiritur ſufficientia ad honeſtè viuendum, ità vt non cogatur mendicare, vt aſſerit *Ledeſma in ſua ſumma part. 1. de ſacrament. ordin. concluſ. 7. & habetur in Conc. Trident. loc. cit.*

2 Quamuis in hoc obſtare videantur verba Concilij in d. cap. 2. ibi, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiant, & alia ſimilia relata in cap. 17. ſeſſ. 24. de reformat. Ibi, quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur honeſtè ſuſtẽtandam non ſufficiat. Aduerbium n. illud (honeſtè) idem ſignificat, quod decorè, & laudate, & ſynonima cenſentur viuere decenter, vel honeſtè, vt notat *Dec. in d. cap. Monachis nu. 8. de præbend.* indè poſſet vtique dici non ſatisfieri menti Concilij, ſi ordinandus habeat titulum pro victu, non tamen talẽ, quod ſufficiat ad honeſtè viuendum, nam tunc diceretur tantum habere titulum ad viuendum ſimpliciter, ſine eo, quod honeſtè, vel decenter viueret, differunt inquam alter ab altero viuẽdi modus, quia aliud eſt viuerè ſimpliciter, aliud cũ penuria, & aliud cum comoditate, *Gloſ. in cap. 1. in verbo abſq; penuria de ſtatut. regul. in ſexto.* & ideo attendendam eſſe qualitatem clerici decentem, & honeſtam non ſuam in particulari, & ideo cum præſcripta certa quantitas non ſit Illuſtriſſimi locorum Ordinarij id arbitrari debent.

Quiquidem, vt rectè arbitrentur congruam ſummam pro huiuſmodi titulo condecenti debent loci cõſuetudinem rimari, vt poſt alios per *Menoch. de arbitr. iudic.*

Digitized by Google

iudic. cas. 216. *num.* 14. sic etiam qualitatem cuiuscũque ordinandi *Rebuff. in prax. benefic. rubr. de reser. in forma pauper. num.* 2. *Verall. decis.* 6. *nu.* 2. *part.* 1. *per glo. in cap. Episcopus in verbo victu* 10. *quest.* 2.

Et quantitas patrimonij ad cuius titulum quis ordinem sacrum susceperus est debet esse tanta, vt fructibus indè perceptis substẽtari possit, vt in *Concil. Trident. d. cap.* 2. quod semper arbitrio Episcopi remanere debet, *Menoch. de arbit. casu* 380 *Graff. cons.* 4. *de tempor. ordinat.*

20. In Curia autem Archiepiscopali Neapolitana indistinctè practicatur, quod non ordinantur clerici ad ordines sacros, nisi Curiæ cõstet illos habere annuos redditus ducatorum trigin ta sex, & sic habetur consideratio, quod clericus ordinãdus habeat saltem pro victu carolenum vnũ pro qualibet die dixit *D. Rice. par.* 1. *resol.* 271. *in* 2. *edit. in magnis.*

21 Declaratur sexto, vt non sufficiat habere titulum, ut quis ad sacros ordines promoueri possit, sed etiam requiritur, ut illum pacifi; cè possideat, ut probatur *in Concil. Trident. d. cap.* 2. unde litigiosus titulus repellit ordinãdum, *Nauarr. in tract. de orat. notabil.* 23. *nu.* 69. quia ille debet esse pacificus.

Et ideò ubi quis intendit ordines suscipere sacros tenetur ostendere titulum, illumq; pacificè possidere, ità ut nullam in eo patiatur iuris, vel facti controuer-
22 siam in iudicio, quia tunc appellatur pacificus possessor, *Felinus in cap. cum Ioãnes num.* 33. *de fide instrument. Dec. in cap.* 1. *num.* 19. & 20. *de confirmat. util. vel inutil. Zabarell. in clem. gratia num.* 8. *de rescript* taliter quod sine lite possidere uideatur quo casu pacificus possessor utique appellatur ex dictis per *Guid. Pap. decis.* 85. alias quoties de eius dominio controuertitur in iudicio tunc ordinari non
23 potest, quia litigiosa dicitur res, quoties de eius dominio controuertitur in iudicio, licet nõ constituat ipsam proprietatem litigiosam in possessione, quia lis super possessione non facit ipsam rem litigiosam, sed ius possessionis, *glos. in cap.* 1. *de confirmat. vtil. vbi DD.*

Digitized by Google

Ludouic. decis. peruf. 68. n. 9. Cacher. decis. 143. num. 10. Paris. de resignat. benefi. lib. 2. quæst. 3. num. 52. cum seq. Sed nō per hoc posset quis ordinibus sacris insigniri, ubi super titulo esset mota lis, quia non dubitatur primò possessoriū, deindè uerò petitorium esse determinandum ex cap. significauerunt de testibus.

Notat tamen *Rebuff. in tract. de pacific. possessor. nu. 168.* quod ille, cui lis mota fuerit super aliquo prædio censu, & similibus, utique pacificus dicetur possessor, undè posse talem suscipere ordines affirmat *glo. in cap. commissa in verbo pacificam de elect. in 6.*

22 Sed quid sub beneficii nomine ueniat ad finem, ut quis ordinari ualeat.

Certū est, quod ubi quis habet beneficium sufficiēs potest ad eiusdem titulum ad sacros ordines promoueri, undè sciendum est, quod ad titulum coadiutorię cum futura successione potest quis promoueri, *vt per Nauarr. in tract. de orat. cap. 20. num. 8. Addit. ad Diaz in practic. cap. 18. num. 7. Gonzal. in reg. 8. Cācellar. glos. 5. §. 9. num. 6.* ubi dicit uerum, si ratione illius habeat congruam substentationem, & requiritur quod sit perpetua, *Ledesma in summa part. 1. de sacram. ordin. par. 1. cap. 7. concl. 1. dub. 2.*

Item solet practicari, quē admicti ad ordinationem ad titulum beneficij consistentis in distributionibus quotidianis, quæ in hoc casu in ualorem beneficiorū computantur, quia certum est illarum causa beneficiatum non egere, ut scribit *Campanil. in suo diuers. diuers. iur. canonic. rubric. 8. cap. 5. nu. 29.*

Sic etiā poterit quis promoueri ad sacros ordines subdiaconatus, & diaconatus ad titulum beneficij non obstante quòd non lucretur illius fructus, nisi post susceptum sacerdotiū, *Thesaur. fori eccles. cap. 39. num. 22. Garcia in tract. de benefic. part. 2. cap. 5. nu. 110* affirmantes iuxta hanc sententiam decisum.

Item poterit quis ordinari ad titulum seruitij in aliqua ecclesia, cui inscribatur, ubi illud esset perpetuum, ut per *Vgolin. de potest. Episcopi cap. 26. §. 8. n 6.* & hinc ad titulum Vicariæ tem-

Digitized by Google

temporalis,& aliorum simi liū beneficiorum, seù Cappellaniarum amouibilium nullus potest ordinari, ut per *Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 15. num. 4. Henriq. in summ. Theolog. Moral. c. 17. §. 3. lit. L. lib. 10.*

Similiter coaptatus in Collegium Seminarij potest ad illius titulum ordinari ob causam inseruiendi beneficio, quod fortasse esset seminario iniunctum, quia licebit tunc ordinari sub certa determinatione fructuum in seminario facta causa in seruiendi beneficio in eo seminario, ut inseruiat donec sibi prouisū fuerit de congrua subsistentatione Episcopus Minoren. in praxi Episcopali in uerb. seminarium part. 1. *Galet. in Margarit. cas. conscient. in verbo ordo il penult. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 6. num. 32. Zecch. de re public. Eccles. Rubric. de cleric. sub num. 7. Garzia de benefic. par. 2. c. 5. num. 104.* ubi in addit. affirmat Gregor. XIII. declarasse clericos seminarij non posse ordine sacro insigniri ad titulum eiusdem seminarij, nisi pro seruitio beneficij seminario uniti, & tunc cum assignatione certi annui redditus, unde taliter ordinatus viuere valeat, quæ tamen assignatio non habebit locum, quoties aliundè ipsi se alimentare possent.

Item ad titulum pensionis ordine sacro initiari quis potest, vt in Concil. Triden. cap. 2. sess 21. dummodo ad honestè sustentādum sufficiens sit *Vgolin. de potest. Episcopi. cap. 16. §. 14* vide superius nu. 10.

23 Et appellatione patrimonij quidnam veniat, vt quis iuridice ad sacros ordines promoueri possit.

Dicas quid ybi ordinandus non habet beneficium sufficiens, vtique admictitur ad suscipiendos ordines sacros si habeat decens patrimonium ex Concil. Trident d. cap. 2. sub cuius appellatione venit non tantū quidquid ex patris bonis filio obuenit, sed etiam omne illud, quod aliundè ex quauis causa illi delatum est, quia satisfit intētioni legislatoris, vndecumque clericus habeat victum, nè mē dicare cogatur *Vgolin. de potest. Episcopi cap. 26 §. 9. num. 3.*

Et ideò benè ordinari

Digitized by Google

poterit carens patrimonio, si habeat cautionem ab altero idoneo de alimentis præstandis, vt latè probauit *Nouarius forens. quæst.* 144. *lib.* 1. affirmãs decisum sub num. 19. quod clerici ordinati absque titulo cum sola fideiussione alimentorũ non sunt suspensi, nec irregulares, vt diffusius apud eum cerni potest.

Ad titulum donationis alicuius potest quis ordinari si ità Episcopus iudicauerit assumendum pro necessitate vel vtilitate Ecclesię si donatio sit realiter vera, & non ficta, quæ deinceps absque Episcopi licentia alienari non possit donec beneficium sufficiens adeptus sit, vel aliunde habeat vnde viuere possit ita decisum referũt *Zech. de repub. Ecclesiastica capit. de clericis sub num.* 3. *verf.* 84. *Garcia de benefic. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 29. Ordinatus cum patrimonio procedente ex donatione ficta quando scilicet inter ipsos donatorẽ, & donatarium dictum est illam fieri pro forma, & ad apparentiam non manet securus in conscientia, imo reuera tanquam ordinatus sine titulo incurreret pœnam positam contra ordinatum fine illo per constit. Pij II. & Clem. VIII. contra clericos male ordinatos, & dixerunt *Viuald. in candel. aureo in explicatione d. constitut. not.* 14. *Spin. in speculo testament: glos.* 18. *num.* 83. *Ledesma in sum. tom.* 1. *de sacrament. ordinis cap.* 7. *cõclus.* 6. *difficult.* 5. *Vasquez par.* 3. *tom.* 3. *disp.* 243. *in fine* vbi ait graue peccatum esse si ficto patrimonio, vel beneficio ordinetur si tamen pactum, & conditio in patrimonio adsit de illo reddendo cum ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel alias vnde viuere possit nulla incurretur suspensio cum non sit contra mentem, & dispositionem *Concil. Trident. capit.* 2. prout resoluit *Garcia dict. cap.* 1. *num.* 169. vt alios omittam.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quantumuis modicum dicitur beneficium, nisi nullos haberet reditus.*

2 *Beneficii modici fieri debet mentio in impetratione beneficiorum.*

3 *Residentia requiritur in be-*

beneficio modico.

4 *Beneficium modicum habēs, gaudet priuilegio fori.*

5 *Ordinari quis potest ratione beneficii tenuis nu.* 11. *& quid Neapoli nu.* 6.

7 *Statuta, vt ligent publicari debent.*

8 *Bullæ publicandæ sunt ad hoc vt ligent.*

9 *Ignorantia præsumitur ante publicationem.*

10 *Suspensio regulatur secundum intentionem suspendentis.*

De ordinatis ab alieno Episcopo ratione beneficij tenuis redditus.

Literæ Apostolicæ Pauli V.

1 REgula est satis aperta, beneficium quātumuis modicum sit appellari beneficium, etsi nullos haberet redditus ex *decis. Gomes.* 2. Vnde infertur, vt de
2 beneficio quantumcumq; modico debeat fieri mentio in impetratione beneficiorum per *text. in cap. si proponente de rescript.* & sic
3 pari modo non residens in beneficio etiam modicæ estimationis priuari illo debet *c. conquerente de cleric. non resid. D. Riccius par.* 1.
4 *dec.* 583. *prax.* prout etiam ad effectum gaudendi priuilegio fori virtute S.C.T. sess. 23. c. 6. sufficere beneficium tenue dixerunt idem D. *Riccius in prax. dec.* 388. *par.* 1. *in antiq. Genuens. in prax. Cur. Archiep. in fin. c.* 7. *Farin. prax. crim. tit. de inquisit. q.* 8. *num.* 69. *& seq. Garz. de benefic. par.* 2. *cap.* 4 *cap.* 3. *à num.* 8. *vsque ad* 15. *& facit, quod inquit idem Garz. cap.* 1. *num.* 39. *par.* 3. & tandem ad nostrum propositum ad intellectum, *text. in cap. cum nullus de de tempor. ordin. in* 6. potest
5 quis ordinari, & efficitur subditus alieno Episcopo ratione beneficij quamuis tenuis argumento eorum, quæ supra collegimus, ex quo non attenditur, nec consideratur quantitas beneficij, sed titulus ita in terminis considerauit, *Macer. resolut.* 112. *casu* 28. *& quāuis noster Quarant. in sum. bullar. verb. ordo fol. mihi* 350. *vers. circa secundum*, recedat ab hac opinione, tamen superior uidetur esse

Digitized by Google

sq; iuris magis consona, vt testatur *Campan. rubr.9.c. 8.num.12.*

6 Quidquid tamen sit de iure, hodie in ciuitate Neapolitana, & per totam diœcesim tãtum per quasdam literas felic.memoriæ Pauli V. est sancitum clericos Neapolitanos non posse sub pœna suspensionis in alienis diœcesibus ratione beneficij tenuis ordinari, vt firmauit *Dom. Riccius decis.77. par.3.* sed re vera audio illas nunquam fuisse publicatas per bonæ memoriæ Emin. Card. Carrafam, & proinde ex hac ratione currenti calamo scripsi ad fauorem Venerandi Dom. Vincentij tacendo cognomen sub infrascripto tenore.

ALLEGATIONES Iuris.

PRo exclusione suspensionis, quam prætenditur incurrisse ordinatus ab Illustrissimo Episcopo N. ratione beneficij.

Reuerendus Vincentius sub prætextu motus proprij felicis memoriæ Pauli Quinti contra clericos Neapolitanos, qui in alienis diœcesibus sub beneficij parui titulo ordines assumebant considerandum est, quod dictus motus non fuit publicatus, & conse-

7 quenter ligare non debet est enim de essentia statuti ædicti, siue legis, vt promulgetur ad finem, vt subditus ligari possit, alias pro non facto habetur *Auth. vt facta nona Constit. collat.5. §. si verò causas in verfic. iubemus auth. de litigios. l. sed & milites §. penult in verbo promulgatum ff. de excus. tutor. cum latius recollectis per Medic. in tract. de legibus, & statut. part.4. quæst.34. Forner. select. lib.1. cap.24.*

8 Taliter quod idem est motum proprium, siuè Bullam non fuisse factam, vel non esse promulgatam, & publicatã, quia non ligat, & sic non habet effectum pro quo specialiter facta est, nisi enim publicentur banna, & ædicta, & subditis principis intentio ostendatur nũquam ligant, *Panorm. cons. 35. volum.1. Paris. cons.164. vol.4. Menoch. de arbitr. iudic. cas.185. nu.7. lib.2. plenissime probat Anguianus in tract. de constitut. prinsip. controuers.10. lib.1.* vbi tutatur non posse dari legem,

quæ

Digitized by Google

quæ antequam promulgetur vim obligandi habeat.

9 Præsumitur inquam ante publicationem ignorantia, quæ omnino excusare debet *ad text. in l. generali C. de tabular. lib.* 10. *l fin. ff. de decret. ab Ordin. faciend. plenissimè Cossa in tract. de facti scientia, & ignorantia distinct.* 98. *cent.* 2. cum ignorantis consensus non sit, nec dissensus, qui neque habet velle atque nolle circa ignorata, proindeque culpa legem ignoranti imputari non debet, vt latius probauit *Farinac. in fragmentis crimin. in verbo constitutio à num.* 685. *cum sequens.*

10 Suspensio in quam regulanda est per intentionem suspendentis, prout excommunicatio *Nauarr. in cap. patres nu.* 45. *de penit. dist.* 1. quæ non debet præsumi fuisse punire ignorantem, argum. *text. in cap. Apostolice de clerie. excommun. ad administr.* vbi sanè cauetur excommunicatũ celebrantem à pœna irregularitatis excusari ob excommunicationis ignorantiam, de quo & *Couarr. in cap. alma mater §.* 7. *nu.* 3. *part.* 1. *Nauar. in cap. considerent. de penitent. distinct.* 1. *num.* 7. 2 *Henriq. in summa lib.* 14. *c* 3 §. 6. *Reginald. in praxi fori penitent. lib.* 30. *num.* 181.

11 Fuit enim iste clericus in bona fide sequutus normã iuris communis vigore cuius ratione beneficii quis apud alienum Episcopum ordinari potest *vulp. cap. cũ nullus de tempor. ordinat. in* 6. etiam quod beneficium sit tenue, *Henriq. in summa lib.* 10. *cap.* 22. §. 1. *lit. C. Garzia de benefic. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *Macer. varia. resolu. lib.* 1. *resol.* 112. *cas.* 37. *Campanil. in suo oper. diuersar. iur. canonic. rubric.* 9. *cap.* 8. *num.* 12. cum allegatus tex. non exprimat valorem, nec qualitatẽ beneficij, & ideo restringi non debet.

Quæ bona fides debet omninò ipsum adiuuare, nam temeritas in iure est damnata, non autem id quod contra legem inaduertenter, & ignoranter committitur, dolus inquã, vbi abest cessat & delictum & sic non subintrat pœna, quare præfatum clericum vinculo suspensionis non esse ligatum satis apertè patet.

SV M-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pii II. incip. cum ex sacrorum tenor.*

2 *Bulla Sixti V. incip. sãctum, & salutare tenor.*

3 *Bulla Clem. VIII. incip. Romanum Pontificem moderat bullam Sixti.*

4 *Episcopus ordinans aliquem extra tempora, ante legitimam ætatem, vel absque literis dimissoriis ordinarii, qua pœna puniatur.*

5 *Regulares neque possunt ordinari cõtra bullã Pii II.*

6 *Ordinandi seculares nullius diœcesis à quibus accipiunt dimissorias.*

7 *Vltramontani, quomodo hodie ordinandi sunt.*

8 *Ordinandi laici absque dimissoriis puniuntur.*

9 *Suspensiones tot incurrit ordinatus contra formam Bullæ Pii, quot ordines sacros suscipit.*

10 *Ordinati seculares cum dimissoriis Abbatis etiam exempti an incidant in in pœna constit. Pii.*

11 *Regulares habere debent dimissorias suorum superiorum.*

12 *Capitulum sede vacãte quãdo possit concedere dimissorias.*

13 *Ordinati ab Episcopo alieno cum falsis dimissoriis amictunt privilegium fori subamplia num. 14. Declara nu. 15. & 16.*

17 *Ordinati ante legitimam ætatem vsque ad quod tẽpus sunt suspensi.*

18 *Absolutio à suspensione incursa in bullam cum ex sacrorum cui spectat.*

19 *Ordinatus minoribus ordinibus contra formam bullæ Pij II. an incurrat pœnam eiusdem constit.*

20 *Ignorantia an excuset à pœna bullæ Pii II.*

21 *Ordinatus præsumitur quis cum dimissorijs sui Episcopi.*

22 *Dimissoriæ ordinarii probãtur per verba enunciativa in ordinum.*

23 *Ordinatus contra formam bullæ an recipiat characterem.*

24 *Ordinari quis possit ab Episcopo viciniori si Ordinarius esset suspensus ob aliquam causam.*

25 *Absoluere an possit superior regularis subditum suspẽsum propter ordines susceptos ante ætatẽ legitimã.*

26 *Vicarius generalis habens mandatum generale, an valeat concedere dimissorias.*

27 Or-

Digitized by Google

27 *Ordinati cum literis dimissorialibus Capituli sede vacante, vel à Vicario Episcopi, post aduentum Episcopi, vel noui Vicarij dicuntur legitimè ordinati. Idemque de ordinatis cum dimissorijs Episcopi præmortui nu.* 28.

29 *Ordinati contra formam bullæ Pii an sint suspensi ab ordinibus susceptis tantum, vel ab omnibus.*

30 *Ordinatio facta ab alieno Episcopo contra formam constit. an possit ratificari à proprio Episcopo, & quando nu.* 31.

32 *Ordinatus contra formam constit. an incurrat irregularitatem non celebrando per se ipsum, sed tantū quando accipiendo ordinē presbiteratus, cum Episcopo consecraret.*

33 *Ordinatus an dicatur ante legitimam ætatem si deficiant aliquot dies.*

De ordinatis extra tẽpora, ante legitimam ætatem, vel absq; dimissorijs Ordinarij.

Super bulla Pij II. Sixti V. Clem. VIII. & Sanctiss. D.N. Vrbani VIII.

1 STatuitur *Pij constitutione incip. cum ex sacrorum*, vt sacros ordines suscipientes ante ætatem debitam, vel extra tempora, vel sine literis dimissoriis incurrant suspensionem ipso iure latã, & præsumentes in eisdem ordinibus ministrare eo ipso irregularitatem incurrant, & priuari possunt beneficiis.

2 Et quamuis *per bullam Sixti V. incip. sanctum, & salutare editã anno* 1588. Ordinatus prima tonsura, aut maioribus absque veris dimissoriis sui Ordinarii literis, ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus sit, & si in illis ministrare præsumpserit

Digitized by Google

irregularis efficitur, & omnibus, & quibuscumque per eum in titulum commendam, aut aliis obtentis dignitatibus officiis, & beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura sæcularibus, aut regularibus priuatus est atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabilis est, & insuper si clericus regularis fuerit etiam voce activa, & passiua ipso facto priuatus, est, nec ab alio quam à Sūmo Pontifice ab irregularitate sic contracta etiam si crimē penitus occultum fuerit dispensari, aut à suspensione ille absolui valet.

3 Sed quia constitutio hęc Sixti V. nimis rigida multis visa fuit, & scrupulos varios tam promouentibus quam in eis, qui promoti fuerant generauit, eam postea *Clemens Papa VIII. noua quadam constitutione quæ incipit Romanum Pontificem edita anno Domini 1595. pridi Kal. Martii* ad terminos sacrorum canonum, ac dictæ constitutionis felicis record. Pij Papæ II. & ad dispositionem decretorum Sacri Tridentini Concilii restrinxit, & reduxit, nec non censuras, & penas in eisdem Sixti literis moderatur, & tollit; præter quam Ordinātibus, & ordinatis simoniacè. Idemque confirmauit *Paulus V. in reg. Cane. 23.* per hæc verba (Item de clericis extra tempora à iure statuta, siuè ante ætatem legitimam siuè absque dimissorijs literis ad sacros ordines se promouere facientibus pro tempore etiam voluit cōstit. piæ memoriæ Pii II. similiter prædecessoris sui desuper æditam, & in dicto Cancellariæ Apostol. libro descriptam mandauit pari modo obseruari.)

4 Ampliatur primo, vt eādem pœnam incurrat Episcopus ordinans tales, ita vt sit suspensus à collatione quorumcumque ordinum, exercitio pontificaliū & ab ingressu Ecclesiæ *ingressa bullam Clem.*

5 Ampliatur secundo, vt pœna contenta hic sibi locum vendicet tam ad clericos, quam regulares *Dom. Rice. dec. 130. par. 4.* & ideo Episcopi ordinantes religiosos absque literis dimissoriis sui superioris regularis, & absq; cōsensu Ordina-

na-

Digitized by Google

narii loci vbi degit similiter est suspensus *Campanil. diuers. iur. can. rubr. 9. cap. 5 num. 1. Mirand. in manual. Prælat. q. 39. art. 16. Barbos. de pot. Episcop. allegat. 16. num. 24.*

Quo ad regulares autem ordinandos extat speciale decretum Clem. VIII. *vt habetur supra de ordinand. regular.*

6 Ordinandi vero sæculares nullius diœcesis accipiunt dimissorias ab Episcopo viciniori, sed testimoniales dantur à Prælato inferiori, qui melius potest esse informatus de vita, & moribus quos ille continet.

7 Ampliatur tertio, vt hodie Vltramontani non possint ordinari iuxta terminos *text. in c. 1. de cleric. peregr.* sed iuxta seriem, & tenorē *constit.* S.D.N. *Vrb.* VIII. *incip. secretis*, puta cum dimissorialibus suorum ordinariorū recognitis, & probatis, ac subscriptis, per sanctæ sedis Nuntios, seù collectores in illis partibus cōmorantes, quæ subscriptiones à generali Vicario almæ Vrbis recognitæ, & probatæ fuerint.

8 Ampliatur quinto, vt nō tantum clerici nequeunt ordinari absque dimissoriis propriis Episcopi, sed nec etiam laici, adhuc ordines non habentes *Rebuff. in prax. lib. 2. c. 2.* & quamuis contrarium sentiat *Guid. Pap. decis. 449.* Tamen prima opinio est veritati consona, vt per *Barbos. de potest. Episcop. allegat. 8. num. 8. par. 1.*

9 Ampliatur sexto, vt tot suspēsiones incurrat, quot ordines sacros quis susceperit ante ætatem extra tempora, vel absque dimissorijs tangit, *Navarr. consil. final. de corpor. vitiat. & habetur per Nald. in summ. verb. suspensio nu. 5.*

10 Ampliatur septimo, vt seculares ordinati cum dimissoriis Abbatis etiam exempti incidant in pœnas huius constit. cum Abbates etiam si sint exempti nō possint concedere dimissorias secularibus, nisi habeāt priuilegium Apostolicum *S.C.T. sess. 23. cap. 6. & 10.* in terminis est decisio *Seraphini 964.* Prout etiam Priores Ordinis Hyerosolimitani non possunt dare dimissorias suis subditis secularibus, sed solum professis sui ordinis.

Digitized by Google

11 Regulares verò sufficit, vt habeant dimissorias suorum superiorum, & Episcopus ordinans poterit dispẽsare super interstitijs *S.C.T. sess.23.cap.6. Vasq.3.p.tom. 3.disp.246.cap.6.nu.55.*

12 Ampliatur octauo, vt ordinati ordinibus maioribus cum dimissorijs Capituli sede vacante non transacto anno à morte Episcopi, suspendantur ordinati verò minoribus verò perdant priuilegium clericale *S.C. Trident. sess.7. cap.10. latè Garz. de benefic. p.5. cap.8. num.95. & seq.*

13 Ampliatur nono, vt ordinati ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis etiã si qualitatibus per Concil. Tridentin. requisitis præditi sint, minimè gaudeãt priuilegio fori, sed sequuta prius declaratione Iudicis Ecclesiastici, subiaceãt Iurisdictioni seculari in omnibus, vt antea iuxta terminos *d. bullæ Sanctissimi in Domino nostri diuina prouidentia Vrbani Papæ VIII. nostri præcipuè benefactoris incip. secretis æterna prouidentiæ late sub die 11. Decembris 1624. §. Italos vero.*

14 Subampliat, vt fabricans dictas falsas dimissorias possit puniri ab illo Episcopo cuius iurisdictio est offensa in fabricatione dictarum dimissoriarum, *arg. l. nullũ C. de test. Afflict. decis.230. Ann. cons.107. par.2. Triuis. decis.8. par.2. & Franc. decis.147.* Nisi incepisset falsificare, non autem peruenisset ad perfectionem, *§ itẽ lex Cornelia de fals. l. qui falsam in princip. ff. de fals. l. pen. §. si ff. ad Syll.* nam non censetur actum id quod nõ est reductum ad consumationem per propriam formam, *l. si is qui §. sed si opus ff. ad l. falcid. faciunt dicta per nos supra de monet. fals. declar.3.*

15 Declaratur autem dicta nona ampliatio, & tenor dictæ const. Sanctissimi Vrbani locum sibi non vendicare in clericis vtentibus falsis dimissorijs, verũ ignorantibus esse falsas, maximè si eas receperint à viro probo, & bonæ opinionis, nam vtique non amicterent priuilegium fori, ex regula iuris tam clara, falsitatem nõ puniri absque scientia, ad *text. in l. fin. §. fin. ff. ad l. Corn. de fals. l. nec exemplũ, C. eod.* nam illa qualitas est de substantia delicti, ex quo ignorans non dicitur delinquere

quere *Gram. conſ.* 25. *Menoch. de arbitr. iudic. caſu* 186. *num.* 12. & ignorantia in dubio præſumitur, niſi probetur ſcientia, *l. verius ff. de probat. cap. præſumitur de reg. iur. Cacher. deciſ.* 24. *fusè Maſcard. de probat. concluſ.* 879. *nu.* 6. lex enim voluit obligare ſcientem, & non ignorantem, *l. quicumque* C. *de ſeru. fugit. l. generaliter* C. *de tabular. lib.* 10. *Roman. conſ.* 473. Quare niſi probetur per Fiſcum ſcientia clerici vtentis falſis dimiſſorijs nullatenus puniri poterit vigore dictæ conſti. & tradi Curiæ ſeculari, quoniam in terminis falſitatis, ſemper dolus, & ſcientia requiritur ad puniendum aliquem vtentem falſis ſcripturis *Plot. in l. ſi quando n.* 624. *C. vnde vi, Vitalian. rubr. de falſ. num.* 2. *Iodoch. in prax. crim. cap.* 123. *num.* 7. *Vvall. deciſ.* 3. *verb. falſitas*, hinc meritò videmus vtentem falſis ponderibus, & menſuris ignoranter nõ puniri pœna falſi, vt voluerunt, *Nauar. in man. cap.* 17. *nu.* 169. *Natta conſ.* 72. *nu.* 3. *Tab. in ſumm. in §. falſum num.* 10. Et ſic pariter, vtens falſo inſtrumento, niſi ſciẽs illud eſſe falſum, & eo vſus ſit euitabit pœnam falſi, *Clar. in §. falſum num.* 5. nã in ignorãte nulla cadit culpa, vt dit *Crauett. conſ.* 204. *num.* 31. *Rimin. conſ.* 640. *num.* 76. & proinde ſtatim quod per utentem falſis dimiſſorijs allegatur ignorantia, bona fides eò ipſo præſumitur ad tradita per *Illuſtriſs. D. Coccinum deciſ.* 235. & iuxta hos terminos loquebar in diſcurſu cauſa cuiuſdam honeſtiſſimę mulieris, ut euitaret crimen pollagamiæ, ex quo dicta honeſta mulier ignoranter contraxerat ſecũdũ matrimonium cum ſecundo uiro uiuente primo prę uia fide Illuſtris præfecti aciei, de firmæ cuius falſitate dubitabatur, nam falſa fides parochi aſſerentis eſſe ſolutum alterum ex contrahentibus excuſat ab omni pœna per ea quæ cumulat *D. Riccius deciſ.* 4. *par.* 3. & dixi inferius in 3. declaratione.

16 Declara ſecundo, ut clericus ordinatus ab alieno Epiſcopo, non tamen cum falſis dimiſſoriis non incurrat pœnam præfatæ conſtit. & proinde gaudebit priuilegio fori, quia Summus Pontifex Vrbanus intendit punire

punire crimen falſitatis, & ideo illa qualitas ad effectum amictendi priuilegiū fori requiritur cum ſit expreſſa ſpecialiter, & ſi voluiſſet ordinatum à non ſuo Epiſcopo priuari priuilegio fori expreſſiſſet iuxta terminos legales ſatis vulgatos, quod lex ſi voluiſſet dixiſſet, *l. vnica §. ſin autem ad deficientis C. de eadue. toll cum aliis.*

17 Ampliatur decimo, vt non ſolum ordinatus ante legitimam ætatem iuxta conſtit. Pij II. ſit ſuſpenſus vſque ad ætatem legitimā ſuperuenientem, ita vt ipſa accedente ceſſet impedimētum, vt habetur in *cap. vel non eſt compos de temp. ord. Couarr. in clem. ſi furioſus par. 1. §. 1. num. 4. Salzed. ad Diaz. in prax. cap. 26. lit. B. verſ. is vero*, ſed perpetuò ſit ſuſpenſus donec abſolutionis beneficium conſequatur, *Rebuff. in prax. benefic. par. 2. tit. de cleric. ad ſacr. ord. mal. prom. gloſ. 2. num. 8.*

18 Declaratur primo tenor conſtit. vt abſolutio, ab hac ſuſpenſione ſpectabit ad sāctiſſimum tantum, vt voluerunt *Campanil. diuerſ. iur. canon. rubr. 7. cap. 5. D. Riccius deciſ. 93. & 150. par. 4. & Maſcar. reſolut. 16. lib. 3. nu. 11.* quorum opinio procedebat de rigore bullæ Sixti, ſed hodie vigore *bullæ Clem. VIII.* firmiter tenēdum eſt impendi poſſe ab Epiſcopo, præter quā ordinatis ſimoniacè, *vt ibi habetur*, & plures memorat *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 17. num. 14.* & propterea ſi quis ordinetur ſine dimiſſorijs abſolui poteſt à proprio Episcopo, vel à ſuperiore ad quem pertinebit dare dimiſſorias, *Molfeſ. in ſum, tom. 2. tract. 2. cap. 18. n. 18. vide infra declar. 8.*

19 Declaratur ſecundo, penam harum conſtitutionū non habere locum in minoribus ordinibus, vt colligitur ex hac diſpoſitione loquente ſolum de ordinibus ſacris, *Sair. deciſ. 21. in med. & deciſ. 27. de tempor. ordin.* eſt ſancitum per bullam Clem. VIII. iuxta cuius diſpoſitionem conſului Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum Caſertanum.

20 Declaratur tertio, vt ignorantia excuſet à pœna præfatarum bullarum *D. Riec. deciſ. 283. par. 3. & 90. par. 4* ex quo bulla Pij afficit pœna

Digitized by Google

na solum scienter ordinatos contra dispositionem eiusdem *Nauarr. cons. 63. de tempor. ordinat. Sair. dec. 62. de tempor. ordinat. Malfes. in summ. in tract. de sacr. ord. cap. 2. nu. 13. & est text. in cap. eos de tempor. ordin. in 6.* & de bona fide ordinãtis, & ordinantium, quod excusentur, vide *Barbos. de potest. Episcop. q. 8. par. 1. Caualer. decis. 1.* Vnde qui testimonio parentum ante legitimam ætatem bona fide ordinatus est non remanet suspensus, *Bonac. de censur. disput. 8. q. vnica punct. 5. numero 13. versic. verum*. Nisi ignoratia esset affectata argum. eorũ quæ scripsit *Vivius decis. 34.*

21 Declaratur quarto, vt in dubio quis pſumatur ordinatus cum dimissorijs sui Episcopi, *Oldrad. cons. 215. num. 9. Tusc. concluſ. 188. lit. O.* dummodo tria concurrant scilicet vt fuerit ordinatus in publica ordinatione. Secundo præsentibus Canonicis, & tertio Cancellario siuè Notario ita *Cæsar. de Graff. decis. vnica de præsumpt.*

22 Declaratur quinto, vt literæ dimissoriales Ordinarij probentur per verba enunciatiua in instrumento ordinum, *Gomes. decis. 109. Seraphin. decis. 476. Achill. de Graff. decis. 7. & 8. de probat. per text. in c. post cessionem de probat.*

23 Declaratur sexto, vt licet ordinatus contra formam constit. sit suspensus. Tamẽ recipit characterẽ, *Verall. decis. 126. par. 1.* itaut ordo dicatur rectè collatus *Borrell. cons. 15.* & gaudebit priuilegio fori *Frãc. Mare. decis. 175. par. 1. Dom. Rice. decis. 215. par. 3. & resolut. 150. par. 2. idem Barbos. nu. 7. Graff. de effect. cleric. effect. 1. num. 634.* & ratio videtur esse, quia collatio dicitur irrita quo ad illorum exequutionem, non autẽ quo ad characterem, *Campanil. rubr. 9. cap. 1. num. 4.* & ideo gaudere priuilegio fori Doctores dixerunt.

Sed hodie post constitutionem S.D.N. Vrbani, sequuta prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fori priuilegio minimè gaudebunt, sed sæculari iurisdictioni, vt antea plenè in omnibus subiacere eos voluit Sanctissimus loco supra citato; loquendo tamen de ordinatis cum falsis dimissorijs, secus verò de or-

Digitized by Google

deordinatis ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs, nam tales non comprehenduntur in bulla Sanctissimi Vrbani, & gaudebunt priuilegio fori.

24 Declaratur septimo, quando propriꝰ ordinarius esset suspensus propter aliquam causam, nam poterit clericus ordinari ab Episcopo viciniori *cap. eos de tempor. ordin. in 6. Cened. q. 38. n. 32.* vbi tenentur ipsi ordinati probare suspensionem per declarationem Metropolitani, alioquin non crederetur ordinatis.

25 Declaratur octauo, vt superiores regulares possint absoluere subditos suspensos propter ordines susceptos ante legitimam ætatē vel absque licentia, vel per saltum, *Rodriq. q. regul. resol. 106. nu. 26. & licet Sair. de censur. lib. 6. cap. 12. num. 13. & 14.* contrarium sentiat, contra ipsum insurgit *Diana resol. 85. de dub. regul. par. 3. & idem tenet Lap. alleg. 29.*

26 Declaratur nono, vt ordinati cum dimissorijs Vicarij generalis habentis generale mandatum Episcopo in remotis agente, non incurrat pœnas huius constit. nam de iure Vicarius absente Episcopo, & in remotis agente poterit cōcedere literas dimissoriales, *text. est in cap. cum nullus §. Episcopo in remotis agente de tempor. ordin. in 6. Cresc. decis. 1. de offic. Vicar. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 222. num. 9.* vbi etiam habetur posse per eum dispensari super interstitijs.

27 Declaratur decimo, vt ordinati cum literis dimissorijs datis à Capitulo sede vacante, vel à Vicario Episcopi, post aduentum noui Episcopi, vel noui Vicarij dicantur legitime ordinati, cum literæ dimissoriæ datæ à Capitulo, vel à Vicario Episcopi, aduenientē nouo Episcopo, vel Vicario non expirent, cum sint gratiosæ datæ à facultatem habente *cap. eam te de rescript.* sed ad euitandas fraudes, & ob debitam reuerentiam, Episcopus, cui diriguntur præfatæ literæ, & celebrās ordines non debet eas exequutioni demandare, sine scientia noui Episcopi, nam aliud est, quod de iure debetur, & aliud, quod de vrbanitate debet fieri, *Gutier. can. qq. lib. 2. cap. 17. num. 2.*

28 Si-

Digitized by Google

28 Similiter, & à maiori dicendum erit de ordinatis cum dimissoriis datis ab Episcopo proprio, post mortem ipsius Episcopi, ex quo dimissoriæ datæ ab Episcopo suis subditis non expirant morte mãdantis, quoniam sunt literæ fauorabiles, & contineant gratiam, quæ non se expirant morte ipsius, in quibus defuit tãtũ exequutio, & vsus illarum *Cardin. clem. fin num. 9. q. 5. de elect. Rebuff. in prax. benefic. inform. liter. dimiss. n. 43. Villadieg. de deleg. q. 16. num. 25. Nauarr. cons. 5. de refeript. Perez lib. 2. ordin. tom. 2. Addit. ad Diaz cap. 20 Guttier. lib. 2. pract. q. 75. nu. 3. Eman. Sa verb. dimissoria num. 1. Sair. decis. 51. de tempor. ordin. latè Cened. can. q. 37.*

29 Declaratur vndecimo, vt ordinati contra formam harum constit. sint suspensi ab ordinibus susceptis, non autem alijs, in quibus si ministrauerint non sunt irregulares, vt habetur in d. bulla quæ cum sit pœnalis nõ est extendenda, *Tolet. in summ. lib. 1. cap. 45. num. 10. Hostiens. in cap. dilectus filius de tempor. ordin. Siluest. verb. suspensio num. 5. Abb. in cap. cum dilectus nu. 20. de censur.*

Verum caueant sic ordinati durante suspensione accipere maiores ordines, quia dicerentur promoti per saltum, *Abb. in cap. fin. nu. 2 de apost.*

30 Declaratur duodecimo, vt ordinarius possit ratificare ordinationem sui subditi factam ab alio Episcopo, *cap. salomitana, & ibi glos. in verb. ac si 63. dist. & in cap. illud glos. fin. dist. 61. optimè Verall. decis. 1. verb. ordinatus*, vbi inquit requiri ratificationem fieri per ordinarium, vel eius officialẽ habentem speciale mandatũ, vel Episcopus ageret in remotis, nec aliquam pœnam suspensionis pariter incurreret Episcopus ordinans, *cap. Lugdunensis 2. q. 2. glos. in cap. nullus alterius in fi. 9. q. 2. Maiol. de irregul. lib. 4 cap. 2. nu. 7.*

31 Verum si ordinatio esset facta cum falsis dimissorijs ab alieno Episcopo dicerẽ, non posse ratificari ordinationem sui subditi ad effectum euadendi pœnam priuationis priuilegij fori, siquidem vi falsitatis commissæ videtur acquisitum ius laicæ potestati pro su-

Digitized by Google

biectione ipsius delinquentis, & proinde ista ratificatio non traheretur in præiudicium Iudicis secularis, arg. notat. per *glos. & Bart. in l. bonorum ff. rem rat. hab. Dec. cons. 226. num. 6. Paris. cons. 12. nu. 17. lib. 4. Sarnen. super reg. de iur. quæsit. non toll. & Verall. loc. mox cit.*

Nec obstare videtur verba eiusdem bullæ puta vt requiratur declaratoria Iudicis Ecclesiastici, ad effectum amictendi priuilegiũ fori, & proinde ante declaratoriam nullum ius acquisitum sit Iudici laico, Nam faciliter respondetur per vulgatam regulam, vt declaratio nihil noui inducat, *l. heredes palam ff. de testam. DD. in cap. pastoralis §. verum de appell. Nauarr. in c. cum contingat de rescrip. remed. 6. num. 7. nec de nouo addit Menoch. cons. 753. nu. 20. Macer. resol. 3. lib. 1. nu. 12. latè Gabr. cons. 3. de reg. iur. & Card. Tusc. conclus. 86. per totam lit.* D. *& Gabriel. conclus. 4. de reg. iur.*

32 Declaratur decimotertio, vt irregularitas non contrahatur, nisi per celebrationem. Et licet aliqui firmauerint, vt accipiens ordinem presbiteratus, ex vi solumodo ordinationis, antequam ipse solus alias celebret, contrahat irregularitatem, ex quo qui ordinatur Presbiter, consecrat cum Episcopo, & vtitur ordine presbiteratus, vt per *Cauarr. in cap. alma mater par. 2. §. 3. num. 5. Nauarr. cons. 8. de cleric. excommun. ministr. Bonacin. de sacram. disp. 8. quæst. vnic. puncto 5. nu. 13.*

Attamen hæc opinio licet sit ab illis insignibus Doctoribus amplexa, alijs non minoris authoritatis, displicere videtur, & contrariam vti benigniorem sequuntur hanc rationem assignantes, nam dictam celebrationem facit sacerdos non ea intentione, vt tanquam sacerdos sacrum dicat, cũ de missa nihil aliud faciat, quam proferre verba consecrationis, sed ea profert tanquam appendicem ad ipsam assumptionẽ ordinis passiue, & non reformaliter intendit actus ordinis exercere, *ita Medin. in summ. lib. 1. cap. 11. §. 8. Emin. in summ. par. 1. c. 68. conclus. 2. Henriq. lib. 4. c. 3. §. 6. in fin. Suar. tom. 5. de censur. disput. 31. sect 1. nu. 71. Sair. eod. trac. lib. 4. c. 16. nu.*

Digitized by Google

u.23.& lib.6.cap.12. num. 1.Auil.in ſum.tract. par.3. iſp.5.dub.7.verſ.dico ſecun lo, & Bellet. diſquiſ clerie. .1.tit.de diſcipl.xlerie.§.5. u.37.

Declaratur vltimo, vt œna huius conſti. non in- urratur ab ordinato ante etatem legitimam ſi dese- iſſent aliqui dies, vt aliqui outant per regulam illam vt defectus modici tempo- is non habeatur in cõſide- atione per ea quæ cumu- at *Gratian.diſcept.forenſ.c.* 51.*num.7.& Viuian.deciſ.* 7.*num.*13. vbi habetur de- ectum duorum annorum non vitiare immemorabi- em, & ſequitur *Dom.Rice, de probat.iuriſp.cap.9.*

Sed contrarium videtur eſſe verius, nam quoties lex acit mentionem certi an- i, vel certorũ annorũ intel igi debet de annis perfe- tis per lapſum 365.dierum vt benè notauit ex illo tex. *Alciatus in l. anniculus de verbor.ſignific.& conſidera- uit Rot. in vna Præneſtina Caſtanearum* 15.*Septembris* 1597.*coram Penia teſte Fa- rin.deciſ.* 175.*par.* 1.*in re- cent.* Quarè meritò *Graff.in ſing.conſ.6. de regul. num.*1. firmiter ſentijt profeſſionẽ inualidam cenſeri ante an- num ſi deficerent aliqui dies, ex quo quando lex ge- neraliter loquitur, etiam minimum comprehendit, *per tex.in cap.3.de appellat. cap. ſi proponente de reſcrip. & cum S. C.T. ſeſſ.*25.*c.*15. generaliter loquatur, vt nõ fiat profeſſio ante 16. annũ expletum, etiam ſi deficeret vnus dies nulla eſſet profeſſio, aſſerens habere locum etiam in anno biſextili, nam ſi vna dies non addatur non valet profeſſio.

Et ideo licet nullus virtute S.C.T. ſeſſ.23. cap. 12. Nullus poſsit promoueri ad ordinem ſubdiaconatus ante 22. ad diaconatus ante 23. & ad presbiteratus ante 25. adeo vt ſufficiant tales anni eſſe incepti, vt per *Gutier. can.qq.cap.*16. *num.*8. *Monet.de diſtribut. quotid. q.*19.*nu.*12.*par.*2.

Tamen non dubitatur quin ordinandus ordine ſubdiaconatus debet eſſe conſtitutus in 21. anno cõpleto, & ſic de Diaconatu, & presbiteratu, ex quo anno ſi deficiat vnus dies incurritur pœna harum conſtitut.

Ad materiam ordinato-

Digitized by Google

rum ante ætatem legitimã vide larè *Barbos. alleg. 16. par. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Tenor decreti Clem. VIII.*
2 *Pœnitentiarij regularium quando absoluere possint & quos nu. 3. 4. & 5.*

De Pœnitentiarijs pro regularibus.

Decretum Clem. VIII.

1 ANo *Domini* 1593. *sub die* 26. *Mensis Maii bonæ memoriæ* Clem. VIII. in decreto circa casus pro regularibus pro reseruãdis inter alia voluit, *Vt superiores in singulis domibus deputent duos, tres. aut plures confessarios pro subditorum numero maiori, vel minori, ijque sint docti prudentes, ac claritate præditi, qui non à reseruatis eos absoluant à quibus etiam reseruatorum absolutio committatur quãdo casus occurrerit, in quo eã debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit.*

2 Quare constituas regulã quod tales pœnitentiarij sũt delegati, nec possunt à reseruatis absoluere, nisi habeant facultatem expressã à superioribus.

3 Quam regulam amplia primo, vt dicti confessarij deputandi non indigeant approbatione Episcopi etiã quo ad nouitios, ita *Megal. par. 3. cap. 9. nu. 29.*

4 Amplia secundo, vt possint non solum absoluere patres, & fratres domus, vel conuenctus, sed etiam alios Patres, vel fratres exteros illuc venientes etiam à reseruatis in suis domibus, & idem dicendum est de familiaribus laicis infra septa monasterij commorantes, *Peregr. in compend. priuileg. verb. absolutio quo ad regulares.*

5 Amplia tertio, vt præfati pœnitentiarii possint absoluere Patres, vel fratres domus à quibuscumque casibus si expresse non fuerint reseruati, & ratio videtur esse, nam licet in decreto supranominato sint explicati illi vndecim casus, qui reseruari possunt. Tamen illi non censentur reseruati nisi hoc de omnibus, vel aliquibus tantum expressè protestatus fuerit superior, vt

Digitized by Google

vt post *Suarez*, & Megal. refert Molfes. in *summ. trac. 7. cap. 20. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Tenor extrauagant. Ioann. XXII. incip. perlectis.*
2 *Percussio clerici leuis, qua qua dicatur.*
3 *Percussio grauis, vel leuis ex qualitate percussionis, & quantitate nocumenti cognoscitur.*
4 *Percussio an dicatur grauis, si membrum nõ fuerit mutilatum, sed debilitatum.*
5 *Percussio dicitur grauis, si oculus fuisset erutus, & quid de ossis effractione nu. 6. & quid de dentis effractione num. 7.*
8 *Percussio grauis an dicatur mutilatio digiti vel auriculæ nu. 9.*
10 *Percussio grauis dicitur depilatio capillorum, vel barbæ.*
11 *Percussio grauis dicitur magna sanguinis effusio. Declara nu. 12.*
13 *Percussio modica cum pugno palma, manu digito baculo, vel lapide, non relinquẽs sigillationem, liuorẽ vel maculam carnis non dicitur grauis.*
14 *Iniuria leuis dicitur spuere in faciem Clerici.*
15 *Percussio grauis cognoscitur ex dignitate personæ.*
16 *Percussio dicitur grauis in personam Prioris.*
18 *Constituti in dignitate, qui dicantur ad hoc, vt percussio dicatur grauis nu. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.*
27 *Canonici an dicantur constituti in dignitate.*
28 *Percussio dicitur grauis facta à filio in patrem, & quid in auum nu. 29.*
30 *Percussio dicitur grauis ex modo percutiendi.*
31 *Percussio dicitur grauis respectu loci.*
32 *Absolutio an possit dari ab Episcopo ob percussionem leuem facta in foro publico.*
33 *Personarum multitudo in quot verificatur.*
34 *Ecclesiarum nomine, quæ veniant ad hoc vt percussio dicatur grauis facta in eis.*
35 *Percussio dicitur grauis si fuerit facta coram Iudice.*
36 *Percussio dicitur grauis ex aliquibus circumstantijs.*
37 *Percussio an sit grauis, vel leuis arbitrio ordinarioꝝ relinquitur à quo appellari potest.*
38 *Absolutio à can. si quis suadente*

Digitized by Google

dente Diabolo an peti possit per procuratorem.
39 *Percussio grauis an possit absolui à maiori pœnitentiario, vel à legato de latere num.* 40.
41 *Percussio grauis occulta absoluitur ab Episcopo.*
42 *Percussio grauis facta à personis priuilegiatis absoluitur ab Episcopo, & qui dicantur priuilegiati nu.* 43.44.45.46.47.48.49.50 51.52.53. & 54.
55 *Absolutio à can. si quis suadente datur satisfacta prius parte, & quid si pars nõ reperiretur n.* 56.

De percussione clerici graui, vel leui.

Super extrauag. siuè constitutione Ioannis XXII.

1 QVoniam sæpè sępius contingere solet, & quotidie dubitatur pro intelligentia textus in cap. si quis suadente Diabolo, quæ censenda sit percussio clerici grauis, & quæ leuis merito sanctissimus Ioãnes XXII. in eius extrauag. siuè constit. incip. perlectis certam regulam constituit in hac materia sub hoc verborum tenore.

2 *Respondemus (Inquit Põtifex) illam videlicet esse modicam percussionem, aut aut impulsionem pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad liuorem; mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis non peruenit. Nec si tam leuissimi ictus, aut pugni percussione sanguis exiret transire in atrociorem iniuriam profitemur, vt propter hoc sit ab absolutione talium abstinendum. Volumus tamen, vt non solum ipsum factum, verum etiã facti qualitas, perutiendique modus, aut iniuriandi, circa hoc diligentius attendatur, cum omnibus suis circumstantiis, loci, videlicet, personæ, & alijs, vt quæ sit leuis, vel modica, grauis, aut enormis iniuria manifestius cognoscatur. Loci quidem, vtrum in theatro, vel in foro, coram Rege Prælato vel Iudice, in Ecclesia coram multis, vel alio loco publico alicui iniuria inferatur. Persona veluti si Magister, aut Iudex, aut Magistratus, aut prælatus, Pater, aut patruus, vel ali-*

Digitized by Google

aliquis in dignitate, vel personatu constitutus ab inferiori, vel humili contra naturam iuris patitur. Per hæc quidem graues videantur iniuriæ, & quæ sint tales aut modicæ ex opposito cognoscãtur. Sana quia negotii natura non patitur, vt ad plenũ omnia differantur, iudicium talis enormis iniuriæ vestro duximus arbitrio cõmittendum. Admonentes, vt potestatem vestram cum ad hæc processeritis, ita temperetis, vt citra metas huiusmodi potius quam vltra eas circa absolutionem talium procedatis, ne iniuriantes de vicina absolutione confisi, de facili in actiones prorumpant, percussiones, vel iniurias, & sententias canonis iam periculosius continentes in excõmunicationis sententias procliuius prolabantur. Tolerabilius est enim aliquos qui per vos etiam possunt absolui nobis, vel superiori absoluendos relinquere, quam cõtra statuta canonum imagine absolutionis (quod non fit, nisi grandi peccato) quædam relinquere innodatum, cum vmbra quædam videatur in opere, veritas autem non subeat in effectu.

3 Ex qua extrauag. optimè colligitur quænam sit percussio grauis, & quænam leuis. Vnde Summus Pontifex mandauit Primo, percusionem esse grauem, vel leuem ex qualitate percusionis siuè quantitate nocumenti, & proinde modica percusio pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ nõ peruenerit ad liuorem, mutilationem mẽbri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis, non dici grauem, sed leuẽ, adeo vt possit talis percutiens absolui ab Ordinario, *Viuius commun. opin. lib. 1. tit. 12. nu. 10. pag. 196. Clar. § fin. lib. 5. quæst. 77. nu. 14. Macer. resol. 11. num. 7. lib. 3 Guttier. can. lib. 1. cap. 3. nu. 12. & seq. Sair. de censur. lib. 3. cap. 28.*

4 Sed quid dicendum si membrum non fuerit mutilatum, sed tatum debilitatum, & redditum inhabile ad suum munus, an percussio diceretur leuis, & prima facie videretur dicendum esse leuem, ea nempe ratione, nam dum Pontifex potuit exprimere, & non expressit verba ipsius non sũt extendenda, nam si aliud vo-

dreæ Ciuitatis Cauensis à decreto interposito per Vicarium dictæ ciuitatis, & vide *Margar. casuum conscient. verb. appellare vers.* 1 vbi hæc clausula appellatione remota in medio literarum posita respicit præmissa, quibus annectitur, nõ sequentia, nisi repetatur in fine literarum, & hoc si negotia sint separata per *text. in cap. inquisitioni tuæ de appellat.*

9 Est etiam singulariter notãdum verba prædicta tam in dispositione Conciliari quam Pontificia apposita, nempe (appellatione remota &c.) esse intelligenda quando aliqua contentio inter regulares ex improuiso in processionibus superuenire solet, vbi nulla causæ cognitio, neque tempus neque locus permittit, & tunc Episcopus omni appellatione remota breuiter summariè decidere debet controuersiam præcedentiæ, vt scandala euitentur, secus autem si in huiusmodi controuersijs esset introducta lis formalis in aliquo Tribunali, vel vbi adesset tempus, & lis via ordinaria posset introduci, vel esset introducta, nam eo casu cessare videntur mens S. C. T. & huius bullæ dum deficiunt scandala, & consequenter admictendam esse appellationem, vt in proprijs terminis Concilij loquitur *Rodriq. qq. reg. tom. 3. q. 37. ar. 3. in fine.* maximè vbi constaret de bono iure petentis ob terminum forsitan ad pinguius probandum, & non posita ponendum, & appareret grauamẽ notorium, nã illa clausula omni appellatione remota nihil operatur, vbi constat de grauamine notorio, *Verall. decis. 33. par. 1. Cæsar de Graff. decis. 2. nu. 8. de solut. Marta qui plures cumulat referens sæpius in Rota iudicatum in tract. de claus. p. 1. claus. 12. num. 7. & 8. Gonzal. super reg. cancell. 8. gl. 9. nu. 245.* vnde per illam non tollitur appellatio si Iudex dolo malo sententiauit, vel lata culpa iuxta notata per *Scacc. de appellat. q. 16. n. 83.* Et ideo venit dicendum clausulas prædictas respicere solummodo friuolas, & non legitimas appellationes, *Lancellott. de attent. c. 12. lim. 8. num. 42. Farin. in fragm. crim. verb. Iudex num. 962. par. 2.* & sic fuit iudicatum in causa præcedẽtiæ

tię inter Reuerẽdos Fratres Minimos S. Franciſci de Paula in Nuntiaturæ Tribunali huius ciuitatis corã D. Auditore Cappelletto, quo obtẽtus fuit terminus ad non probata probandũ, & non poſita ponendum ex dictis per *Gratian. diſcep. forenſ. cap. 536. num. 18. & Vuium deciſ. 69. num. 9. & ſeqq.*

10 Habetur etiam in dicta conſtit. (*quod quando non probatur aut non conſtat de quaſi poſſeſſione præcedentiæ huiuſmodi, inter Fratres quidem mendicantes ÿ qui antiquiores ſunt in loco controuerſiæ præcedere debent*) *& ita D. Riec. reſol. 101. p. 2. in præx. ſupè Caualer. deciſ. 588. nu. 4. & 5.* nam præcedentia debetur religioni antiquiori, tam ratione fundationis, quam ingreſſus ciuitatem idem *D. Riec. dec. 131. p. 1. & Caual. deciſ. 594.* etiam ſi eſſet antiquior per horam *D. Riec. reſolut. 203. Menoch. de arbitr. iudic. eſtim. 1. caſu 48.* Niſi antiquiores non haberent collegium, nam tũc erint præferendi religioſi poſtea ingreſſi *Caualer. d. deciſ. 594. nu. 4.* vbi inquit collegium ad effectum, de quo loquimur cõſtitui ex tribus perſonis, maximè ſi ibi præſit Prior, cuius officiũ importat iuriſdictionem idem *Caualer. deciſ. 649.*

11 Regulariter autem notabis, quod Monachi congregationis Beatæ Mariæ Ciſtercien. S. Benedicti præferuntur omnibus Fratribus Mendicantibus in proceſſionibus omnibuſque alijs actibus publicis, vt per *bullam Clemẽt. VIII. die 9. Februarii* 1599.

12 Similiter & Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo tam in publicis proceſſionibus, quam in funeralibus præcedunt Fratres B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum vt per *bullam eiuſdem Clement. VII. incip. decet Romanũ Pontificem, vt in nou. bull. tom. 3. bulla 95.* & quod Ordo Carmelitarum præcedant Fratres Sanctæ Mariæ de Mercede, *cenſuit Rota in vna oriolen. præcedentiæ 10. Maii* 1600. *coram Litta, & eſt deciſ. 26. par. 2. in recent.* ea nempe ratione nam ordo Carmelitarum fuit inſtitutus ante Concilium generale de quo *in c. ne nimia de relig. dom. probatur in cap. fin. §. ſanè ad*

præ-

Digitized by Google

prædicatorum eod. tit. in 6. & iuxta hanc opinionem sæpius tam à sacra rituum Cõgregatione, quam à Rota fuisse iudicatum testatur eadem *Rota in una Salernitana præcedentia 2. Iunÿ* 1625. *coram Buratto.*

13 Ita etiam Fratres Minores de obseruantia in omnibus actibus habẽt locum magis dignum, quam Fratres Conuenctuales, vnde ipsi Fratres Crucem in loco digniori deferre possunt, sic motu proprio declarauit *Leo X. in bulla incip. licet alias die* 6. *Decembris* 1517.

14 Sic pariter Fratres Ordinis Prædicatorum obtinẽt primum, digniorẽ, & honorabiliorem locum inter cęterorum quorumcumque aliorum Ordinum Mendicãtium religiosos, & etiam non Mendicantes post Clerũ fęcularem, & antiquos ordines monachales, *iuxta declarationem Pii V. in bulla incip. diuina disponente clementia die* 27. *Augusti* 1568. & idem statuit *Clem. VIII. in bulla incip. inter cætera.*

15 Monachi verò Cœlestini præcedunt Monachos Oliuetanos, quia cœlestini sunt antiquiores origine, & confirmatione Oliuetanis, vt fuit dictum *in una Salernitana præcedentia die* 14. *Martÿ* 1622. *corã Emin. Card. Caualerio bonæ memoriæ, vt in eius decis.* 588.

16 Circa autem præcedentiam eorũdem Oliuetanorum respectu Monachorũ Montis Virginis in Terra Ayrolæ adest *decisio Rotæ in una sanctæ Agathæ Gothorum præcedentia die* 13. *Maii* 1622. *coram eodem Caualerio, vt in eius decis.* 594. *& coram Buratto in eadem die* 29. *Maii* 1624. quę cum adhuc non sit tipis mandata, ideo visum est illam de verbo ad verbum inserere.

Decisum fuit coram Reuerendissimo Domino Caualiero S. D. N. Datariæ Monachos Oliuetanos debere præcedere Monachos Montis Virginis in Terra Ayrolæ. Non quidem respectu antiquitatis originis eorum ordinis, vel Monasterÿ in dicta Terra, sed ex eo quod in Terra prædicta Monachi Oliuetani habent collegium formatum, & Monachi Montis Virginis illud non habens, vt legitur expressum in bulla S. memoriæ Pauli V. in bullario 89. *in qua mandat monachis montis Virginis, quod*

in

in loco controuerso Ayrola resideat vnus tantum monachus, & conuersus, qui collegium constituere nõ possunt cum requirantur saltem tres l. neratius ff. de verb signific. glos. in cap. nobis, & ibi Ioa. de Anan. nu. 14. Anchar. nu. 17. de iur. patr.

Et ideo residentibus ibidẽ Monachis mõtis Virginis, vti particularib⁹ debetur precẽdentia monachis Oliuetanis tãquã collegio Dec. conf. 161. in fi. vers. quia ad hoc respõdetur Cassan. in chatalog. glor. mund. par. 4. consider. 52. col. 2. vers. sed intellige Ioa. Piccard. inter Cons. Menoceb. cons. 52. num. 137. Selua de benefic. par. 1. q. 2. nu. 83.

Non obstat si dicatur in eadem bulla fuisse indultum, quod si forte cõtingerit, quod si domus Ayrola ad formam monasterij redigatur competenterque dotetur restituatur sub Abbatis, vel Prioris titulo respectiuè gubernanda, & ideo quod cum hodie probetur per testes, adesse priorem cum pluribus monachis præsumatur satisfactũ bullæ prædictæ, & debeant præcedere monachi montis virginis collegialiter modo ibidem residentes.

Quia quidquid dicant testes hinc inde examinati, ea bulla habeat decretum irritans. & clausulam sublata) cum alijs pragnantissimis per quas derogatur cuicumque consuetudini, non vsus allegari non potest, nisi concurrente scientia, & consensu Papæ, Rota Romana concordia Sancti Petri in recent. decis. 121. num. 4. 5. & decis. 246. nu. 1. par. 1. recentior. & requirat, quod habitatio ad formam monasterii sit redacta, quodq; ex redditibus saltem sex monachi alipossint, ac Capituli generalis consensus accedat, & demum protectoris, & de his non doceatur, negari nõ potest, quin dici nequeat collegium resistẽte Papæ voluntate Bald. in l. 1. §. quibus in prine. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Soec. in l. §. municipis nu. 4. vers. & sic põt ff. de aqui. poss.

Neque de publicatione bullæ prædictæ dubitari potest, cum reperiatur impressa in bullar. Rot. decis. 301. par. 2. diuers. & in recent. 298. n. 2. par. 2. & illius adimplementum monachi prædicti montis Virginis, articularunt, & probare conati sunt.

Fuit propterea cõclusum standum esse in decisis vtraque parte informante.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Canonici, & presbiteri obtinentes beneficia, & officia Ecclesiastica possunt compelli ad omnes publicas processiones, quamuis beneficia sint nullius redditus nu. 2. tam in possessorio, quam petitorio nu. 4 non autem priuatas n. 13.*

3 *Clerici etiam exempti beneficiati tenentur accedere ad processiones.*

5 *Regulares cogi possunt ad accedendum ad processiones, quamuis sint exempti nu. 6. sed quibus pœnis nu. 7. Declara vt nu. 8. & 9.*

10 *Sacerdotes beneficiati inseruientes Ecclesijs religionis Hierosolymitanæ compelli possunt accedere ad publicas processiones.*

11 *Episcopus cum Consilio Capituli potest edicere quo processiones dirigẽdæ sint.*

14 *Clerici vel Sacerdotes nullam officium, vel beneficium obtinentes non possunt cõpelli accedere ad processiones, nisi esset consuetudo in contrarium n. 15. & quid de exteris nu. 16.*

17 *Processiones adire tenentur vocati saltem per edictũ.*

18 *Priuilegiati, & exempti ab accessu ad processiones, & semel ad eas accesserint non iterum compelli possunt.*

19 *Regulares non tenentur accedere ad Ecclesias extra propria monasteria pro celebratione orationis 40 horarum.*

De processionibus, & qui ad illas compelli possint.

Decretum S. Congr.

1 *COngregatio Concilii Et fuit Episcopum posse cõpellere Canonicos, & alios presbiteros beneficia, & alia officia Ecclesiastica obtinentes, vt accedant ad omnes, & quascumque processiones publicas, vel indictas pro bonore vel bono publico sub die 17. Iulij 1597.*

Vnde non solum habentes beneficia possunt cogi ad accedendum ad processiones, sed etiam officia in Ecclesijs, vt habetur in d. decret. S. C. & ante volnit, *Lanfranc. decis. 33. p. 2.* ratioque videtur esse, nam idem sapit beneficium, & offi-

officium cap. ad hæc de præbend. *Farinac. in recollect. decis.* 198.

2 Quæ conclusio ampliatur primo procedere etiam in obtinentibus beneficiũ tenue, *arg. tex. in cap. si proponente de rescript. cap. conquerente de cleric. non resident.* etiam si esset sine redditibus, nam posset dici beneficium, *Gomes. decis.* 2.

3 Ampliatur secundo, vt Clerici omnes dioceſani quantumuis exempti, & quamuis non sint præsbiteri, si beneficia etiam simplicia in dioceſi obtineant possint compelli ab Episcopo, & teneantur accedere ad processiones, *vt censuit eadem Sac. Congregatio sub die 9. Maii 1597. teste Farin. in recollect. decis.* 179 iuxta quam declarationem Sac. Congr. iudicauit Curia Archiep. D. *Ricc. decis.* 90. *par.* 1.

4 Ampliatur tertio, præfata conclusio procedere tã in possessorio, quam in petitorio *S. C. T. sess.* 25. *c.* 1. *de regul.* extat declarat. eiusdẽ Sac. Congreg. & ante eam est punctualis *decis. Cappell. Tholos.* 485.

5 Ampliatur quarto, vt nõ non solum clerici beneficiati, sed etiam regulares possunt compelli ad processiones prout censuit Sacra Congr. per hæc verba.

Congreg. Conc. censuit posse Episcopum compellere regulares ad publicas processiones accedere recusantes facultate sibi tributa *decreto Conc. c.* 13. *sess.* 25. *de regul.* & controuersias præcedentiæ amota omni appellatione componere ad præscriptum d.c. 13. obseruata tamen, quo ad regulares, & confraternitates constit. Sanctæ memoriæ Gregor. XIII. hac de re ædita.

6 Imò quamuis regulares essent exempti adhuc cogi possent, *vt eadem S. Congr. declarauit sub die* 22. *Ianuarii* 1598. *apud Farin. in recollect. decis* 210. non so-

7 lum pœnis pecuniarijs, vt refert *Gratian. decis.* 232. sed etiam censuris *Maeer. resolut.* 35. *lib.* 2. nam regulares circa ea, in quibus subduntur locorũ Ordinarijs, vel ab illis compelli possũt vigore Conc. possunt excõmunicari, siquidem *Concil. Trid. sess.* 25. *cap. si. de regul.* mandat obseruari omnia decreta de regul. non obstantibus priuilegijs, & deputat

putat exequutores Episcopos, & cum nulla sit habenda ratio priuilegiorum, nec Concilium restringit modum compellendi, remictitur arbitrio ipsius Episcopi *l.1.ff.de iur.delib.* nec priuilegium tollit hoc arbitriũ, quod Concilium concedit Episcopis, vnde infertur *bullam Pii IV.* per quam abrogantur omnia priuilegia contraria Concil. Trid. & in casibus Concilij videtur offendi iurisdictio Episcopi, quo casu ad Iudicem offensæ iurisdictionis pertinet cognitio non ad proprium, & ratione offensæ iurisdictionis quis alias non Iudex efficitur Iudex iuxta notata *in cap. primo de nou. oper. nunciat. & in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. idem probatur in l. nullum C. de test.* & dum datur authoritas, datur, & coarctio, & concessa iurisdictione censentur concessa omnia sine quibus exerceri nõ potest, *l.2.ff.de iurisd.omn.iudic. c. præterea de offic. deleg. latè Card. Tusc. conclus.77.lit.A. tom.* 1. & ita censuit Sacra Congregatio, vt regulares qui non accedunt ad processiones ab Episcopo indictas possint ab eo puniri per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia, vt testatur *Zerolain. prax. Episcop. verb. excommunicatio causæ materialis num.4. nouiter Dian. resolut. 76.par.3.pag.92.* & ad quas processiones compellere valet Episcopus tales regulares idem *Dian. resol. 106. pag.105.*

8 Verum illi regulares, qui sub strictiori clausura viuunt, & qui absunt à ciuitate vltra dimidium miliare. Sac. Congreg. declarauit non posse compelli teste eod. *Gratian. loc. cit. D. Ric. in prax for. Eccles. decis. 361 par.1. in antiq. & decis. 131. par.1. Farinac. in recollect. decis.24.* Nisi causa esset ardua prout practicauimus de anno 1631. tempore flagelli Montis Vesuuij, nam hoc casu absque exceptuatione personarum interfuerunt processioni generali indictæ per Eminentissimũ D. Cardinalem Boncompagnum nostrum integerrimum, ac sanctissimum Pastorem iuxta decis. *Cappell. Tholos.484.*

9 Prout etiam Benedictini, & Cistercienses eximuntur, nec inuiti compellun-

Digitized by Google

tur ab Episcopo interesse processionibus, aut funeralibus Principum, vt tenent *Henriq. in summ. lib. 7. c. 26. §. 3. Eman. q. 26. art. 2.*

10 Ampliatur quinto, vt sacerdotes beneficiati inseruientes Ecclesijs religionis equitũ Hierosolymitanorum compelli possint accedere ad publicas processiones, nullæ enim immunitates Religioni Hierosolymitanę concessæ obtant, quo minus eius sacerdotes inseruientes Ecclesijs vocari debeant ad processiones, & nisi accedant compelli, prout sæpè declarauit *S. Cong. Con. Trid.*

11 Ampliatur sexto, vt ad Episcopum cum Consilio Capituli spectet constituere, atq; edicere quo, & qua processiones dirigi, & ad quas Ecclesias perduci debeant, prout declarauit eadem *Sac. Congr.*

12 Declaratur modo prefata conclusio, vt solum possint clerici, & regulares cogi ad processiones generales, de quibus loquitur S. C T. non autem ad particulares, *Leuia de exam. Episc. lib. 6. cap. 28. num. 13. vbi nu. 14.* illæ dicuntur processiones particulares, quæ pro causa particulari fiunt, generales verò quæ fiunt per Ecclesiam statutis diebus, puta in processione Sanctissimi Corporis Christi, in litaniis generalibus, in Iubileis, in processionibus quæ fiunt pro electione Sũmi Põtificis, salute Regum pro peste, vel pro alia publica necessitate ex ea ratione, quia quod omnes tãgit, ab omnibus generaliter erit approbandum, & adiuuandum, & debent esse participes laboris, sicut, & vtilitatis, nam publicæ processiones, seu litaniæ sunt tres in iure. Prima, Diui Marci Secunda Rogationum c. rogationes de consecrat. dist. 3. Tertia, Corporis Christi Conc. Trid. sess. 13. cap. 5. & 6. Item secundum consuetudinem antiquam locorum soliti sunt accedere, vel quę pro bono pacis Ecclesiæ, vel pro victoria contra infideles inducuntur, prout in bulla Pij V. incip. & si mendicantium, & tandem in vacatione Ecclesiæ Cathedralis pro impetrãdo à Deo bono Pastore, Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. vel in aduentu legati, aut noui Episcopi, vt remittitur arbi-

Digitized by Google

arbitrio Episcopi, quæ sint istæ processiones indicendæ pro bono publico, vel ex magna causa, prout decreuit Sac. Congreg. Conc. Trid. & denique publicæ processiones dicuntur vbi adest Prælatus Conc. Proninc. Neap. cap. 38. de proces.

14 Declaratur secundò, vt clerici imò Sacerdotes nullum officium aut beneficium Ecclesiasticum in ciuitate, vel dioecesi obtinentes nequeunt ab Episcopo compelli accedere ad processiones, vt declarauit *Sac. Congr. sub die 9. Maii 1597. apud Farin. in recollect. decis. 179.* & colligitur ex primo *decreto S. Congr. nu. 1.* quod videtur comprehendere solum habentes officia, & beneficia Ecclesiastica, nō autem alios, dum de eis nullam mentionem fa-
15 cit. Nisi adesset consuetudo in contrarium, prout extat in hac ciuitate Neap. in qua omnes tenentur accedere sub pœna suspensionis siuè sint beneficiati,
16 sinè non. Verum si clerici essent exteri, ex quo eis deficit commoditas, & ornatus necessarius excusarentur, nisi inseruirent alicui Ecclesiæ mediante mercede designata, & sic passim obseruatur, nam aliquando tales vti impediti petunt licentiam exemptionis pro illa vice à Reuerendissimo Domino Vicario.

17 Declaratur tertio, vt hi qui teneantur accedere ad processiones debeant vocari, & hoc rationabiliter, non solum primo, vt si ire nollent, non excusarentur, sed ad hoc, vt sciāt horam, qua processio fieri debeat, vel vocari virtualiter, vt quia sciunt diem consuetum, & sic opus est vocari saltim per ædictum, vt practicatur Neapoli, & quod vnica monitio sufficiat *glo. in cap. si Episcopus 18. dist. Afflict. in const. inconsutilem num. 56.*

18 Declaratur quarto, vt si religiosi ex priuilegio eis concesso habeant, vt non teneantur ire ad processiones, si ab Episcopo vocati pluries accessissent, non debeant iterato eodem modo accedere, tum quia priuilegium est facultatis, & possint ire, si velint, & si nolint abstinere, tum etiam quia præcario videntur accessisse, & sic nullum ius Episcopo videtur acquisitū

Digitized by Google

vt in specie determinauit *Calder. cons.8. de regul. voluit etiam Felin. in cap. dilectus nu.7. de offic. ordin.*

19 Declaratur quinto, non teneri regulares accedere ad Ecclesias extra propria monasteria pro celebratione orationis 40. horarum, sed quãdo toti populo oratio indicitur, tenentur in proprijs Ecclesiis huiusmodi orationi vacare iuxta declarationem Sac. Congreg. quam testatur *Genuens. in prax. Cur. Archiep. cap.64. num. 3.*

De reliquis autem ad ornatum huius materię vide *Roderic. q. regul. tom. 3. q. 36. artic. 1. Zerol. in prax. Episc. verb. processiones §. 2. D. Ric. decis. 90. Campanil. diuers. iur. can. rubr. 12. cas. 13. nu. 117. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Processiones an possint fieri à regularibus extra claustra monasteriorum absq; consensu parochi stante consuetudine in contrariũ adducitur declarat. Sac. Congreg. nu. 2.*

3 *Regulares facientes processionem extra claustra an possint puniri ab Ordinario.*

De processionibus regularium extra claustra.

Decretum S. Congr.

1 FVit dubitatum in Sac. Congr. articulus iste si regulares possent facere processiones extra claustra monasteriorum stante consuetudine absque consensu Parochi, & casus cum contingisset inter Venerabile Monasterium Sancti Dominici, eiusque Fratres, ac Admodum Reuerendum D. Petrum Grimaldum benemeritum Parochum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris huius ciuitatis nos consuluit admodũ Reuerendus Pater Frater Ioannes de Altamura vitæ integritate admirabilis, & ob amorem, & singularem deuotionem quam habebat ad Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ si licito iure potuisset facere processionem cum delatione sanctissimi Sacramenti extra claustra, & licet antiquitus secundum

Greff.

Digitized by Google

Graff. conf. 20. de regul. regulares poterant facere processiones intra claustra suarum Ecclesiarũ, & per triginta passus extra claustra *ex text. in cap. antiquitus 17. q. 4.*

Tamen hodie dictę processiones non possunt fieri à regularibus, nisi seruata forma tradita à S. Congreg. tenoris sequentis v3.

2 *Abbas maior, & vniuersitas Parochorum Ciuitatis Hispalen. citatis procuratoribus Ordinum supplicarũt definiri, an regulares possint facere processiones extra claustra Monasteriorum nec non an stante consuetudine aliqua faciendi processiones extra claustra pervias publicas, sine consensu Parochi, talis consuetudo Regularibus suffragetur, & sit attendenda.*

Et sacra Rituum Congregatio ad tollendas difficultates, quæ quotidie oriuntur circa processiones fiendas tã per Regulares, quam per Confraternitates in Ecclesiis Regularium inhærendo decretis aliàs in similibus factis, & signanter in Cæsaraugustana 17. Martij 1617. Censuit in processionibus fiẽdis tam per Regulares, quam Confraternitates laicorum, ita in posterum seruari debere, vt in Ecclesiis habentibus claustrum, processiones fieri non possint, nisi intra claustra, & non extra. In Ecclesiis verò carentibus claustra fieri possint intra ambitum, hoc est prope muros Ecclesiæ, siue exeundo à ianua ecclesiæ, & intrando per aliã siue per eandem, & semper prope muros Ecclesiæ, extra verò ambitum Ecclesiæ non licere neque regularibus, neque cõfraternitatibus facere processiones, nisi de licẽtia cõsensu, aut cum Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesiis, quæ habent in hoc speciale priuilegium faciendi processiones per alia loca, quibus per hoc decretum sacra Rituum Congregatio nõ intendit præiudicare. die 26. Februarii 1628.

C. Episcopus Portuens. Card. Pius.

Locus ſigni inſignis.

T. Tegnonius Epiſcopus Aſſiſienſis Secret.

3 Sed an præsumentes facere processiones extra claustra incurrant aliquam pœnam in hac Ciuitate Neap.

so-

solent excommunicari, *vt habetur in exeom. Synod.* 20. & idem in casu occurrenti agere deberent Ordinarij locorum.

Curia tamen Archiep. Neap. teste *D. Riec. decis.* 90. *par.* 1. stat in pacifica, & iuridica possessione impartiendi regularibus licentiã, volentibus facere processiones extra claustra.

SVMMARIVM.

1 *Nouitii stante bulla Clem. VIII. non recipiebantur ad habitum non præcedente informatione. Secus autem hodie num.* 2.

De recipiendis Nouitijs non præcedente informatione.

Decretum S. Congr.

1 RElui superius bullam Clem. VIII. incip. Sãctissimus in Christo Pater, in tit. de Nouitijs recipiendis præcedente informatione, per quam sancitum fuerat, vt Nouitij non reciperentur ad habitum, nisi prius à Congreg. vel à propriis locorum Ordinarijs diligens informatio caperetur, pro cuius ornatu nõnulla satis vtilia adduxerã, putans quidem dictam cõstitutionem fuisse in viridi obseruantia.

2 Attamen, quia ipsi fuit expresse derogatum, ac ab illius obseruatione S. Congr. iustis de causis censuit regulares esse absoluẽdos, prout authoretate S. D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. nostrique præcipuè benefactoris sub die 21. Septembris 1624. absoluit atque exemit, ideo placuit declarationem S. Congreg. inserere de verbo ad verbum tenoris sequentis, videlicet, quę reposita est in bulla recent. fol. 140.

SACRA Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum. Regularium eiectorum, & fugitiuorum statui consulere, illorumq. scandalis summouere, & saeuescentem numeram frangere operæpretium existimans, auditis Religionum Superioribus, req. diligentissimè perpensa; communicato etiam Consilio cum S. D. N. Vrbano VIII. atque ex speciali

ciali Sanctitatis Suæ facultate, infrascripta Decreta edidit.

Ac primò, vt infecta semina, è quibus grani eiusmodi fructus potissimum prodeunt deinceps ne serantur in vinea Domini censuit esse innouandas, & Sanctissimi authoritate innouat Constitutiones, & Decreta Generalia san. me. Clement. VIII. ad Regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia; districteque præcipit Generalibus, atque alijs Ordinum Superioribus, vt illa exactè obseruent, atque, vt obseruentur, efficiant sub pœnis statutis in ijsdem Constitutionibus. A quibus tamen excipiendum censuit, caput illud, quo decernitur, ne in Conuentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiendos hactenus designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, Nouitii ad habitum vllatenus recipi possint, nisi prius à Congregatione Reformationis Apostolicæ, vel à proprijs locorum Ordinarijs expressè, & nominatim approbata fuerint. A cuius quidem Decreti obseruatione Sacra Cõgregatio iussit de causis cen-

suit, Regulares esse absoluendos, prout, auctoritate S. D. N. absolvit, atque exemit.

SVMMARIVM.

1 *Regulares etiam exempti subiiciuntur iurisdictioni ordinariorum in iis quæ curam animarum concernunt.*

De regularibus curam animarum habentibus.

Super Bulla Gregorij XV.

1 DE anno 1622. Kal. Februarii fuit emanata constitutio per hũc Sanctissimum incip. inscrutabili, per quam *in vers. decernimus*, subiiciuntur regulares exempti iurisdictioni ordinariorum in iis, quæ curam, & administrationem animarum concernunt, ita vt possint ab ipsis tanquam sedis Apostolicę delegatis visitari, & corrigi in omnibus.

Quæ constitutio concordat cum *Conc. Trid. sess. 25. de regul. cap. 11.* & pro cho-

ro-

Digitized by Google

ronide vide *Maeer. resolut.* 18. *lib.* 1. *Thesaur. in thesaur. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 18. *Rodriq. tom.* 1. *q. regul.* 36. *art.* 4 D. *Riccium in prax. tit. de visit. decis.* 608. *in antiquis*, vbi ampliat procedere etiam in equitibus Hierosolymitanis, de quo extat *dec. Rotæ* 473. *tom.* 1. *inrecent. & resoluit etiam D. Ricc. in prax.* 176. *par.* 2. & vide quæ dixi supra de exempt. vbi late.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nullam habet iurisdictionem in regulares.*

2 *Regularis delinquens extrà monasterium, an & quando possit puniri ab Ordinario, & quid intra claustra nu.* 8.

3 *S. C. T. sess.* 6. *cap.* 3. *confirmatur per bullam Cle. VIII.*

4 *Regulares quando dicantur degere extra claustra.*

5 *Regularis deprehensus in delicto ducēdus est ad carcerem Episcopi per quem quid erit agendum nu.* 6.

7 *Instantia Episcopi pro puniendo regularem non sufficit vnica.*

9 *Regulares delinquentes extra claustra, quomodo remittendi sunt ad eorum superiores, refertur vera praxis.*

10 *Terminus præfigendus superiori puniendi regularem non currit ipso impedito, & impedimentum an sit probandum num.* 11.

12 *Terminus vt supra assignādus breuis esse non debet, alias daretur appellatio nu.* 13. *& pendente appellatione currere non potest nu.* 14.

15 *Mora nequit purgari per superiorem non punientem regularem infra terminū præfixum.*

16 *Regularis delinquēs nequit se tueri exemptione obtenta à iurisdictione Ordinarii.*

17 *Equites Hierosolymitani puniuntur ab Ordinario loci.*

18 *Regularis iniurians Episcopum, vel Vicarium, puniri debet ab eisdem.*

19 *Regulares exercentes curā animarum etiam exempti delinquentes siuè extra siuè intra claustra punitūtur ab Ordinario.*

20 *Regularis carceratus in carceribus Ordinarij ad instantiam superioris delinquens ibidem punitur ab eodem Ordinario.*

21 *Pœna huius constit. non incurritur absque sententia*

tia declaratoria.

22 *Scandalosè viuẽdi qualitas an sit probanda.*

23 *Appellatio à sententia Episcopi puniente regularem ad quem detur.*

24 *Regularis delinquens si puniatur à superiore leuiter an possit puniri ab Episcopo.*

De regularibus delinquentibus extra clauſtra.

Super Bulla Clem. VIII.

1 REgula eſt generalis Epiſcopum nullã iuriſdictionem habere in regulares iuxta latè tradita per *Triuiſ. in deciſ. 36. par. 1. & Campanil. in diuerſ. iur. can. rub. 2. cap. 13.*

2 Quę regula plurimas recipit limitationes inter quas reputatur illa de regulari delinquente, & in hoc caſu, vel degit extra monaſteriũ, & delinquit extra illud, & nulli dubium eſt, quin poſſit puniri ab Ordinario loci tanquam delegato apoſtolico ex vi *S. C. T. ſeſſ. 6. cap. 3.* Si verò non degit extra monaſterium, & ſic habet certum locum deſtinatum à ſuo ſuperiore vbi ſit mãſurus, & delinquit extra illud, & in hoc caſu procedit diſpoſitio eiuſdem *S. C. T. ſeſſ. 25. cap. 14. de regul.* per quam ſancitur, vt regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterij degit, & extra ea ità notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo ſuperiore, intra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat, ſin minus non puniatur à ſuo ſuperiore officio priuetur, & Regularis delinquẽs ab Epiſcopo puniri poteſt, de qua materia *vide Cened. canon. qq. lib. 1. q. 76. Tuſc. de viſit. lib. 2. cap. 20. num. 16. Campanil. loc. cit. Genuenſ. in prax. cap. 59. & D. Riec. collect. 216. & 503. & Mariſcott. reſol. 35. lib. 1.*

Sed quoniam experientia compertum fuit, vt non obſtante inſtantia Epiſcopi, vt regularis puniretur, ad alia ſuorum ordinum loca extra Epiſcopi diœceſim ex induſtria impunitus tranſmictebatur, & aliquãdo ipſemet ſuperior

Digitized by Google

ad eadem loca se transferebat, nec certiorem eundem Episcopum de punitione faciebat.

3 Propterea Sanctissimus Clemens Papa VIII. *per bullam intip. susceptimuneris emanatam die* 18. *Martii* 1556. mandauit, vt ad vnguem obseruarent dispositionē S. C. T. & si superior regularis delinquētem impunitum ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diœcesim ex industria transmiserit, tunc superior instante eodem Episcopo intra terminum præfigendum sub pœna priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad obtinenda, ac priuationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ipsum delinquentem à loco ad quem fuit trāsmissus reuocet, & in id, quod deliquit punire teneatur, quod si hoc facere prętermiserit, tunc Ordinarius loci ad quem fuit transmissus requisitus ab Ordinario loci à quo fuit transmissus tanquam delegatus apostolicus animaduertere possit.

4 Pro intelligentia tamen huius cōstitutionis erit animaduertendum, regulares tunc dici degere intra claustra monasterij, dum viuūt sub superiore conuentualiter *D. Riccius decis. 202. p. 4. & declarauit S. Congreg. Cardinalitiū sub die 24. Maii* 1568. *his verbis.*

Regularis manens extra claustrum de licentia superioris, etiam in domo deputata ad erectionem monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltim viuat sub superiore conuentualiter, si deliquerit poterit ab Ordinario puniri, refert Campanil. d. cap. 13. *nu.* 22. *in fin.* & ideo qui habent domicilia extra monasteria, cum speciali licentia vel priuilegio, vel manent de eorum licentia sub regulari obseruantia, in aliquo membro, seù grancia sui monasterij pro religionis seruitio secundum *D. Riccium in prax. resol.* 269. *vers. regularis p.* 3. quia dicta loca sunt membra, & dependentia à suis monasterijs, censentur gaudere priuilegiis suorum monasteriorum *c. recolentes §. caterum de stat. monac. idem D. Riccius dec.* 581. *num.* 4. *par.* 4. Vel inseruirent alicui beneficio, aut adiiciantur

tur alicui monaſterio monialium, adhuc dicerentur degere intra clauſtra, & ideo ſunt puniendi iuxta tenorem S. C. T. & huius conſtitutionis delinquendo extra clauſtra, *ita Roderiq. qq. reg. tom. 2. artic. 17.* & idem foret ſi regularis degeret in hoſpitio, vt tetatur deciſum per Curiam Archiep. *idem D. Riccius decis. 217. p. 4.*

5 Ampliatur primo tenor huius conſtitutionis, regularem in caſu dictæ bullæ deprehenſū in delicto duci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione delicti abſque mora, remicti cū copia proceſſus ad ſuum ſuperiorem puniendum cū præfinitione termini *Tuſc. de viſit. lib. 2. c. 17. num. 17. Prax. Epiſc. Zerol. p. 2. c. 3. num. 43.* vbi habes Epiſcopum loci ſcribere debere ſuperiori delinquentis de delicto, exceſsibus cōmiſſis, & ſcandalo illato inſtādo, vt intra certum terminum punire velit, & de punitione certiorē ipſum facere, & illas literas, quas requiſitorias vulgò vocamus in præſentia duorum teſtiū ex communi praxi aſsignari, ac præſentari curet, vnde non ſufficeret loci Ordinario admonere extraiudicialiter, ac familiariter ſuperem, ſed modo vt ſupra, ſiquidem bulla vtitur verbo (inſtante) quod non videtur importare certiorationem, vt vulgo dicitur (auiſo) ſed neceſsitatem, & propterea inſtantia debet eſſe iudicialis.

6 Adeo, vt Epiſcopus ſtatim habita notitia delicti poſsit capere informationē & illam ad ſuperiorem regularē mictere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam allegare, *ita declarauit Sacra Congr. Eminentiſ. Cardin.*

7 Imo nec ſufficit Epiſcopum vnica vice ſuperiorē regularem monere eique terminum præfigere ad caſtigandum delictum, *vt declarauit eadem ſacra Congregatio*, ſed ſaltem trina vice argum. eorum, quę fatetur *Cacher. in dec. Pedam. 12.* vbi habetur poteſtatem ſeù interpellationem vnicam non ſufficere, vt dicatur ſtare per Iudicem quo minus cauſam expediat, facit *text. in cap. 1. de ſuppl. neglig. Prælat.* vbi ad hoc vt ſuperior requiſitus ab inferiore conſtituatur in mora

Digitized by Google

requiritur multiplex interpellatio, sequitur *Abb. in c. ex parte de appell.* asserens posse appellari negligentia Iudicis, si ter requisitus distulerit pronunciare, idēque dicendum est de petitione apostolorum, qui instanter, & sæpè sæpius petendi sunt *vulg. cap. ab eo de appell. in 6.*

8 Prout etiam facultas hęc Episcopo attributa in regulares, notoriè, & cum scandalo extra claustra delinquentes non vendicabit sibi locum in regularibus notoriè, & cum scandalo intra Ecclesiam delinquentibus, *iuxta declarationem eiusdem S. Congr.*

9 Ex quibus infertur, & obseruatur in Cur. Ecclesiasticis prout obseruatur in hac nostra Curia Archiep. teste *Genuens. in prax. c. 59. n. 3.* quod regulares degētes in claustris inuenēti in domibus meretricum, vel alias notoriè delinquentes cum populi scandalo carcerantur per eorum officiales, & nō remittuntur ad eorum superiores ante captam informationem delicti, & postea remittuntur cum copia actorum, prefixo termino superioribus regularibus dierum viginti, vel triginta ad docendum de punitione, & cum ratione illos debet retinere, nec remittere ante captam informationem, nam si statim Ordinarius, regularem illicò captum remitteret ad superiorem absque informatione, faciliter testes possent seduci, & informatio destrui opera delinquentis vel aliorum.

Debet tamē Ordinarius omnem conatum adhibere ad quam primum informationem capiendam, & quam citius illam remittere eadem die quo fuerunt capti vel sequenti. Si enim Episcopus differet capere informationem, & regularem petentem nollet remittere. Vtique non euitaret excommunicationem, tanquam iniustè carceratum detinens iuxta *Glos. in clem. frequens verb. capiunt de excess. prælat.*

Nec sufficeret, vt superior regularis mittat copiā tantum sententiæ, aut etiā acta, ad effectum, vt Episcopus videre possit, si in hoc fuerint adimpleta verba, & mēs huius cōstit. & S.C.T.

sed

sed opus erit, vt de punitione ipsa, & sentētiæ exequutione ipsum certiorem faciat, *& ita declarauit eadem Sac. Congreg.*

10 Item, & erit aduertendū quod terminus assignādus à loci ordinario, superiori ad effectum regularem puniendi non debet currere, si dictus superior ex aliqua causa fuisset impeditus ad text. *in l.1.C.de ann.except. cap. 2. de eo qui milit. in poss.* quia impeditus non dicitur negligens, & excusatur à contumacia, pœna, & mora, & impedimentum iustū equiparatur impossibili adeo, vt sine protestatione excuset fusè *D. Regens Valtz. cons.4.nu.77. & D.Rice.sollect.155.*

11 Verum superiori non sufficeret allegare impedimentum, sed tenetur illud probare fuisset tale, quod remoueri nō potuerit optimè *Seraphin.decis.1206* nā non diceretur impeditus si faciliter potuisset impedimentum tollere notabilis est *text. in cap. fin de elect. idem Seraphin. loc. cit. & Gratian.discept forens. tom. 3 cap.798. nu.7.* & quomodo probetur *vide Tusc. cōclus.30. lit.I.*

12 Qui terminus assignandus, non breuis, sed competens, & congruus esse debet & talis, vt regularis translatus ad alium locum religionis comparere, & redire posset *arg.text.in cap.1.& 2. & cap.si primates 5. q. 2.* & ideo caueant Illustrissimi Ordinarij assignare terminum nimis angustum per ea quæ scripsit *Specul.tit.de citat.§.1. vers. item quod facta est intra nimis angusta tempora, Abb.in cap. dilecti de dol.& contum. Affl.decis. 124. & Cassador. decis.6. in fin.de dol.& contum.& Vāt. de nullit. fol.264.n.70.*

13 Nam alias à præfixione breuis termini, daretur appellatio superiori regulari arg.notatorum per *Gonzalez super reg.8.cancell.gl.9. §.1.num.192. & ante eum dixit Rot. Rom. apud Put. decis.150.num.3.lib.3.* vbi à citatione continente breue terminū, quamuis esset opportunus dari appellationem, & quod detur appellatio à breuitate præfixionis termini voluit, *Crescent. decis.6. de dol. & contum. latè Borrell.cons.31.*

14 Et proinde pendente appellatione supradicta, terminus assignatus à loci Or-

di-

Digitized by Google

dinario nulli dubium est, quin currere non debeat, *Auth. ei qui appellat Auth. sed. & si lis de tẽpor. appell. Auth. si tamen in med. de appellat. Hartam. obserū. 2. eod. tit.*

Sed num posset mora purgari per superiorem regularem, qui infra terminū assignatū per loci Ordinarium, regularem delinquẽtem non puniuit. Ad quod breuiter respõdendum est, quod licet mora possit purgari de æquitate Canonica ad *text. in cap. fin. de loc. & conduct. vbi latè Doctores*. Attamen terminum præfixum currere de momento ad momentum sentit *Gemin. cons. 91. nu. 7. Ang. cõs.* 404. maximè quia ius puniendi regularem infra terminum præfixum, & elapsum deuoluitur ad loci Ordinarium, quo casu subintrare videntur termini *decis. Viuii* 531. *& Verall. 3. verb. mora*, vbi mora non purgatur in actibus, in quibus ius resoluitur, faciunt dicta *per nos superius de benefic. resign. public. nu.* 13.

16 Ampliatur secundo, vt regularis contra Episcopū vigore huius constit. non poterit se tueri exemptione specialiter obtenta à iurisdictione Ordinarij, nam adhuc posset procedere Ordinarius, ita iudicatum refert *in Rota Rom. Seraphin. in vna Salamantina iurisdictionis* 14. *Decembris*.

17 Ampliatur tertio, vt locorum Ordinarij valeant punire ex vi huius constit. & C. Trid. æquites Diui Ioannis *Nauarr. cons. 12. de regul. D. Ricc. collect.* 503. ex quo dicuntur verè religiosi in *decis.* 216. *par.* 2. & idē de cappellanis appellatis Frà seruenti *in decis.* 100. *p.* 3. siuè nouitijs hospitalis S. Antonij de Vienna delinquentibus extra claustra in *decis.* 223. *p.* 3.

18 Declaratur modo tenor dictæ constit. vt regularis inferēs iniuriam Episcopo, vel Vicario iurisdictionem exercenti, & eius aures offendat in illo actu iurisdictionis eam turbando possit ab eodem Episcopo, vel Vicario puniri sine remissione ad suum superiorem iuxta terminos *text. in l. nullum C. de iudic.* vbi alias exẽptus punitur propter offensas aures faciunt dicta *Dom. Ricc. resol.* 140. *par.* 2. *& decis.* 81. *par.* 4. *& Genuens. in prax. v.* 7. *nu.* 8.

19 De-

Digitized by Google

19 Declaratur secundo, vt regulares exercentes curã animarum etiam exempti in monasterijs, tam virorũ, quam monialium, si deliquerint, siuè extra, siuè intra claustra, circa personas possunt puniri, & corrigi ab Ordinario loci, tãquam sedis Apostolicæ delegato, vt statuit *Gregor. XV. in eius bulla ineip. inscrutabili Dei prouidentia, de qua supra tit. de exempt.*

20 Declaratur tertio, vt regularis carceratus in carceribus Ordinarij ad instantiam Superioris regularis, si in eiusdem carceribus deliquerit, eo casu simpliciter erit puniendus ab eodem Ordinario, vt refert decisũ *D. Riccius decis. 276. p. 2.*

21 Declaratur quarto, vt quamuis superiores regulares ob inobedientiam seu obseruantiam dictę constitutionis, puta infra terminum præfixum ab Ordinario, regularem delinquentem à loco ad quem fuit transmissus non reuocauerint, nec in id, quod deliquerit puniuerit, ipso facto pœnam priuationis dignitatum officiorum & inhabilitatis ad obtinenda, ac priuationis uocis activiuè, & passiuæ incurrant.

De Iure tamen requiri sententiam declaratoriam Sanciuit *text. in cap. cum secundum de hæret. in 6.* vbi statuitur quod in pœnis ipso Iure incurrẽdis requiritur sententia declaratoria sequuntur *Magon. decis. 16. observ. 43. centur. 3. D. Ricc. collec. 503. & nouiter Dian. par. 1. in miscellan. resol. fin.* etiam si diceretur, ipso facto, prout in casu nostro *Franc. Marc. decis. 810.*

22 Declaratur quinto, vt illa qualitas scandalosè viuẽdi sit concludenter probãda ad effectũ huius cõstit. & S.C.T. vide *D. Ricc. in prax. p. 1. in antiquis resol. 656.* semper enim qualitas Iurisdictionem, fundãs est probanda, & proinde vt Episcopus aduersus regularem delinquẽtem obtineat Iurisdictionem & punire valeat, requiritur probatio illius qualitatis uitæ scãdalosæ vti fundamentum suæ Iurisdictionis.

23 Declaratur sexto vt à sententia Episcopi puniẽte regulares delinquentes nõ detur appellatio, ad Metropolitanum, vel Ordinis Generalem, sed ad Sanctissimum, nam in hoc casu

Epi-

Digitized by Google

Episcopi sunt delegati à Pontifice, vt habetur in finalibus verbis bullæ, & vti à delegatis S. Sedis Apostolicæ ad eandem erit recurrendum per viam appellationis, ex quo à sententia delegati, ad delegãtem debet appellari *cap. super quæstionum §. porrò de offic. deleg. c. si delegatus eap. si is cui & cap. si à delegato de offic. deleg. in 6. optimè Cened. eas. q. 34.* vbi quod quando appellatur ab Episcopo procedente in causa ex commissione sibi facta à lege, vel canone, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, non est appellandum ad Metropolitanum, sed ad Pontificem, maximè in casu nostro, nam per Summum Põtificem videtur excitata iurisdictio per additionem iurisdictionis Episcopalis nõ ita omnimodæ in personas regularium, vt cõsiderauit idem *Cened. nu. 7. opiniones DD. reconciliando.*

24 Declaratur septimo, vt non videatur satisfactum menti huius constitutionis per leuem pœnam inflictã regulari delinquẽti ab eius superiore ob delictum graue, adeo vt facultas non sit ablata à loci Ordinario, & vtique ipse pariter dignam pœnam denuò infligere regulari leuiter punito, poterit, nam alias frustatoriæ essent huius const. & S. C. T. dispositiones, quæ dum expressam mentionem faciũt de punitione, intelligendæ sunt de vera actuali, & condigna castigatione *arg. tex. in l. 1. §. hæc verba ff. quod cuiusque iur. Tusc. cõclus. 90 lit. K. Cardos. in prax. iudic. & aduoc. verb. verbum num. 50. Surd. cons. 3. nu. 25.* Cum enim tam S. C. T. quam Sũmus Pontifex in dicta constit. voluerint prouidere punitioni regularium delinquentium adeo vt de pœna ipsorum, certior fieri deberet loci Ordinarius verba illa punitionis sunt intelligenda secundum mẽtem proferentis *c. intelligentia, & c. propterea de verb. signific.* ita & taliter, quod pœna sit æqualis, & conformis delicto *cap. felicis vers. cæterum de pœn. lib. 6. Tusc. cõclus. 211. lit. P. & Farin. in prax. crim. tit. de inquis. q. 4. num. 10. & q. 17. num. 9.* & vbi culpa est maior, ibi grauior esse debet pœna *c. cum bona de stat. & qual. c. tanta de excess. prælat.* nam alias non diceretur punitus, si qui-

quidem idem est aliquem leuiter esse punitum, & nihil punitum cum parum, & nihil æquiparentur *l. quãuis ff. de condit. & demonstr. cap. coram dilecto de offic. deleg. Hypol. sing. 276. Macer. resol. 17. nu. 6. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares prædicare volentes an teneantur petere licentiam ab Ordinario.*

2 *Regulares siue secularis etiã exempti prædicantes absq; licentia Ordinarij à quo sunt puniendi, refertur bulla Gregorij XV. nu. 3.*

4 *Regulares an possint prædicare aliqua vice, cum licẽtia parochi in Ecclesijs nõ eorum ordinis.*

5 *Episcopus potest interdicere prædicationẽ regulari non reddita causa.*

6 *Fidei professio an sit facienda à prædicatoribus regularibus.*

7 *Episcopi prædicantes in alie na diœcesi tenentur petere licentiam Ordinarij.*

8 *Prædicatores regulares an sint examinandi de doctrina à locorum Ordinarijs.*

De regularium, & secularium prædicatione.

Super Bulla Gregorij XV.

1 PER S.C.T. *sancitur in sess. 24. cap. 4. de reform.* vt si regulares prædicare velint in Ecclesijs suorum ordinum, sufficiat petere benedictionem ab Ordinario loci, & coram eo se præsentare. In Ecclesijs verò non suorum ordinum. Nõ sufficit petere benedictionem, sed requiritur licentia ab ipso Ordinario, quo cõtradicente prædicare nequeunt, & contrarium faciendo puniri possunt *Cened. can qq. cap. 26. Genuens. in prax. cap. 29. & Gratian. discept. forens. c. 393. lib. 2.*

2 Sed quoniam dubitari posset si punitio spectaret in casu contrauentionis ad eundem Episcopum, vel ad superiorem. *Zerola in prax. Episcop. verb. excommunicatio causa materialis* §. 4. refert decisum spectare ad superiorem, & voluerũt etiam *Piasig. p. 2. cap. 3. nu. 41. vers. prædicãs Campanil.*

Digitized by Google

in diuers. iur. can. cap. 13. nu. 10. & noster Quarant. in summ. bull. verb. priuilegia regularium.

3 Hodie tamen ex nouissima *constit. Gregor. XV. incip. inscrutabile sub die 9. Februarii* 1622. aliter fuit sancitum sub sequentibus verbis.

Ac demum habeat Episcopus, tanquam dictæ sedis delegatus authoritatem coercendi, ac puniendi, quoscumque exemptos tam seculares, quam regulares, qui in aliquibus Ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum ordinum non petita illius benedictione aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint.

4 Ampliatur primo, tenor huius constit. vt quamuis de iure alicui viro docto, & noto regulari siuè seculari nondum præsentato coram Episcopo, possit parochus licentiam prædicandi præstare pro duabus aut tribus vicibus, vt inquit *Nauarr. in man. cap. 25. num. 141. Henriq. in summ. lib. 7. c. 16. in fin. Roder. q. reg. 32. tom. 3 artic. 1. Campanil. d. cap. 13. num. 11.*

Attamen contrarium probabilius videtur non posse hoc fieri, nisi ex speciali priuilegio, & absque eo non esse admictendum siquidem Gregor. XIII. cõcessit nobili Societati Iesu, cuius prædicatores ab Ordinario semel approbati, & suis superioribus ad huiusmodi munera deputati quã documque, possent non repugnantibus curatis parochialium Ecclesiarum verbum Dei prædicare, & quorumcumque fidelium confessiones audire, dummodo id non faciat in oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia petita refert *Roderic. d. q. 32. artic. 6.* vbi in fine dicit illo priuilegio frui prædicatores Ordinũ mendicantium, & alios, qui cum ipsis communicant in priuilegijs concessis, & cõcedendis, & hoc *ex bulla Pii Papæ V. incip. & si mendicantium ordines de anno* 1567. *vide etiam Vegam tomo 2. cap. 86. casu* 40. *& eundem Roderic. tom. 3. q. 38. ar. 5. & 8.*

5 Ampliatur secundo, vt Episcopus possit interdicere regulari ne licentia non petita prædicet etiam non reddita causa decisum refert

fert *Thesaur.for.Eccles.p.1. c.8.nu.9.*

6 Ampliatur tertio, vt Ordinarij debeant exigere professionem fidei, à regularibus antequam officium prædicandi assumant idem *Thesaur.par.1.cap.9.num.8 Campan. d. cap. 13. num. 8.* Sed vigore bullæ Pij V. supra mentionatę Regulares concionatores non tenentur fidei professionem facere antequam prædicandi munus assumant, licet possit Ordinarius eo tempore quo concedit licentiam prędicandi, ab eisdem exigere hãc fidei professionem si videatur ipsi expedire, *Armend.ad recopil.leg.Nau. lib.2.tit.18.nu.35.*

7 Ampliatur quarto secundum *Genuens. in prax. Archiep.d.c.29.* vt comprehendat etiam Episcopos volentes præiudicare in alienis dioecesibus, nam adhuc tenerentur petere licentiam ab Ordinario loci.

8 Sed an regulares prædicatores possint examinari ab Episcopis de doctrina. Affirmatiuam opinionem tenent *Henriq.in summ.lib. 10.cap.43.lit.L.* & *Roderic. d.art.6.q.32.* Tamen illud non colligitur ex decreto *S.C.T.sess.5. c.2.* imò contrarium apparet, nam prædicatorum examen, de vita, moribus, & scientia superioribus committitur, seù potius de iure supponitur esse commissum, & ita sentit *Miranda d.q.50. artic.2. conclus.1. in med.* & *resoluit Campan.d.c.13. num.9.* nisi esset consuetudo in contrarium longo tempore obtenta examinandi prædicatores, quã seruari posse firmat *Campan.loc.cit.*

SVMMARIVM.

1 *Numerus regularium in singulis monasteriis quis erit constituendus.*

2 *Numerus monialium constituendus in singulis monasteriis.*

3 *Numerus regularium constitui debet ab Ordinario sub pœna peccati mortalis etiam in monasteriis exceptis num.4.*

5 *Qualitas comodè viuendi, qualiter intelligatur refertur decretum S.Congr. num. 6.*

Digitized by Google

De regularium numero in singulis monasterijs constituendo.

Super Bulla Clem. VIII. & Pauli V.

1 NOn solũ per Cle. VIII. sed etiam per Paulum V. in eius constit. incip. Sanctissimus in Christo Pater de anno 605. mandatũ fuit ad rectam regulatium viuendi institutionem seruãdam, illum religiosorum numerum tantum constituendum esse in singulis monasterijs, qui proprijs redditibus, vel cõsuetis elemosinis comodè substentari valeant, quam materiam ante has constit. exornarũt *Toletan. in concordant. vtriusque iur. cum leg. Castell. p.* 1. *Vsuian. in ration. lib.* 3. *iur. pontific. p.* 118. *Magon. in compend. iur. can. pag* 406 *& Reginald. in prax for. pœnitent. lib.* 30 *tract.* 3. *n.* 397. *in fin. & voluit etiam text. in cap.* 1. *de instit. sequitur D. Ricc. resol.* 202. *in prax. & Barbos. de potest. Episcop. alleg.* 98. *num.* 7. *&* 8.

2 Quam constitutionẽ am pliabis procedere etiam in monialibus, quæ non debent reponi in monasteriis vltra numerum solitũ virtute *S. C. T. sess* 25. *cap.* 3. *de regul. & idem statutum fuit per Pium V. in eius bulla incip. pastoralis officij edita de anno* 1566. *confirmata per Gregor. XIII. in bulla intip. Deo sacris de an.* 1573. statuentis ne plures moniales in earũ monasterijs recipiantur, & admictantur, quam ex proprijs redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis elemosinis comodè substẽtari possint, vt habetur supra de monial num. &c.

3 Amplia secundo, Ordinarios locorum sub pœna peccati mortalis ad hoc faciendum obligatos esse, & ratio videtur esse, quia Sũmi Pontifices grauant eorũ conscientias, vt ex verbis dictarum constit. appositis (*super quo ordinariorum conscientiam oneramus*) ita *sentit Nauarr. in cap. statuimus num.* 57. 19. *q.* 3. *Homobon. de exam Eccles. trac.* 12. *cap.* 3. *quæst* 15. *resolut.* 3. *vbi citat Sanchez lib.* 7. *cap.* 23. *nu.* 3.

4 Am-

Digitized by Google

4 Amplia tertio, non solũ in monasterijs sibi subiectis, sed etiam exemptis *Zerola in prax. Epis. par. 2. c. 3. nu. 55. quem refert D. Ricc. decis. 219. par. 4. & habetur in d. bull. Clem. VIII.*

5 Qualitas autem comodè viuendi qualiter intelligatur vide *Barbos. de potest. Episcop. par. 2. alleg. 19. nu. 10. & in collect. in cap. 1. de instit. num. 3.* vbi aduertit maximam esse differentiã inter comodè viuere, & absque penuria, nam comodè viuere dicitur aptè vtiliter, & secundum qualitatem status, & monasterij *ex Rebuff in tract. congr. port. q. 8. num. 78. & aliis.*

Sed Sanctissimus D. N. Vrbanus Pontifex, & Pastor vigilantissimus, approbante S. Congr. in decret. de celebra. miss. sub die 21. Iunij 1625. ad sciendum, quot redditus, & elemosinas, monasteria habere deberent, vt ex illis regulares ibi habitantes subsistentari valerent formalibus verbis vsus est.

Deinceps vero Monasterium, Conuentus, Domus, vel Societas Religiosorum, seù Regularium, nullibi recipiatur, nisi prater alia ad id requisita in singulis eiusmodi locis, duodecim saltim Fratres, aut Monachi, seu religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis elemosinis detractis omnibus, vt supra detrahẽdis, competenter substentari valeant ad prascriptum Gregor. XV. hac de re editi. Alioquin monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim religiosi, vt supra substentari, atque inhabitare nõ poterunt, & actu non habitauerint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimoda iurisdictioni subiecta esse intelliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi indebitè vagantes, qua pœna puniuntur.*
2 *Regulares vagi qui dicantur.*
3 *Regulares recurrentes ad eorum superiores supremos absque licentia an dicantur vagari.*

De

De Religiosis indebitè vagantibus.

Super Bulla Pauli IV.

1 EX *motu proprio, & ex certa scientia supradicti Sanctissimi per hanc bullam incip. postquam diuina bonitas* prohibuit religiosis post emissam professionem extra claustra indebitè vagari sub varijs pœnis nempè priuationis beneficiorũ Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, fructibus redditibus Ecclesiasticis, nec non Bacalaureatus, licentiaturæ Doctoratus, & Magisterij, ac quibusuis gradibus tam in iure Canonici, vel ciuili, quam Theologia, seù medicina, vel artibus, tam obtentis quam obtinendis, inhabilitationis ab assequutione quorumcũq; ordinum etiam sacrorum, & præsertim presbiteratus, nec non suspensionis ab omni ministerio Ecclesiastico, & alijs, de quibus in dicta bulla.

2 Et ideo Regulares ad hunc effectum dicuntur vagari, qui à domicilio certo, & habitatione in monasterio assignata recedunt absque licẽtia superiorum etiam si per varia loca, ac monasteria eiusdẽ religionis moram traherent arg. notatorũ per *Clar. in prax. crimin. quæst. 39. vers. sed hic quero Farin. tit. de inquis. q. 7. num. 15. Mascard. de probat. conclus. 1397. & Peguer. decis. 13.*

Sed an recurrentes ad superiores supremos absque licentia superioris inferioris, vel ad Curiam Romanam appellari possint vagi ad effectum huius constit. vide infra in seq. titulo.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi prohibentur recurrere ad Curiam Romanã pro eorum grauaminibus non seruata forma decreti S. Congr. n. 2.*

3 *Recurrẽs ad Principẽ regulariter non punitur.*

4 *Auxilium præstantes religiosis recurrentibus ad curiam Romanam an possint puniri.*

5 *Regularis recurrens ad superiores, supremos absque licẽtia punitur à locorum Ordinarijs. Amplia n. 6. Declara. n. 7. 8. & 9.*

De

De Religiosis recurrentibus ad Curiam Romanam pro eorũ grauaminibus exponendis.

Decretum S. Congr.

1 OMnes religiosi prohibentur recurrere ad Curiam Romanam pro eorum grauaminibus exponendis, nisi seruata forma decreti Sacræ Congregationis regularium sequẽtis tenoris.

2 *Quoniam nonnulli regulares vagandi studio, siue ob imminentem admissorum criminum pœnam ex suis cõstitutionibus, aut alias debitam sibi metuunt, falsa, & commictentia grauamina causati non ad immediate sui ordinis superiores; scilicet a grauamine Prioris ad Prouincialem & Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, prout vniuscuiusque religionis constitutionibus disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia sæpius fugitiue petitam, quam recurrant, ex quo ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaciores euadunt, placuit sacræ Congregationi regularium ex ordine Sanctissimi statuere, vt si quis regularium temerè, leuiue ex causa hanc Vrbem Romam, siuè Curiam, absque sui Superioris licentia, & sic pradicta forma pratermissa adire præsumpserit, ad eosdẽ superiores sæuiori pœna plectendos remittatur.*

Quod decretum adeo hodie viget, vt cum diebus elapsis, quidam Regularis me contrarium consulente, prætermisso supradicto ordine recurrisset ad sanctam Sedem Apostolicam pro nonnullis excessibus, de quib⁹ molestabatur per Priorem illius Monasterii, nulla audientia habita, fuit remissus eidem superiori plectẽdus pœna carceris per annum, arbitrio ipsius, quẽ charitate motus rogaui, vt pro hac vice tantum misericordia vteretur, put quidem vsus fuit illum reum benignè recipiendo.

3 Tu autem non desinas notare hoc decretum, esse limitationem seu declarationem regulæ generalis, vt

rc.

Digitized by Google

recurrens ad Principem nõ puniatur, *§. sit tibi quoque tertium studium auth. de mandat. Princip. Minad. in conflit. in aliquibus versic. Comitum vel Baronũ nu. 55. Aponi. de pot. Prorog. §. 7. n. 3. Garz. decis. 217.* ex quo vadens ad superiorem non dicitur fugere, *l. quis sit fugitivus §. apud Labeonem ff. de edil. edicto.* Vnde euenit, quod si vassalli aufugiant à carceribus Baronum, & recta via veniãt ad M. C. V. non tenentur de fuga *d. §. apud Labeonem* faciunt dicta per *Ann. sing. 561. latè Giurba conf. 66. Dom. Regẽs Tap. decis. 9.*

4 Dubitari quidem posset pro ornatu nostræ conclusionis, an opem præstantes talibus religiosis recurrentibus ad Romanam Curiã absque licentia superioris, & ordine prætermisso puniri aliquo modo possint, ad quod breuiter respondetur nam, cum de his nulla mentio fit in præfato decreto, articulus iste remanet sub dispositione iuris communis, & opinione Doctorum asserẽtium opẽ præstantes carceratis aufugientibus à carceribus Baronis fracto carcere accedẽtibus ad M. C. V. ad nihilũ teneri, vt plures refert *Thor. in compend. decis. verb. opem præstantes*, sed contrarium puto verius, & ratio videtur esse, nam licet de iure communi opis, & auxilij præstantia nõ prohibeatur, erit quoque considerandũ, neque esse prohibitum recursum ad Principem, iuxta per nos superius tradita, at quia per hoc decretum, expresse prohibetur iste recursus, adhuc, & videtur prohibitus auxilij præstatio, & omne quod tendit in præiudicium superiorum.

5 Et quid de recurrẽtibus, non ad Romanam Curiã, sed ad eorum superiores supremos *S. C. T. sess. 25. de regul.* prohibet recessus regularium ab eorum conuentibus, etiam prætextu ad suos superiores accedẽdi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerit sub pœna infligẽda ab Ordinarijs locorũ vti desertoribus eorum instituti, & ideo iustè possent capere Ordinarij tales regulares per eorum territoriũ transeuntes secundum *Nauarr. consil. 4. de appellat. num. 2.*

6 Quod procedere videtur etiam si regularis recurret

ret ad superiorem propter austeritatem Prioris puta, quia maletractaretur dummodo cum scandalo pergeret secundum *Roderiq. cons.77. num.15. & seq.* Secus autem si valdè grauaretur à superiore inferiori, nam in hoc casu, si absque scandalo accederet ad superiorem supremum, vt ipsũ à tali grauamine subleuaret, videtur appellare idẽ *Roderic q.regul.tom.1.q.30 artic.3.& Diana resol.56. p. 3.de dub.regul.*

Hinc Roderic. loc. cit. firmauit S.Conc. non voluisse derogare, vel tollere iustam appellationem,& proinde licitum esse regulari grauato recedenti à Conuentu absque licentia superioris cum appellatione ad supremum superiorem adire.

8 Prout etiam si regularis recurreret ad superiorem supremum absque licentia superioris inferioris timens ne ipse sæuiat, erit excusandus à pœna *arg. l. contra pupillum ff. de re iudic.* vbi si quis metu Iudicis fugiat timens ne ipse sæuiat excusatur à fuga sequuntur *Canalc.cons.12.Boer.decis.215. D. Regens peritissimus Valenz. cons.50. tom.1.*

9 Idemque sententirem de recurrentibus tam ad Romanam Curiam, quam ad supremos superiores, vt recessus regularium absque licentia non sit punibilis, quoties pœnitentia ductus statim redierit iuxta tradita per *Bald. cons.37. volum. 2. Alexan.cons.52. & Vulpel. cons.12.*& ratio videtur esse nam recedendi animus nõ præsumitur habitus ab eo, qui sponte redijt *l. nihil interest ff. de postlim. reuers.* & recedens animo redeundi in pœnam non incidit, *Lanar. cons.7. num.10. Visuius decis.505.*

SVMMARIVM.

8 *Residentia fieri debet à parochis canonicis, aut habentibus dignitates. Amplia vt nu.2.3.4.5.6.7. & 8.*

Digitized by Google

De residentia Canonicorum, & Parochorum.

Super Bulla Pij V.

1 LOquitur *bulla haec incip. cupientes de anno* 1568. de residentia facienda in parochialibus per obtinentes eas, ac canonicatus, aut dignitates, seù aliud beneficium curatum, tu vide ad saturitatem, *Garz. de benefic. p. 3. cap. 2, Barbos. de potest. Episcop. par. 3. cap. 53. Santarell var. resol. q. 1. & Gratian. discept. forens. cap. 990. tom. 4.*

2 Ampliatur primo, vt à decreto de residendo hodie non detur appellatio *Conc. Trident. sess. 23. cap. 1. Macer. resolut. 85. lib. 1. nu. 10. & 110. num. 14. lib. 1. D. Riccius resolet. 7. par. 2.* quod intelligas ad effectũ suspensiuum, secus verò deuolutiuum, vt fuisse decisum refertur *D. Riccius resolut. 476. nu. 5. in fin. p. 1. Seraphin. decis.* 1346. si sit iuris ordine seruata, vt inquit idem *Seraphin.*

3 Ampliatur secũdo, quãuis adesset consuetudo in contrarium *Sair. decis. 19. de constit.* Tamen quando residentia esset imposita per fundatorem excusaret idem *decis. 7. de cleric. non resid.*

4 Ampliatur tertio, vt seruitium 40. annorum præscriptum non liberet quẽ à residentia *Sair. decis. 3. de cleric. non resid.* & ita in facto consului quendam Dominũ meũ Concanoricum.

5 Ampliatur quarto, vt hu iusmodi constitutio extendatur etiam ad Canonicos Ecclesiæ collegiatæ, vt declarauit S. Congregatio Cõcilii per hæc verba. *Congregatio Concilij decreuit Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum etiam in oppidis non insignibus existentium teneri ad residentiam. Nisi esset Collegiata rurales prouisus destituta, aut quibus nũquam antea supra hominum memoriam solitum esset resideri, & quorum Canonicatus ea essent tenuitate fructuum vt qui eos obtinuerint, nec ex eis alij possint, nec aliud habeant vnde comode viuere possint*) vt illam refert *Meneta de distribut. quotid. p 2. q. 12. nu. 35. quem sequitur Macer. resolut. 85.* subdens quod

quod licet dictum decretū loquatur simpliciter, tamē intelligitur de personali ob cultum diuinum illius augmentum, & deuotionē populi.

6 Ampliatur quinto, vt parochus non excusetur à residentia propter officium Inquisitoris, vt censuit Sac. Congreg. teste *Gonzal. super reg.* 8. *Cancell. glos.* 7. *nu.* 265. *vbi nu.* 66. idem testatus de subcollectore Apostolico.

7 Ampliatur sexto, vt neque his mota super parochiali in solo petitorio, secus in possessorio cum excuset à residentia, idem *Gonzalez num.* 267. referēs declarationem Sac. Congr. & lis quando sit causa legitima non residendi, & lucrandi fructus ea durante *Seraphin. decis.* 1131. & quā do pro defensione suæ Ecclesiæ habeatur quis pro præsente ad effectum lucrandi fructus idem *Seraphin. decis.* 662.

8 Ampliatur septimo, vt parochi non residentes, teneatur restituere fructus, ante vllam sententiam declaratoriam optimè *Couarr. lib.* 3. *var. resol. cap.* 13. *Sanctarell. resol.* 94. *nu.* 4. Quod secus dicendum est in obtinentibus Cānonicatus, & dignitates, nam debent priuari fructibus si non residеant, non tamen sunt ipso facto priuati, *Nauarr. cons.* 3. *de cleric. non resid. Garz. de benēfic. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 152 *idem Sanctarell n.* 21.

9 Declaratur primo, vt ex causis contentis in *S. C. T. d. sess.* 23. *cap.* 1. possit quis abesse ab Ecclesia, quę causæ absentię non debent iudicialiter probari coram Episcopis, sed sufficit quod proponantur, nam id remittitur conscientiæ ipsorum *Dom. Rice. in prax. var. resol. par.* 1. *in antiq. decis.* 629. & *decis.* 752. *par.* 2. & *habetur etiam in d. C. Trid.*

10 Declaratur secundo, vt non possit Canonicus priuari Canonicatu ob non residentia, nisi personaliter fuerit citatus, & post citationem per sex menses debet expectari, & si non poterit inueniri debet in eius Ecclesia publicari ædictum trinæ citationis, & post vltimum ædictum per sex mēses expectari, *Mantica decis.* 12. & quomodo procedi debeat ad priuationem beneficij ob non residentiam *Seraphin. dec.* 1346. Et quod

ſententia lata contra abſentem à reſidentia requirat trinam citationem per publicum ædictum in loco beneficij idem *d. deciſ. 1366.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna augetur contra Patriarchas primates Archiepiſcopos, & Epiſcopos non reſidentes in eorum Eccleſiis.*

De reſidentia Patriarcharum Primatuum Archiep. & Epiſcop.

Super Bulla Pij IV.

1 PEr *hanc conſtit. incip. in ſuprema militantis Eccleſia* augentur pœnæ contra præfatos Primates Archiepiſcopos,& Epiſcopos, in eorum Eccleſijs non reſidentes, ſed quoniam hodie parum reſidentia à nõnullis ſalua pace bonorum obſeruatur,contra omnia iura, procedẽtibus per vias tenebrarũ, ideo illã cõmẽdo ad Spiritum Sanctũ, qui illuminet ſedẽtes in vmbra mortis, & de hac materia vide latè *Garz. de benefic. p. 3. cap. 2. Barboſ. de pot. Epiſcop. p. 3. cap. 53.* qui fusè tractat hanc materiam ipſiſq; me remicto,ne ſcripta repetere videar.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans miſſam, vel audiens confeſſionem ſacramentalem non promotus ad ſacerdotium, punitur per bullam Clem. VIII. amiſſionis priuilegii fori nu. 2. quamuis eſſent minores 25. annis, dummodo ſint maiores 20. num. 3. Declara nu. 6.*

4 *Clericus baptizans in extrema neceſſitate ſit irregularis, & quid de diacono ſollemniter miniſtrante baptiſmum cum licentia num. 5.*

5 *Clericus exercens ordinem presbiteratus ſcienter, & ſerio eſt irregularis.*

De

De Sacerdote non ordinato miniſtrante, vel ſacramentalem cõfeſſionẽ audiente.

Bulla Clem. VIII. & Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papę VIII.

QVoniam hominum temeritas adeò excreuit, vt non defuere, nec deſunt temerè vſurpãtes authoritatem ſacerdotum, cum tamen in ſacro præsbiteratus ordine non ſint, non ſolum miſſas celebrando, ſed etiam ſacramentalem confeſſionẽ audiendo.

Propterea *Clemens Papa VIII. in eius bulla incip. & ſi alias Felicis recordationis Paulus Papa IV.* ſtatuit, vr
1 quicumque non promotus ad ſacrum presbiteratus ordinem fuerit repertus, vſurpaſſe celebrationem miſſarum, vel audiuiſſe cõfeſſionem ſacramentalem, à Iudicibus ſanctæ inquiſitionis, vel Ordinarijs locorum, à foro Eccleſiaſtico abijciatur, & ab ordinibus Eccleſiaſticis ſi quos habuerit ritè degradatus ſtatim Curiæ ſæculari tradatur, de qua materia vide *Rodriq. q. regul. tom. 2. q. 27. artic. 2. Aldret. de relig. diſcipl. tuc. lib. 2. cap. 20. num. 14. Rotam in vna Florentina iuriſpatron. coram Illuſtriſſimo Domino meo Coccino ſub die 8. Iunii 106. vt apud Viuian. deciſ. 107. nu. 8.* referens nõnullos alios caſus in quibus per Epiſcopum deueniri poteſt ad actualem degradationem.

2 Et proinde eſt animaduertendum inter alios caſus, in quibus perſonæ Eccleſiaſticæ amictunt priuilegium fori, hic videtur additus, vt tradantur Curiæ ſæculari non Sacerdotes, nec confeſſari, miſſas celebrantes, & confeſſiones ſacramentales audientes.

3 Ampliatur primo, vt minores 25. annis excuſari nequeant, quominus eiuſdem Clementis conſtitut. ſubijciantur, dummodo vigeſimum annum cũpleuerint, ſanctiſsimè ſaneiuit, ac determinauit *S. D. N. Vrbanus diuina Prouidentia Papa VIII. noſter benefactor per bullã incip. Apoſtolatus officium de anno* 1628.

4 Am-

Digitized by Google

4 Ampliatur primo, vt clericus non sacerdos etiam in extrema necessitate baptizans sollemniter fiat irregularis *Nauarr. in man. cap. 22 num. 7. Suar. tom. 3. q. 71. ar. 4. disp. 31. sect. 4. Bonacin. de sacr. disp. 2. q. 2. punct. 4. n. 3. & de censur. disp. 7. q. 3. p. 6. num. 5. Henriq. in sum. lib. 2. de bapt. cap. 29. §. 1. & lib. 14 de irregul. cap. 6. §. 2.* asserēs quod diceretur sollemniter baptizare, qui falsò vsurpans nomen sacerdotis sic baptizat, nam exercet proprium actum sacerdotis.

5 Imò Diaconus sollemniter ministrans baptismū etiam cum licentia Episcopi, vel Parochi fit irregularis, & ratio videtur esse, nā si minister sollemnitatis, & ex officio est sacerdos, vt DD. cōmuniter resoluunt. Iam Diaconus exercet officium, & actū sibi in competentem, & per consequēs subintrat illa cōclusio esse irregularem ministrantem in pertinentibus ad ordinē quem non habet, & proinde Diaconus baptizans sollemniter de licentia siuè iussu parochi irregularitatem incurrit secūdum opinionem *Nauarr. in conf. 2. de cler. non ordin. min. Henriq. lib. 2. cap. 29. nu. 1. Reginald. in prax for. pœn. lib. 27 cap. 5. nu. 40. & quamuis idē Nauarr. conf. 70. de sent. excomm. & Sair. decis. 67. eod. tit.* contrarium asserant in foro poli tamen communis opinio prima videtur verior, vt testatur *Macer. resol. 16. nu. 6. lib. 3.*

5 Ampliatur secundo, vt irregularis sit clericus exercendo ordinem presbiteratus scienter, & seriò, & ex officio ministret, *Vgolin. de irregul. cap. 37. Sair. de censur. lib. 7. cap. 10. nu. 1. Suar. tom. 5. disp. 11. sect. 3. nu. 22. Reginal. in prax. for. pœnit. lib. 30. num. 19. Bonac. de cens. disp. 7. quæst. 3. punct. 6. num. 1.*

6 Declaratur modo illum tantum esse casum S. Inquisitionis commissum, quando ille qui sacro presbiteratus ordine non est insignitus confessionem audit, & simul absolutionem impertitur, at secus, qui ordine sacro presbiteratus est insignitus, nam non incurritur pœnas huius constit. si sine iurisdictione actuali confessiones audiret, *Rodriq. q. regul. to. 2. q. 27. ar. 2.*

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegij pœnas incurrit furans res sacras à templis diuinis. Amplia nu.* 13. 14. *& 15. Declara nu.* 16. 17. *& 18.*

2 *Templorum diuinorum appellatione, quæ veniant, an confraternitates nu.* 3. *& an Ecclesia non consecrata nu.* 4.

5 *Sacræ res quæ dicantur n.* 6. 7. 8. 9. 10. *& 11.*

12 *Sacrilegi sunt excommunicati, cuius absolutio ad quem spectat.*

De sacrilegio.

Super Bulla Sixti V.

1 DE *anno* 1570. *per hanc constit. incip. cum prouida* sancitum fuit sacrilegij pœnas incurrere eos, qui res sacras à templis diuinis eripiunt.

2 Vnde pro vera intelligentia, & choronide dictæ constitutionis eam ampliabis primo, vt sub nomine templorum diuinorum siuè Ecclesiarum, veniant Monasteria, & hospitalia, vt resoluunt *Sair. de censur. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 17. *Vital. in rubr. de pœn. commiss. sacril. num.* 1. *Decian. tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 32. *& cap.* 30. *num.* 43. & sic etiam sacristia coniuncta tamen Ecclesiæ, *Suar. tom.* 5. *disput.* 22. *sect.* 2. *nu.* 12 *Reginald. in prax. for. pœnit. lib.* 19. *nu.* 60. *latè Massobr. in prax. habend. concurs. ad vacant. Eccles. paroch. prælud.* 1. Item, & cimiteria ita quod res sacras ab eis eripientes sacrilegi verè appellari possunt, *Abb. in cap. cum Ecclesia nu.* 2. *de immu. Eccles. Zabarell. clem. eos num.* 10. *in fin. de sepultur. Diaz. in prax. crim. can. cap.* 87. *num.* 3. vbi habetur violantem cimiterium cõmictere sacrilegium, *Bertachin. in repert. verb. cimiterium num.* 2. *subdens nu.* 7. cimiterium esse priuilegiatum, sicuti Ecclesia, de quo latè *Tusc. concluss.* 228. *verb. cimiterium, Sanchez lib.* 9. *disp.* 15. *q.* 3. *num.* 40.

3 Sed an idem dicendum est de Confraternitatibus, & Oratorijs, ad hunc propositum, negatiuam affero opinionem, siquidem Cõfraternitates, & oratoria nõ dicuntur loca puplicè consecrata, & ideo ex oratorijs ali-

Digitized by Google

aliquid surreptum, non facit propriè sacrilegium, q̃ ad hoc, vt committatur, requiritur, quod locus ex quo res sacra surripitur sit sacer publicus, & non sufficit priuatus, doctrina est *Bart. in l. sacrilegi capite num. 2. ff. ad l. Iul. pecul. Conrad. rubr. de sacril. post nu. 8 Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 389. num. 9. & seq.* asserẽs in hoc casu esse pœnam arbitrariam maiorem furto, sed minorẽ vera pœna sacrilegi, prout optimè probat *text. in l. sacrilegii ff. ad l. Iul. pecul. idem dixit Peguer. decis. 24. nu. 18. sintagm. iur. lib. 33. cap. 14. rub. de sacril. nu. 3.*

4 Verum Ecclesias nondũ consecratas, & præsertim si in eis iam fuerit cœptum diuina sacrificia celebrare gaudere hoc priuilegio, vt furtum in illis commissis, sacrilegij nomen assumat, dixit *Archid. in c. 1. in prine. 10. q. 1. & in cap. fratri nu. 5. 17. q. 4. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 30. nu. 42.*

5 Amplia secundo pro intelligentia, vt res sacræ non solum dicantur consecratæ ab eo, qui consecrandi habet potestatem seruata sollemnitate iuris canonici, de qua in *tit. de consecrat. Alber. in l. diui verus nu. 1. ff. ad l. Iul. pecul. glos. in l. sacrilegi capite verb. cõpilauerint ff. eod. Peguer. decis. 24. nu. 3.* sed etiam alia, quæ & si per Pontificem, seu Episcopos sacra vnctione consecratæ non sint, sunt tamẽ ad sacrarum vsum potissimè dedicatæ, vt seruiant sacerdotibus, missam, aut diuina officia dicentibus, vel ad apparatum, seu ornamẽtum templorum diuinorũ, vel altarium, *Sintagm. iur. lib. 33. cap. 14. rubr. de sacril. nu. 1. Iodoch. in pract. crim. cap. 111. rubr. de sacril. n. 4.* qui ponit exemplum in ciborii phialis, feretris mappis linteaminibus altarium mantilibus, cortinis cera candelabris, & arcula elemosinarum licet *Gomez. de delict. cap. 5. rubr. de furt. n. 11. vers. dubium tamen*, inter res sacras numerat petram sanctam non autem quæ pertinent ad ornatum, & cultum diuinũ, puta vasa, quibus ponitur vinum, & aqua, pallium, vel lignum, quo cooperiũtur altaria, quæ propterea nec sacra appellauit, *Pegue. d. decis. 24. sub nu. 14. & 13.* vbi idem de ciborij phialis capsu-

Digitized by Google

capſulis feretris mappis linteaminibus altarium cortina cęra arcula eleemoſynarum,& alia idem ſentijt *Sin tag.iur.lib.33. cap.14. nu.2.* de votis priuatorum non eſſe ſacra *Decian.trac.crim. lib.6.cap.30.num.19.* firmãs hanc veram concluſionem illas appellari res ſacras, quæ conſecrantur, vel ſaltim, benedicuntur, & ideo lampades, vaſa non conſecrata, vt phialæ capſulæ, mappę linteamina, mantilia,cortinæ,oleum,cera,cãdelabra, & his ſimilia non dicuntur ſacra, & proinde ſacrilegium non committitur ab eis,qui illa,etſi argentea vota furaretur.

6 Quare reputabis inter ſacra primo omnia vaſa ſacra iuxta *gloſ. in l.1. verb.ſacra ff.ad l.Iuliam peculat Vitallin. in rubric. de pœna committen.ſacrileg.num.1. verſ. vel ſacra vaſa, Alberic. in dictionario in verbo ſacrilegium l.* 8. §. *ante finem verſ. poſtea autem.* vbi de vaſibus conſecratis ad ſacramentorum ſuſceptionem, *Iodoch. in practic.crimin.in cap.111 rubric. de ſacrileg. num.4.* vbi de vaſe,in quo eſt repoſitum ſanctum, & venerabile Sacramentum,*Peguer. deciſ.criminal.24. nu.11. & 12.* vbi quod vaſa dicitur ſacra,ea ſcilicet, quæ ſunt cõſecrata ad Sacramentorum ſuſceptionem, & ponit exẽplum in vaſe, in quo reponitur oleum ſanctum.

7 Sic etiam Calices Turibula dicuntur res ſacræ ſecundum *gloſam in §. item lex Iulia peculat. in verbo rem ſacram inſtit. de public. iudic. de Caſtro in l. non dũ num.2. ad med.C. de furt. vbi de calice, Vitalian. in rubr. de pœn. committen. ſacrilegium n.1. verſ. vt calices, & turibula, Iodoch. in pract. criminal. cap.111. rubric. de ſacrileg. poſt num.4. vbi de calice,de quo etiam per Boſſ. in tit. de furt. num.39. & per Gomez de delict. cap.5.rubr. de furt.num.11. ad med. verſic. dubium tamen neceſſarium eſt Peguer. deciſ.24. num.12. Baiard. ad Clar. in §. ſacrilegium 6. Decian. in tract. crim. lib.6. cap.14. rubr. de ſacrileg. num. 6. & cap. 30. num. 19.*

8 Item cuſtodiam in quo reponitur Sãctiſsimum Sacramentum, eſſe rem ſacrã à nemine dubitatur *Gomez de delict. cap.5.rubr. de furt. num.11. Baiard. ad Clar. §. ſacrilegium num. 6.* &

Digitized by Google

pariter patent, secundum *Artin. in §. item lex Iulia peculat. num. 2. instit. de public. iudic. de Castro in l. si nõ dum num. 2. ad med. C. de furt. Iodoch. in pract. crim. cap. 111. rubric. de sacrileg. post num. 4. Peguer. decis. 24. post nu. 11. Decian. in tract. criminal. lib. 6. cap. 14. rub. de sacrileg. nu. 6. & cap. 30. num. 19.*

9 Similiter reliquiæ Sanctorum dicuntur etiam res sacræ, & illas surripientes sacrilegium committunt, secundum *Bad. in l. nemo martires ante num. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi dicit, quod eximentes corpora Sanctorum, & extra Ecclesiam portantes puniuntur pœna sacrilegij, *Vitalin. in rubr. de pœna committ. sacrileg. num. 1. Alber. in dict. in verb. sacrilegium l. 8. in fine vers. & sanctorum reliquiæ, Archid. in cap. corpora vers. quid dicendum distinct. 1. de consecrat.* vbi declarat, nisi reliquiæ surreptæ fuissent apud Saracenos, *Foller. in pract. criminal. in verbo capiat informationem sub nu. 1. Peguer. decis. 24. num. 11. Decian. in tract. criminal. lib. 6. cap. 30. num. 38. Bonif. in tract. de furt. §. alijna rei sub num. 26.*

10 Ita pariter, quia vestes Sacerdotum Diaconorũ, & aliorum, in quibus diuina officia celebrantur similiter res sacræ dicuntur sic *Vitallin. in rubric. de pen. committen. sacrileg. num. 1. vers. & vestes sacræ, Alber. in dictionario in verbo sacrilegium l. 8. in fine, Gomez de delict. cap. 5. rubr. de furt. nu. 11. vers. dubium tamen, Baiard. ad Clar. in §. sacrilegium num. 6. Decian. in trac. crim. lib. 6. cap. 14. rubr. de sacrilegio num. 6. & cap. 30. num. 19.* sic paramenta altaris dicitur sacta, vt idem *Vitallin. in rubr. de pœna committen. sacrilegium nu. 1 vers. sed paramenta*, Imagines Dei, Mariæ Virginis, & Sanctorum dicuntur ẽt sacrę, *Albericus in dictionario in verbo dicto sacrilegiũ l. 8. in fine vers. & ipse imagines, Peguer. decis. 24. n. 11.* dicuntur similiter ornamẽta Ecclesiæ sacra, & omnia quę ad Ecclesiæ ornamentum sunt destinata secundum eundem *Albericum in dictionario in verbo sacrilegium l. 8. in fine Iodoch. in pract. criminal. cap. 111. rubr. de sacril. post n. 4. Peguer. dec. 24. post nu. 14.*

11 Tan-

Digitized by Google

11 Tãdem crux an dicatur res sacra, *vide Gomez de delict. cap. 5. rubr. de furt. n.* 11. vbi arguendo pro, & contra, & tandem concludit cũ *D. Thom. 2. q. 5. art. 3. Clar. in prax. §. sacrilegium nu. 4. & Foller.* allagãtem Neap. fuisse suspensum quendam Salernitanum, qui Crucẽ ex Ecclesia surripuerat idẽ refert *Peguer. decis. 24. n. 17. & Baiard. ad d. §. sacrilegiũ num. 6.*

12 Amplia tertio, vt inter alias pœnas, quas incurrunt tales sacrilegi est excommunicatio, cuius absolutio post denunciationem est Sanctissimo reseruata, ante verò denũciationem, posse ab Episcopo absolui, dummodo satisfacere velint iniuriam passis iuxta tradita per *Clar. lib. 5. §. fin. q. 77. num.* 20. *Reginald. loc. cit. nu. 6. & nouiter Lauor. de iubil. & indulg. par. 2. cap. 21. num. 9.*

13 Amplia quarto, siue res ereptæ sint mobiles siuè immobiles, *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 30. num.* 18. & 20 *sintag. iur. lib. 33. c. 18. num. 2. Tusc. tom. 7. lit. S. cõclus. 6. nu. 4.*

14 Amplia quinto, vt talis sacrilegi possint coerceri per Curiam Ecclesiasticam idem *Decian. cap. 36. Diaz. in prax. crimin. can. cap. 90. nu.* 1. *Suar. de pace in prax. tom. 1. pralud. 2. nu.* 19. *Tusc. tom. 4. lit. I. conclus. 445. nu.* 19. & 446. *nu.* 10. cum tale crimen sit mixti fori, & in eo habeat locum præuentio *c. proposuisti de for. compet. cap. cum sit generale, & c. fœlicis de pœn. in 6. Ossas. dec. 193. num. 7. Farin. in prax. q. 8. nu. 132.* & *Macer. lib. 3. resol. 88. nu. 2.*

Et licet pœna ordinaria sacrilegij sit capitalis, ad *text. in l. sacril. ff. ad l. iul. peculat. in l. aut facta §. locus ff. de pœn.* Tamen constat Ecclesiam pœna capitali neminẽ coercere, gladium enim habet spiritualem, quo viuificat, non materialem, quo mortificat *cap. inter hæc 33. q. 2. cap. sententiam sanguinis ne clerici. vel monac. cap. Archiepiscopi de rapt. explicat Decian. lib. 1. cap.* 20.

15 Ampliatur sexto, vt consentientes, participes, & socij in crimine sacrilegij puniantur pœnis contentis in hac bulla faciunt dicta per *Sintag. iur. lib. 33. c. 15. rub. de pœn. veri sacril. nu. 3. Decian. trac. cri. lib. 6. c. 30. n. 6.*

Digitized by Google

16 Declara primo, vt ad incurrendas pœnas huius cõstit. non dici sacrilegos effractores Ecclesiarum tantum absque expoliatione, vt per *Clar.lib.5.§.fin.q.77. num.20. Eman.q.regul.tom. 2.q.38.artic.2.& q.50.ar.2. Azor.institut.moral.par.1. lib.9. cap.27.q.12. Nauarr. man. cap.27. num.49. Suar. tom.5.disp.22.sect.2. à nu.4.* asserentes ex dispositione *text.in cap.conquesti de sent. excomm.* quod non concurrẽtibus his duobus, scilicet spoliatione violenta, & effractione nullam excommunicationem, & alias pœnas incurri, & idem habetur *in cap.fin.de furt.* & ita sæpissimè iudicauit nostra Curia Archiep. Neap.

Vnde animaduertas ad hunc effectum non esse necessarium, vt Ecclesia spolietur omnibus bonis, quæ in ea sunt, vel vt effractio enormis sit, sed sufficit, quælibet rapina, val furtũ graue; & quęuis violenta apertio Ecclesiæ facta, siuè rumpendo murum siuè seras confrigendo, siuè suffodiendo parietem, fenestram vitream frangendo, vel tectum perforando, *Reginald.loc.cit.n.60.in prine.*

17 Declara secundo, vt ad hoc, vt sacrilegium committi dicatur, furtum debeat fieri in re sacra, non non autem priuata *d. l. sacrilegii ante verb. compilauerint ff.ad l.Iul.pecul. Sintagm.iur.lib.33.cap.14.nu.7 Decian. d. tract.crim. lib.6. cap.14. nu.12.*

18 Declara tertio, vt in sententiam excommunicationis, ac alias pœnas debitas pro hoc crimine sacrilegij non incidant impuberes, ita probatur in *l.sacrilegii pœnã ff.ad l.Iul.pecul. Boer. decis.154.num.19. Decian.d. cap.34. num.46.* & ratio est in promptu, nam excommunicationem non incurritur per minores quatuordecim annorum textus est *in cap. puberes de sentent. excom.*

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum potest apponi in fructibus beneficii reseruati prouisi per Papam, & Ordinarium. Amplia, vt num.3. 4.5.6.7.8.9.10. 11.& 12. Declaranu.13.14. 15.& 16.*

2 *Constit.Pii IV. in quo differt à clem. vnic. de sequestr. poss. & fruct.*

De

De sequestro apponendo in fructibus beneficij reseruati prouisi per sanctam Sedem Apostolicam, & Ordinarium.

Super Bulla Pii IV.

INter cæteras constitutiones, quę habentur in bullario sub nu. 142. extat, *hæc constitutio emanata per hunc Sanctissimum Pontificem sub die 26. Octobr.* 1560.

1 per quam sancitum fuit, quod quando inter prouisum Apostolicum, & prouisum ab Ordinario, litigatur super beneficio reseruato, seù affecto ratione mensis, vel alias, tunc Iudex statim, parte prius legitimè citata, & citatione re producta, cognoscat summariè, & extraiudicialiter, quantũ sibi pro rei qualitate sufficere videbitur beneficium ipsum esse reseruatum, seu affectum, & nihilominus ab Ordinario, seu alio, nulliter collatum fuisse, & indebitè detineri, ac etiam poterit super fructibus, & prouentibus dicti beneficii sequestrum apponere.

2 Quare scire debemus, q vigore huius cõstitutionis sequestrantur solum fructus beneficii, & ideo videtur differre *à clem. vnica de sequestr. poss. et fruct.* per quam sequestrari possunt nedum fructus, sed etiam possessio, & ipsum beneficiũ, vnde secundum terminos huius const. intrusus in beneficio, potest continuare alios actus possessorios, desumpta fructuum perceptione, nam sequestratio limitata, limitatum producit effectum *vulg. l. in agris ff. de acquir. rer. domin.* & ita quando possessio non fuit sequestrata, *Vitalin. d. clem. vnica num. 67. & fin. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 2. nu. 1. in fin.* Non tamen potest intrusus in hoc casu ad excludẽdam sequestrationem opponere de nullitate, aut subreptione prouisionis Apostolicæ, cum talis exceptio non admictatur in iudiciis summariis ad retardandam exequutionem *Rot. decis. 3. de except. in nou. Verall. decis. 317. & 342. num. 1. par. 2 Put. decis. 245. num. 4. lib. 1. & decis. 276. num. 2. lib. 2.*

Ca-

Cæsar de Graff. decis. 20. de probat.

3 Ampliatur primo tenor huius constitutionis, vt à sequestro per Iudicem apponendo, non detur appellatio, vt latè probat *Cassador. decis. 5. de sequestr. poss. & fruct. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 2. num. 5. Lancellott. de attent. p. 2. cap. 11. lim. 12. nu. 2. & seq.* & ratio videtur esse, nam Summus Pontifex vtitur verbis (quod summariè, & extraiudicialiter procedat) quæ verba prætermictunt ordinem iudicij, *ad text. in clem. sæpè de verb. oblig.* vltra quod ab hoc decreto vti interloquutorio non dari appellationem, inquit *Cassador. d. decis. 5. Gratian. decis. 63. in addit. num. 6. Dom. Rice. collect. 166.*

4 Ampliatur secundo, vt sequestrũ, nec euitari possit prætextu nullitatis sententiæ, *Verall. decis. 1156. num. 2. p. 3. Bisignett. decis. 2. de sequest. poss. & fruct. Cassador. decis. 9. eod. tit.* & ideo violator dicti sequestri appositi per Iudicem, non euitabit pœnam prætextu dictæ nullitatis sententiæ, vt tenuit *Rota in una Astoricens. Archidiaconat. 22. Iunii 1535. corom Rubeo.*

5 Ampliatur tertio, vt tale sequestrum, nec impediri possit per tertium opponẽtem sutum interesse, vt voluit *Rota decis. 4. nu. 1. de sequest. possess. & fruct. in nou. & decis. 11. num. 1. de sent. & re iudic. in antiq.* sicuti è cõtra sequestrum iam appositum, non potest etiam de consensu partium remoueri in præiudicium ipsius tertij, qui ad causam fuerit admissus pro suo iure, & interesse, *Verall. decis. 101. & 160. par. 3.*

6 Ampliatur quarto, nam quamuis regula sit, vt sequestrum tollatur præstita cautione, cum cautio sit medicina sequestri vulg. *l. senatus in fin. ff. de offic. præsid. & l. si fideiussor § fin. ff. qui satisd. cog. latè. Viuius opin. 722.* & cautio subrogetur loco sequestri, *Cæsar de Graff. decis. 3. num. 5. de fideiuss.* Tamen in casu nostro sequestrum per cautionem non retardari voluit, *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de sequestr. possess. & fruct. vers. & nota Pus. dec. 311. num. 1. lib. 1. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 2. nu. 9.*

7 Ampliatur quinto, vt in casu huius constit. sufficiat Iudici

Iudici constare de reseruatione, & intrusione extraiudicialiter, ex verbis eiusdē bullæ.

8 Ampliatur sexto, vt quādo litigatur inter prouisum à Sede Apostolica, vel Ordinario de aliqua dignitate Canonicatu, præbenda portione, seù alio beneficio Ecclesiastico, in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel collegiata consistenti ex vna parte, & ex alia Capitulum, & Canonicos eiusdem Ecclesiæ, ad quos admissio, seù receptio ad tale beneficium spectat, & quibus accrescant fructus, & distributiones de eo tempore, quo possessio capta non fuerit, tali casu, ne Capitulum vtilitatem sentiens ex fructuū, & distributionum perceptione, litem dolosè protrahat, & collitigās nimis molestetur, nec si causam vicerit de nouo in recuperandis à Capitulo fructibus fatigetur sanciuit *Pius Papa V. in const. incip. cordi nobis de anno* 1568. Quod interim lite pendente, fructus, redditus, prouentus ac distributiones cæteraq; emolumenta penes idoneā personam deponantur restituenda ei, cui de iure postea restituenda fuerint.

Quæ ampliatio, siuè mētionatæ constit. Pij V. tenor vt locum habeant oportet Capitulum fuisse in aliqua culpa non tradendi possessionem, vel aliquod impedimentum præstitisse, vt fuit resolutum *per Rotam in vna Placentina Diaconatus 6. Iulii* 1599. *coram Pegna.*

9 Ampliatur septimo, vt huiusmodi constit. procedat in quocumque beneficio Ecclesiastico, etiam dignitate, personatu, & curā animarum habente, vt colligitur ex illis verbis, *super quouis beneficio Ecclesiastico* nam illa dictio quouis, est idem, ac quocumque, & omnia comprehendit *cap. sciant cuncti de elect. in 6. l. quicumque C. de seru. fugit. Crescent. decis.* 1. *de priuil. num.* 2.

10 Ampliatur octauo, vt sequestrum non solum possit apponi in prima instantia, sed etiam in secūda, vt sancitum reperitur expressè in d. constit. in illis verbis, *& in quauis instantia.*

11 Ampliatur nono, vt dicta constitutio non solum procedat in reseruationē mensis, sed etiam ex quacum-

Digitized by Google

cumque alia reseruatione ex illis verbis *aut alias prout prefertur reseruatum, vel effectum*.

12 Ampliatur decimo, vt sufficiat constare de reseruatione, ac etiam de intrusione, vel indebita detentatione, vt locus sit sequestro, nec debet constare de prouisione nulla ordinaria, seù alia authoritate facta, antequam deueniatur ad sequestrum. Et ratio est, nã statim, quod constat de reseruatione ratione mensis, seù alias, ac de intrusione, remanet fundata intentio impetrãtis Apostolici, quoniam neque Ordinarius, neque vllus alius præter Papam potuit prouidere, *cap. 2. de prabend. in 6. Rot. decis. 30. eod. tit. in antiq. nu. 2. Simonet. de reseru. q. 99. num. 7.* Et seruat stilus sanctæ sedis Apostolicæ, nam quãdo facit alicui gratiam de aliquo beneficio reseruato ratione mensis, solet illi concedere breue de capienda possessione, vel nomine Cameræ, vel ad fauorem literarum appellatione remota, & sine vitio attentatorum, & cum clausula sublata, &c. Vnde si in immissione ad fauorẽ prouisi Apostolici, & exclusione intrusi, circa fructuum, & expensarum condemnationem appellatione remota, & sic in re tam graui nõ est necessaria alia verificatio. A fortiori idem dicere debemus in re parui præiudicij, prout est sequestrum.

13 Declaratur primo, quod ad hoc, vt apponi possit sequestrum vigore huius cõstit. debet esse introducta lis super ipso beneficio, vnde si esset solum introducta super possessione, forsan cessaret dictum sequestrum, quia lis super sola possessione beneficij, non facit beneficium nec proprietatem litigiosam, *glos. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil. vbi Abb. nu. 5.*

14 Declaratur secundo, vt sibi locum non vendicet contra triennalem possessorem, incontinenti de triẽnalitate docentem, & licet dicta constit. hoc non exprimat. Attamen est trahenda, & interpetranda secundum alia iura priora, & sic *d. clem. 1. ita Couarr. lib. 1. var. cap. 5. nu. 6.* nam lex noua quantumuis generalis non tollit casus speciales legis antiquæ, *Cassador. dec. 6. nu. 11. super reg. tatè Gabr. tit.*

Digitized by Google

tit. de leg. conclus. 1. *num.* 1. Vnde si talis possessor posset se tueri regula de triennali vtique posset sequestrum euitare.

15 Declaratur tertio, vt illa verba constit. *quantum sibi videbitur* non importent meram voluntatem, sed arbitrium boni viri, per *text. in l. fideicommissaria ff. de fideicommiss. libert. versic. si tibi liberi & in l. fideicommissa* §. *quemquam ff. de leg.* 3. *ibi vel videbitur Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 8 maximè statibus verbis illis *pro rei qualitate sufficere parte legitimè citata*, quæ verba operantur, vt ideo citetur pars, ad finem vt arbitretur prout de iure *Paris. cons.* 95. *num.* 22 *lib.* 1.

16 Declaratur quarto, vt huiusmodi constitutio non procedat in beneficio litigioso, ita vt si lite pendente ordinarius prouideat de aliquo beneficio, non erit locus sequestrationi, nam aliud est beneficium esse litigiosum, & aliud esse reseruatum, quoniam reseruatum prohibetur conferre ordinarius, litigiosum verò non prohibetur, sed eius potestas suspenditur, donec futurus litis declaretur euenctus *d. clem.* 1. *§. si ergo, Simonett. de reseruat. q.* 10. *num.* 5. *Gomes. reg. q.* 8. *sub nu.* 4.

Sed de iure communi, & sic d. clem. si ordinarius attentauerit prouidēdo beneficium litigiosum, tunc esset locus sequestro ratione attentati, *Verall. decis.* 52 *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 1. *de sequest. possess.* & ideo non est opus de hoc articulo discurrere, nam parum refert vt sequestrum fiat vigore iuris communis, vel nostræ constit.

17 Declaratur quinto, vt licet appellationem fructuū, reddituum, & prouentuū, non veniant distributiones quotidianæ. Tamen in casu huius constit. si possint illę sequestrari. Distinguerē de distributionib⁹ illis grossis, quæ dantur residentib⁹, & alicui horæ interessentibus, & tunc non actu distribuantur, sed ad finem mensis, semestris, vel anni, vel de alijs minutis quæ singulis horis nocturnis, & diurnis interessentibus dantur. In primo casu loquendo de distributionibus grossis, crederem illas comprehendi, & sequestrari posse, cum veniant appellatione fru-

Digitized by Google

ctum secus vero de minutis testatur *dec. Aebil. de Graff. 12. de prabend. & dignit.*

SVMMARIVM.

1 *Simonia est recipere aliquid à beneficiatis pro capienda possessione beneficiorũ, nisi expenderetur in pios vsus nu. 6.*

2 *Episcopi pro institutionibus beneficiorum nihil recipere valent.*

3 *Consuetudo soluendi cappam & candelam pro ingressu alicuius* Canonicatus, *vel soluendi dulciaria reijcienda est num. 4. vel soluendi fructus primi anni Canonicatus iunioris num. 5.*

De simonia.

Super Bulla Pij V.

1 NOn immerito fuit emanata præsens constitutio *per bona memoria Pium V. incip. durum nimis de anno* 1570. per quam sancitum fuit beneficiatos in possessione capienda eorum beneficiorum nõ debere aliquid præstare Ecclesiæ non obstante quacumque consuetudine etiã immemorabili, vel priuilegio, quia saperet vitium simoniæ, quę bulla concordat cũ dispositione *S. C. T. sess. 24. cap. 14.* cui solum additum fuit, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, vide *D. Rice. in prax. iurispatron. resol. 227. in antiq. tom. 1.*

2 Ampliatur primo, vt Episcopi pro beneficiorum institutionibus, & collationibus nihil possint recipere *Sair. decis. 7. de simonia*, & sic obseruauit quidam Ordinarius, nam deleuit quandam prauam consuetudinem recipiendi primã annatam fructuum ob collationem beneficij per prędecessores Episcopos percipi solitam, me consulente.

3 Ampliatur secundo, vt tolli debeat praua quædam consuetudo cathedralis de soluendo cappam, & candelam pro ingressu alicuius Canonicatus, *Cened. late collect. cap. 16. par. 2.*

4 Ampliatur tertio, sacrã Congregationẽ prohibuisse consuetudinem soluendi dulciaria pro ingressu Canonicatus, vt habetur *per Zerolam in prax. verb. possessio p. 2.*

5 Am-

Digitized by Google

5 Ampliatur quarto, reprobari consuetudinem, & statutum cuiusdam Ecclesiæ soluendi fructus primi anni Canonicatus iunioris, vt voluit *Macer. resolut. 1. lib. 1.* Vnde Episcopus permittens consuetudinem, vt medietas fructuum beneficij primi anni alicui vsui applicentur committit simoniam *D. Ricc. in prax. Epis. p. 1. in antiq. decis. 567.*

Declatur tamẽ illud nõ procedere quoties id quod datur expenderetur in pios vsus, *Graff. decis. aur. cap. 96 num. 49. par. 1. lib. 2. Nauar. cons. 1. n. 3. de sim. Ann. cons. 11. num. 2. Surd. cons. 2. n. 29. & Macer. loc. cit.*

SVMMARIVM.

1 *Simoniæ pœna augetur per hanc constit. quæ ampliatur num. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Declaratur nu. 15. 16. 17.*
2 *Simoniam ad incurrendam quæ requirantur.*
3 *Simonia est triplex.*
4 *Simonia mentalis quot modis accipitur & nu. 5.*
6 *Simonia cõuentionalis quæ dicatur.*
7 *Simonia realis an contrahatur mutua traditione.*

De simonia.

Super Bulla Pij V.

PEr hanc constit. incip. vt simoniaca prauitatis edita de anno 1566. Pœna
1 augetur simoniacis, vt ij, qui hoc crimen simoniæ prauitatis commiserint in cõsequendis ordinibus eo ipso sint ab exequutione illorum per decennium sine spe dispensationis suspensi, & per annum carceribus mancipentur, qui verò dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisiuerint illis sit ipso iure priuati, & inhabiles in futurum ad eas, & ad alias. Qui verò beneficium aut officium Ecclesiasticum simoniacè, illis sint ipso iure priuati teneãtur ad restitutionem fructuum perceptorum, & inhabiles ad ea, & quæcumq; alia. Et conuicti pluries de tali crimine corporaliter puniantur, & degradentur. Conferentes verò ordines & beneficia pœnis à iure statutis puniantur.

Vltra quas pœnas Sixtus V. alias addidit, vt habetur apud Quarãt. in sum. verb.

Digitized by Google

ordo fol.390.incip.sancitũ, & salutare,quæ constitutio circa hoc solum vitium simoniæ non fuit moderata per Clem. VIII.

2 Pro intelligentia autem huius constitutionis præmictendum est, quod ad hanc simoniam punibilem incurrendam, non solum debet necessario interuenire pactum, seu conuenctio illicita inter emptorẽ, & venditorem pro re spirituali siue annexa spirituali, sed etiam necessario requiritur, vt tale pactum, seu conuenctio illicita prætii præcedat electionẽ ad hoc, vt dicatur inducere simoniam, alias nunquam inducitur *cap. Artaldus 8.q.3.gl. in cap. quam pro verb. postmodum* 1.*q.*2. *Maresc.lib.* 2.*var.resolut.cap.*35. *nu.*24. *& tradũt communiter DD. in cap veniens de testib. cum Dec cons.*118.*num.*4. *Put.dec.*171,*num.*9.*lib.*2. *& aliis, quos refert, & approbat* Rota *decis.*1029. *num.*8. *coram Cardinali Seraphino decis.* 166. *num.*9.*par.*2. *in recent. decis.*238.*num.*9. *& dec.*517 *num.*11.*coram Greg.XV.*

Hinc si eligẽdus diceret electori se non fore ingratum cum hæc verba sint generalia, & nullum arguunt pactum, nullam probant simoniam, vt per *Sotum de iustit. & iur. lib.* 9. *quæst.*8. *art.*5.*concluſ.*3.*& fuit dictũ in vna Britonien. pensionis coram Gipsio quem allegat, & sequitur eadem Rota decis.*1029. *num.*9. *coram Cardinali Seraphino;* neq; obstat ea verba innuere electum non immemorem fore beneficij sibi collati ab electoribus, & per consequens se eius obligatum agnoscere. Nam etiam si eligendus agnoscat se obligatione antidorali, quæ ex virtute gratitudinis oritur, & aliquid postea electori det, vt huic obligationi satisfaciat, non erit simonia, vt recte adnotauit *Nauarr. cap.*23.*num.*106.*&* Couarr. *lib.*1.*variar.resolut.cap.*20. *nu.* 4. *quos citat, & approbat Lessius de iust.lib.*2.*c.*35. *num.*115. & ratio est, quia simonia requirit, vt ex pacto, seu obligatione iustitiæ detur latè *Suarez de religione tom.* 1.*tract.*3.*lib.*4.*c.* 45. *num.*4.*& seqq. Rodriq. tom.*3.*q.*63. *art.*4. *in fin.* vbi de communi.

Si verò aliquis eligatur cum ea conditione, vt postea teneatur tales remunerare

rarè, seù vt dicunt recompensare, erit quidem simonia, *Roman. cons. 359. Tolos. tit. de elect. cap. 9. num. 7.* si tale pactum præcesserit electionem, secus verò si fuerit factum post electionem, vt apertè habetur ex *d. decis. Rotæ 1029.*

3 Secundo, pro intelligentia animaduertendum est, quod simonia est triplex mentalis conuentionalis, & realis.

4 Mentalis dupliciter accipitur primo pro nudo proposito, seu desiderio committendi simoniam, hęc enim sola mente concipitur, & nulla ratione cum externo actu coniungitur, vt si quis intentionem habeat dandi pecuniam pro beneficio, sed postea penitentia ductus, vel alia ratione impeditus intentionem suam opere non compleat, nec vllam de hac re conuẽctionem faciat.

Animaduertas tamen dũ iura loquuntur de simonia mentali non tali hoc primo modo explicata, tum quia hæc continetur in reali, vel conuenctionali, cum realis, & conuenctionalis supponat mentalem, & cũ ea vnum peccatum constituat, tum quia iura loqui videntur de illa simonia, quę sub pęnis ecclesiasticis cadere potest, solum autem propositum, vel desideriũ cadere non potest sub pęnis ecclesiasticis, cum Ecclesia de internis non iudicet, nam simonia consistit in emptione aut venditione rei spiritualis pro temporali lucro, emptio autem, & venditio sunt contractus externi.

5 Secundo, simonia mentalis accipitur pro illa actione, quę fit mente simoniaca, sed ex se, & ex circumstantiis simoniam non præfert, vt si Cappellanus pecuniam titulo substẽtationis, seu elemosinæ relictam pro celebratione quotidianæ missæ accipiat intentione accipiẽdi illam tamquã prætium missæ nullo dato exterius signo, quo indicet se pecuniam accipere tamquam pretium missæ, hic enim committit simoniam mentalam, quia intentione simoniaca facit actum extremum, in quo simoniæ labes non apparet *cap. tua nos, & cap. vltimo de simon.* quemadmodum enim expuens in Ecclesiam intentione contemnendi Eccle-

siam

fiam sacrilegium mentale commictit, quamuis actus externus ex se indifferens sit, & sacrilegam intentionem non prodat; Idem valet in alijs actibus indifferentibus, quibus peculiaris militia communicari potest etiam si in exteriorem actū non prodeat; Addo fieri posse, vt simonia mentalis aliquando committitur ab vno tantum aliquando ab vtroque, vt si aliquid exterius tradi solum videatur animo gratuito, vel ad substentationem, sed accipiens intēdit illud accipere tamquam pretium rei spiritualis, sed nullus prauam suam mentem verbis, seu conuētione, aut alia ratione manifestet, hæc enim est simonia mentalis, quia mente retinetur, & exterius non apparet actū externum ea intentione fieri, ita *Sotus lib. 9. de iust. quæst. 8. art. 1. Nauarr. cap. 23. num. 102. Redoanus prima parte cap. 2. Suarez cap. 41. num. 3. Filiucius tract. 46. cap. 10. q. 1. nu. 3. Reginaldus lib. 23. nu. 153. Azor. 3. par. lib. 12. cap. 1. de simonia, & cap. 2. quæsito primo.*

6 Conuentionalis consistit in pacto, seu cōuentione expressa, vel tacita dandi, vel recipiendi temporale pro spirituali; hæc simonia distinguitur à mentali ob conuentionem externam, quam non includit mentalis distinguitur vero à reali, quia non habet adiunctam rei traditionem, realis est illa, qua res temporalis traditur, vel accipitur pro spirituali.

7 Dissentio tamen est inter Doctores si ad simoniā realē requiratur mutua traditio an verò sufficiat traditio rei ex vna parte *Sot. lib. 9. de iust. q. 8. ar. 1. Filiucius num. 1.* & alij existimant simoniam realem committi traditione rei spiritualis cum promissione rei temporalis. Alij putant simoniam realem committi nō solum quando traditur res spiritualis cum pacto rei temporalis, verum etiam dum traditur sola res temporalis cum pacto rei spiritualis.

At vero *Valentia tom. 3. disput. 6. quæst. 16. puncto 5. Nauarr. cap. 23. num. 104. citans Cassadorum, & Gomesium Sum. Coron. in summa de simonia num. 9. Azor. 3. par. lib. 12. cap. 3. de simon. Rodriquez in summa c. 55.*

Vgo-

Digitized by Google

Vgolinus tab. 1, cap. 62. §. 1. Reginald. lib. 23. num. 153. putant ad simoniam realē requiri, vt vtrinque ad actū percurratur dando, & recipiendo.

Verum istæ opiniones conciliari possunt dicendo simoniam realem incompletam committi dum ex vna tantum parte adimpletur, vt si tradatur res spiritualis cum pacto rei temporalis recipiendæ, completam vero cēseri dum vtrinque ad actum traditionis peruenitur.

Nec distinctio simoniæ maxime obseruanda est, vt cognoscatur quando nam penæ huius constit. contra simoniacos latæ incurrantur.

Aliqui tamen Doctores simoniam solum diuidunt in mentalem, & realem, sub reali tamen comprehēdunt conuētionalem; Alii diuidunt in mentalē, & cōuentionalē, sed necesse est, vt sub conuentionali cōprehendant realem; nostra tamen diuisio melior, & perfectior est, quia est adequata, & complectitur omne simonię genus.

8 Amptiatur primo, tenor constitutionis, vt simonia cōmittatur occasione collationis, vel susceptionis ordinum, nam suscipiens ordines preuia pecunia, seu pretio simoniacus est; ratio est, tum quia ordo est sacramentum, consequenter est aliquid sacrum, & supernaturale, & ideo est materia simoniæ, & tum quia peculiares censuræ, & penæ intuitu religionis latæ sunt ab Ecclesia contra accipiētes ordines præuia pecunia de quibus infra.

Hinc infertur primo, simoniacum illum esse, qui patrono illum præsentanti, vel admittenti ad ordines promittit, se nullam ab eo prouisionem petiturum, imò ordinatus hoc pacto suspensus remanet ab ordine ita suscepto, & collator suspensus remanet à collatione ordinum, & præsentator à præsentatione per triennium *cap. si quis de simonia*, vbi dicitur si quis ordinauerit, seu ad ordinē præsentauerit aliquē, promissionem, vel iuramentū ab illo recipiens, quod super prouisione sua non inquietet eundem, ordinator à collatione, præsentator

vero

verò ob executione ordinũ per triennium,& ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto donec dispenſationem ſuper hoc per ſedem Apoſtolicã obtinere meruerint nouerint ſe ſuſpenſos Epiſcopi, & alij collatores ordinum ſimoniam committant accipiendo aliquid in collatione ordinum ſic enim colligitur tum ex rationibus allatis,tum *ex cap. nullus Abbas,& cap. ſicut Epiſcopus* 1. *q.* in ordinando de ſimonia ibi; ſicut non debet Epiſcopus vendere manum quam imponit, ita nec miniſter, vel Notarius ordinationem eius, vocem vel calamum pro ordinatione, igitur, vel vſu pallij, ſeu chartis atque paſtellis eum qui ordinatur omnino aliquid dare prohibemus, & denique ex *Tridentino ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *de reform.* vbi dicitur. Nihil pro collatione quorumcumque ordinum etiam clericalis tonſuræ, nec pro literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus,nec pro ſigillo,nec alia quacumq; de cauſa etiam ſponte datum,vel oblatum Epiſcopi, & alij collatores, aut eorum miniſtri quouis prætextu accipiant. Notarij verò in *ijs tantum locis* in quibus non viget laudabilis conſuetudo, nihil accipiendi pro ſingulis literis dimiſſorijs aut teſtimonialibus decimam tantũ vnius aurei partem accipere poſſint,dummodo nullum eis ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo, nec Epiſcopis ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem ordinum collationibus directè; vel indirectè prouenire poſſit tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omninò teneri decernitur, contrias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines etiam immemorabiles quorumcunque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ ſimonię prauitati fauentes nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo, &c.

Infertur ſecundo, collatores ordinum ſimoniacos eſſe accipiendo aliquid occaſione ordinationis quãuis ſponte offeratur excipiuntur tamen cãdelæ, ſeu faculæ ex declaratione ſacræ Congregationis contra *Valentiam puncto* 2. *col.* 9. *verſ.* & quamquam ſacra Cardinalium Congregatio declarauit in Concilio abroga-

rogatam fuisse consuetudinem percipiendi ab ordinatis forcipes, pectines, & mappas, præter faculas excipi etiã forte possunt strophiola, quibus, Sacerdotũ manus sacro oleo linteo vincuntur, illaque sibi ceremoniarum Magister aliquibus in locis retinere consueuit. Infertur tertio, Notarium, cui salarium alia ratione constitutũ non est; posse aliquid pro literis dimissorijs, vel testimonialibus loco stipendij accipere, vt bene *Suarez cap. 53. num. 3. Valentia loco citato vers. & quamquam, Reginaldus lib. 23. num. 200. Azorius cap. 5. & alii contra sup plementum Gabrilis in 4. d. 25. quæst. 2. artic. 3. dub. 6.* Ratio est tum quia non tenetur gratis operam suam præstare; nemo enim suis stipendiis militat, tum quia Concilium Tridentinum dat ei facultatem recipiendi decimam vnius aurei partem in ijs locis, in quibus consuetudo inualuit aliquid accipiendi; si verò Notarius aliunde salarium habeat pro munere, & officio exercendo; peccat aliquid accipiendo imò nonnulli Doctores putant reũ esse simoniæ, quia hoc ei vetitum est intuitu religionis, & ad præcauendum simoniæ periculum, vt patet ex verbis Concilii supracitati quamuis enim actio illa scribendi sit temporalis nihilominus Conciliũ Tridẽtinum intuitu ordinum vetuit quidquam à Notario accipi, ità *Sotus lib. 9. de iust q. 6. art. 1. Durandus in 4. dist. 25. q. 3. Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. cap. 53. num. 8. Filiucius cap. 11. quæsito 5. num. 9.* non tamen videtur reus excommunicationis aliquid accipiendo pro dimissorijs, vel sigillo contra prohibitionẽ Concilij Tridenrini iuxta sententiam *Lessii num. 133. Suarez nu. 56. & Filiucius cap. 13. q. 4. num. 9.* Ratio est, quia excommunicatio incurritur ob simoniam in collatione vel susceptione ordinis cõmissam, in hoc autem casu ordinatus suscipit ordines absque simonia, sed contraria opinio defenditur ab Vgolino, Alterio, & alijs.

9 Ampliatur secundo, vt mediator simoniæ dicatur simoniacus, ita vt incurrat pœnas cõtentas in hac bulla, ita respondet *Imola in cap. cum super numer. 1. de*

Digitized by Google

confess. Nauarr. in man. confess. cap. 23. de simon. nu. 109. cum seq. Couar. in repet. cap. furiosus §. 1. n. 4. de homicid. ea ratione, quia mediatores habentur vti principales, & sic infertur, qnod mediator assassini dicitur etiam assassinus ad latè tradita *per Giurbam conf. 6.* & sic etiam proxeneta, seù mediator in contractibus vsurarijs potest dici vsurarius, & mortaliter peccat, ac in subsidium tenetur ad restitutionem, *Roman. sing. 385. Marsil. sing. 181. Lup. de vsur. comment. 3. not. 1. n. 26. Paris. de consid. q. 23. nu. 4.*

10 Ampliatur tertio, vt simonia pariter cõmittatur in iurepattonatus non solũ in dando, sed etiam in remictendo cum remictere sit dare *Dec. in cap. veniens nu. 3. & 4. de test.*

11 Ampliatur quarto, vt quo ad hanc priuationem non sit differentia inter notorium simoniacum, & occultum, *Rebuff. in prax. benefic. p. 3. de mod. amitt. benefic. nu. 12. Selua de benefic. in 3. p. q. 2. nu. 58. in fin.* vbi inquit quod simoniacus etiã post peractam pœnitentiam licet crimen non sit notorium, non potest promoueri, & quod electio de ipso facta est nulla, & quod hodie beneficia simoniacorum ipso iure vacent, & possint impetrari etiã absq; vlla interpetratione, quæ post impetratione fieri potest, tradit idem *Rebuff. loc. cit. nu. 11. per cap. cum secundum leges de hæret. in 6. qui sub nu. 13.* hoc declarat procedere quo ad beneficia, in quibus simonia fuit commissa, non autem in alijs, quia in his opus est priuatione, & ideo impetratio de illis facta non valet antequam sit lata sententia, imò clericus ea poterit resignare, & Papa interim cum eo dispensare, vt illa retineat

12 Ampliatur quinto, vt cõmictentes simoniam in ordine vel beneficio si sit realis incurrant excommunicationem *Tolet. in sum. cap. 93. nu. 1. lib 5.*

Verum *idem Tolet. lib. 5. cap. 86. nu. 5.* inquit ignorãtiam excommunicationis excusare simoniacum ab ea, nam ad excommunicationem incurrendam requiritur scientia, & consensus.

13 Ampliatur sexto, vt simplicitas non excusẽt à simonia, vt per Rot. in vna Toletana

Digitized by Google

letana de Aspedreda tentũ testatur *Puteus decis.163.*

14 Ampliatur septimo, vt procedant etiam in quacũque minima materia, cum in hoc peccato simoniæ nõ attendatur paruitas materiæ ex eo, quod rei spirituali plenè irrigetur iniuria eã pretio extimando, imo quo minori pretio datur eo vilius existimatur, *Nauarr.c. 23.nu.101. circa fin.& in extrauag.de dat.pro iust.vel grat.notab.10.num.20.vers. per quæ omnia,& lib.5.cons. 42.nu.3. tit. de simonia in 2. addit. Suarez vbi supra c.3. num.6.& cap.38.num.2.vbi multos allegat Vgol. relatus, & approbatus a Sãchez in præcep.decal.lib.1. cap.4. num.1.*

15 Declaratur modo, vt nõ dicatur simoniacus in materia pensionum, vt voluit *Rota coram Saerato in vna Nolana pensionis Lunæ 20. Ianuarii 1610.*

16 Declaratur secundo, vt ad effectum huiusmodi priuationis simonia plenè, & concludenter sit probanda *glos. in cap. veniens il primo verb. illorum de testam. & ibi Ab6. num. 4.* quam esse communiter approbatam testatur, *Alciat.cons.2.num. 40. & 41.lib.1.tom.1. & tenuit Rot. in vna Firmana Cappellania 11. Maii 1528. coram Fel.record. Clem.Papa VIII. tunc Auditore*, licet vbi agitur tantum ad repellendum aliquem ab assequutione beneficij nõdum obtenti sufficiant probationes leuiores, *Faber decis. 47. lib. 2. & fuit tentum in causa Caurien. Canonicatus coram Seraphino 10. Maii 1581. & in vna Calagurritana de Naro 20. Maii coram Comitulo*, & quamuis in odium huius criminis multa specialia inducta sint & præsertim, vt ex coniectu ris, & præsumptionibus probari possit *per cap. tuas & cap.sicut vbi de simon.& c.1. de test. in 6.* Nihilominus quando agitur de priuatione beneficiorum huiusmodi inditia, & coniecturę debent esse euidentes, *Alex. de Neuo cons.64. Natt.cons. 299.num.13.Verall.dec.202. tenuit Rota in vna Britonien. commenda 17. Decembris 1588. coram Gipsio, & in vna Lusentina confidentiæ 4. Februarii 1591. coram Orano tenet etiam Clarus in prax. crimin. cap.18. nu.2. & cauetur etiam in hac bulla.*

Digitized by Google

Vnde infertur, vt ad probationem simoniæ, quæ inducit priuationem testes de fama non admictuntur etiam si ciuiliter ageretur, *Gabr. conclus. 1. de probat. num. 12. Put. decis. 171. in fin. lib. 2. & fuit dictum in causa Imolen. confidentiæ 24 Februarii 1592. coram Emin. Card. Pamphilio.* Et sic etiã euenit neque admicti confessionem cedentis post resignationem, si dicat se resignasse beneficium sub promissione cuiusdam summę pecuniarium, quia talis cõfessio post consignationem non nocet cessionario, *Afflict. decis. 165. nu. 5. Rimin. consil. 151. num. 12. lib. 1. & 391. num. 21. & 23. lib. 2. Verall. decis. 185. par. 1. & fuit tentum in una Firmana cappellanie 11. Maii 1582.*

Sed animaduertendum esse censeo, quod ad excludendam simoniam plurimum valet præsumptio oriens ex amicitia mutua inter contrahentes, *Verall. decis. 202 lib. 1.* amicitia enim est sufficiens ad excludendam doli præsumptionem, *Put. decis. 171. lib. 2. & fuit tentum per Rotam in una Hispalen. coram Blãchetto.*

17 Declaratur tertio, vt beneficium adeptum vitio simoniæ, licet vacet ipso iure, vt habetur in bulla. Tamen adhuc requiritur sententia declaratoria, *Tolet. in summ. cap. 93.* nam in pœnis ipso iure incurrendis semper requiritur declaratoria Iudicis *cap. cum secundum de heret. in 6. Magon. decis. 16. Mising. obseru. 43. centur. 3. Benintend. dec. 37. & Cassador. decis. 2. de loc. & conduct.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi an teneatur dare sindicatum.*

De sindicatu Vicarij.

Super Bulla Gregorij XIII.

1 QVæsitũ fuit à Doctoribus si Vicarius Episcopi finito officio possit sindicari, quẽadmodum alii officiales, & Iudices, & affirmatiuã opinionem tuẽtur, *Pauin. de potestat. cap. sed. vac. 2. par. prin. c. 8. & alij, quos citat Sbroz. de offic. Vicar. q. 52. lib. 3.*

At-

Attamen hodie vigore huius constit. emanatæ per bonæ memoriæ semper laudandum Gregor. XIII. quã refert *Genuens. in prax. Cur. Archiep. c. 58. in addit.* Vicarius non tenetur dare sindicatum, & vide nouissimè *Barbos. in tract. de iur. Eccles. vniuers.*

SVMMARIVM.

1 *Sodomita clericus quibus pœnis afficiatur.*
2 *Sodomia an committatur cũ fœmina.*
3 *Sodomitæ sunt tam agentes, quam patientes.*
4 *Sodomitæ nequeunt aggratiari per Ordinarium.*
5 *Sodomiæ pœna cessat in crimine bestialitatis.*
6 *Sodomiæ pœna cessat in corrumpente se extra vas.*
7 *Casus notabilis refertur.*
8 *Sodomita occultus non est suspensus.*
9 *Sodomiæ pœna an cesset pro vnica vice.*
10 *Sodomiæ pœna an incurratur ob dictum sodomitati.*
11 *Sodomiæ pœna an incurratur non perfecto delicto.*
12 *Sodomiæ pœna non incurritur ante Iudicis Ecclesiastici declaratoriam.*
13 *Sodomiæ pœna non habet locum contra opem præstantes sodomitis.*

De sodomia.

Super Bulla Pij V.

1 VLtra pœnas *in cap. clerici de excess. prælat. contentas, per hanc constitutionem incip. cum primum, & alteram incip. horrendam* imponitur pœna clericis, & alijs personis Ecclesiasticis crimen sodomiæ exercentibus, priuationis ipso iure beneficio, officio, ac priuilegio clericali, ita vt liberũ sit Iudici Ecclesiastico Curiæ sæculari tradere, de cuius constitutionis intellectu videndus est, *Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 67. tit. de sodomit. & D. Tassonus meritissimus Iudex M. C. V. obserua. iurisd. prag. de antiq. vers. 12. obser. 1. nu. 32.*

2 Quam constitutionis cõclusionem ampliabis primo comprehendere tam committentem crimen sodomiæ cum masculo, quã cum fœmina quicquid dixit *Dec. in l. fœmina C. de secũd. nupt. sic tenet Farin. de delict.*

Digitized by Google

dict. carn. q. 198. *Menoch. c.* 286. *Garz. de benefic. p.* 11. *cap.* 10. *Barbos. de potest. Episcop. quæst.* 48. *num.* 23. *par.* 2. *Maeer. lib.* 3. *resolu.* 48. nam in vtroque casu committitur sodomia, *Graff. cons.* 1. *de cognat. spirituat. & Dom. Riccius in prax. par.* 3. *resol.* 60. *num.* 8. *& resolut.* 302. *n.* 2. *par.* 1. *& collect.* 1877. hinc videmus committentem hoc crimen nefandum cũ muliere non gaudere indulto iuxta communem opinionem, de qua per *Viu. com. opin. verb. sodomia delictum Clar. qui dicit ita iudicatum in §. sodomia n.* 2. *plures alios cumulat Mastrill. de indult. gen. cap.* 31. *num.* 12.

Contrariam opinionem sequuti sunt idem *Barbos. in collect. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 31. *cap.* 4. *num.* 10. *Azor. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. *q.* 3. *Henriq. lib.* 11. *cap.* 17. *num.* 6. *& Bonac. de matrim. q.* 4. *par.* 11. *& Dian. loc. cit. resol.* 62. sed mihi videtur verior, & magis communis prima opinio, vt sentit idem *Diana sibi contrarius resolut.* 21. *& resolut.* 29. *tom.* 1. *miscell. in fin.*

3 Ampliatur secundo has pœnas incurrere tam agentes quam patientes, *D. Riccius resolut.* 57. *num.* 7. *in prax. par.* 3. *Coriolan. de cas. reserv. par.* 2. *cas.* 9. *§.* 10. *num.* 30. vnde iura pœnas infligentia contra sodomitas loquũtur de vtroque, nam in correlatiuis dispositum in vno censetur in alio dispositum vulgatis iuribus.

4 Amplia tertio, secũdum decis. Curiæ Archiep. vt inquisiti de tali crimine neque possint aggratiari per loci Ordinarium, ob grauitatem delicti teste D. *Ricc. decis.* 108. *par.* 3. nec admicti ad compositionem, *Baiar. ad Clar. §. fin. q.* 59. *ante nu.* 51. *Capiblan. de Baron. prag.* 6. *num.* 78. *& de hoc extat pragm. regn.* 3. *de sodom. vbi D. Regens integerrimus Rosit. rationem assignat.*

5 Declarabis modo pœnã huius bullæ minimè sibi vendicare in exercente crimen bestialitatis quidquid dicant *Quarant. hoc verb. Graff. de cas. reserv. c.* 4 *Henriq. cons.* 71. mouentes ex paritate criminis, & rationis cum ambo sint contra naturam, *& D. Ricc. resol.* 59. *p.* 3. nam verior opinio est superior quam tenent relati per *Garz. de benefic. par.* 11. *cap.* 10. ea ratione, quia in criminibus atro-

atrociorib us non fit extensio etiam ex identitate rationis textus est singularis *in l. quæsitum ff. de test.* item quia in pœnalibus cessat pariter extensio, & sic in propriis terminis voluit *Rota decis. 283. inserta post. 1. vol. Cons. Farin. Barbos. in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 31. cap. 4. nu* 11. & mouentur nam bestialitas non est propriè sodomia contra quam fuit ædita præfata bulla, quæ tanquam pœnalis, non est amplianda, *Sãchez de matr. tom. 3. lib. 10. d. 4.* quamuis contrarium referat decisũ *Boer. decis. 116.* & sequatur *Mastrill. loc. cit. num. 14.*

6 Declaratur secundo præfatam bullam non comprehendere corrumpentem se extra vas, vt declarasse eũdem Piũ V. viuæ vocis oraculo refert *Nauarr. conf. 1. de for. compet. & Manual. confess. cap. 81. per textum celebrem in cap. extraordinaria 35. q.* vbi nunquam in pœnis sodomiæ includuntur polluentes se extra vas, *Aufrer. ad Cappell. Tholosan. decis. 97.* & confert decis. *Peguer. 92. & 76.* vbi pollutio facta inter crura puniri non potest crimine sodomiæ, & sic clericus si non emictat semen intra vas non incurrit pœnas bullæ, *Diaz cap. 88. Campan. diuers. iur. can. rubr. 11. cap. 22. num. 14. D. Ricc. in prax. tom. 3. resol. 62. & tom. 1. rer. resol. 302. nu. 2.* & ideo licet tẽtans hoc crimen, & illud non perficiens ad actum proximum deueniens, nefandum cõmisisse dicitur. Illud tamen intelligas, quo ad pœnam extraordinariã, non autem quo ad ordinariam, *Menoch. de arbitr. iudic. casu 286 num. 7. & 16. Clar. §. sodomia num. 8. vbi Baiard. vide infra declar. 8.*

7 Declaratur quarto pœnã hanc non comprehendere casum notabilissimum quẽ accidisse in Regno Siciliæ testatur *Muta decis. 86.* de quodã osculabat, qui pudẽda pueri, scilicet anum, & membrum manibus propriis semen mittendo, ac permictebat, vt pueri mingeret in eius ore, fuit dictũ casum hunc non comprehendi in pœnas præfatæ bullæ, quia est species pollutionis extraordinariæ, quæ non punitur ab eodem Pontifice supra dictis pœnis iuxta quam sententiam senserunt nouissimè *D. Riccius. de iur. per extra.*

Ec-

Digitized by Google

Eccleſ. exiſt. lib. 2. tit. 3. & Henriquez conſ. 72. ſed vide Caball. reſol. crim. caſu 16. qui videtur contrarium tenere.

8 Declaratur quinto non comprehendi occultum ſodomitam quo ad pœnam ſuſpenſionis, *Auil. de cẽſur. p. 7. diſput. 4. Barboſ. vbi ſup. cum alijs per Caball. reſolut. crim. 70. D. Riccius deciſ. 145 par. 4. Dian. d. reſol. 21.*

9 Declaratur ſexto per dictam bullam eiuſq; pœnam requirere plures vices, & exercitium, hocque probatur ex illo verbo exercẽtes, *Nauarr. d. cap. 27. n. 249. Genuenſ. in prax. cap. 67. & alii apud Barboſ. loc. ci.* quo fit vt clericus ſemel bis, at ter hoc deteſtabile crimen committens non currat in ſupradictas pœnas ſecundũ *Theſaur. q. 35. lib. 2.* quia verbũ illud exercentes requirit vices eo frequentium actuum ex vſu quaſi continuato, ità *Barboſ. loc. per texs. in §. item lex Iulia inſtitutione de prob. & ſic fuiſſe iudicatum teſtatur Maſcard. de probat. verb. ſodomia, & Triuiſ. deciſ. 13. & 14. par. 1.* vnde per vnicum actum ceſſabit pœnæ locus *D. Rice. reſolut. 302. par. 1. & deciſ. 145. par. 4.* imò etiam per trinum actum non incurri pœnam dixit *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. Sair. de cenſ. li. 7. cap. 12. nu. 23. Campan. diuerſ. iur. can. rubr. 11. cap. 22. num. 11. D. Rice. reſol. 58. nu. 1. par. 3. & d. deciſ. 145. p. 4.*

10 Declaratur ſeptimo, vt dictum ſodomitati nõ ſufficiat, vt incurratur pœnam bullæ prædictæ, niſi adeſſent aliqua inditia *Peguer. deciſ. 76. D. Rice. deciſ. 88. p. 2* & ratio eſt ſecundũ *Mart. deciſ. 138.* quia cum puer ſit ſocius totius criminis non probat contra conſocium de quo articulo vide etiam *Theſaur. q. forenſ. 35.* qui diſtinguit duos casus, & primo in eo, qui volunctariè vim eſt paſſus, & tunc non facit inditium abſque tortura. Secũdo in eo qui violentiam paſſus eſt, & ei erit credendum, dũmodo conſtet de fractura, & vide *Triuiſ. deciſ. 13.*

11 Declaratur octauo, vt hanc pœnam non incidant ſollicitantes pueros de crimine ſodomiæ non perpetrato, & conſumato delicto *vide D. Rice. reſolut. 118. p. 2 optimè Theſaur. q. forenſ. 17. lib.*

Digitized by Google

lib. 3. Sess. decis. Arag. 175. tom. 4. sed Genuens. in præx. Cur. Archiep. cap. 67. inquit obseruati imponi pœnam triremium pro solo tentato vitio nefando, & piuari beneficijs vide supra declarat. 2.

12 Declaratur nono, vt præfatas pœnas non incurrantur ante sententiam Iudicis etiam in foro conscientiæ, *Satr. de censur. lib. 7. c. 11. n. 24. Sanchez de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 46. num. 18.* hinc videmus bullam Sixti V. contra clericos non deferentes habitū, & Cle. VIII. contra religiosos munera largientes nullā incurrere pœnā, nisi post Iudicis sentē tiam, vt ibi allegani, & sentit etiam *Dian. var. resolut. in tract. 3. miscell. resol. 67.* quicquid dicat *Navarr. in man. cap. 27. num. 250.* & ita dixit idem *Dian: resolut. 51 de imm. Eccles. vers. hoc etiã militat*, inferens clericum notorium assassinum non posse à Iudice laico puniri ante declaratoriam Iudicis Ecclesiastici, *Mastrill. decis. 288. par. 3. Macer. lib. 2. resolut. 2. nu. 9. & Ambros. de imm. Eccles. cap. 17. num. 10.* vide supra in bulla Clement. VIII.

Et ideo nunquam laici possunt de huiusmodi crimine cognoscere contra clericum nisi præcedat declaratio Iudicis Ecclesiastici, imo requiritur degradatio, & traditio potestati sæculari ex vi dictæ constit. in illis verbis (ita quod per Iudicem Ecclesiasticum degradati potestati sæculari tradantur, videatur *Duard. in bull. cœn. lib. 2. can. 15. q. 11. nu. 61.*

13 Declaratur vltimo dictæ constit. rigorem non procedere in præstantibus opē sodomitis puta domū accomodando, vel in recipientibus prætium, quia isti tales licet debeant puniri graiter, vt dixit *Afflict. in const. Neapol. legum asperitate col. fin. vbi etiam Foller. num. 58. Caball. resol. crim. casu 16.* Tamen non comprehenduntur sub hac constit. per ea quæ scribit *Mastrill. loc. cit. num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna contra sollicitantes in confessione in iure canonico statuta non erat, sed per Gregor. XV. fuit statuta num. 2.*

3 *Sollicitatio quid sit.*

Digitized by Google

4 *Sollicitantes in confessione qui dicantur nu.* 5.6.7.8.9.10.11.& 12. *Declarat num.* 13.14.15.16.17.& 18.

De sollicitatione in confessione.

Super Bulla Gregorij XV.

1 QVoniam in iure Canonico nulla erat statuta pœna contra sollicitantes in confessione, sed solum ex dispositione *text. in cap. omnes. & cap. nõ decet Episcopis, & c. si quis* 30. *q.* 1. imponitur pena cõtra confessores, qui habent rem cum filiabus cõfessionis, ex quo non punitur sollicitatio, sed delictum incõtinentiæ cum filiabus spiritualibus, vt videtur *in d. c. omnes* 30. *q.* 1. quia forsitan tẽpore Gregorij VIII. quãdo decretales collectæ fuerunt, tam magnum scelus, & flagitium non erat inuẽctum, & perpetuatum à cõfessoribus.

Meritò Ecclesia medicinam, quando infirmitas orta fuit applicauit tempore *Pij IV. anno Domini* 1561. in quo hoc delictum incepit, quia ipse Pius pœnam degradationis huic delicto imposuit, & postea *Clemens VIII. per constit. editam anno Domini* 1592. illam confirmauit.

2 *Tandem Gregorius XV. per constit. incip. vniuersi de anno* 1622. sanciuit, confessarios, qui pœnitentes in confessione sollicitauerint esse denunciandos, & culpabiles repertos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspensionem ab exequutione ordinis, priuationis beneficiorũ dignatũ & quorumcumq; officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & passiuę si regulares fuerint exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absq; vlla spe gratiæ, alijsque pœnis affligantur, & si pro delicti grauitate alias pœnas grauiores meruerint præcedente debita degradatione Curiæ sæculari tradantur per Inquisitores hæreticæ prauitatis, & locorum ordinarios.

3 Pro ornatu verò sciendũ est, quod verbũ sollicitare hoc loco significat prouocare, seù allicere, seu precibus

bus rogare, ſeu alia ratione ad inhoneſta, & res venereas inuitare, puta oſculando aut manum, vel aliam partem pœnitētis cum delectatione carnali attrectando, aut ictu oculorum aut alio ſigno ad libidinē prouocando, & ideo tribus modis committitur hoc delictum nempe, verbis, ſignis, & tactu *Param. lib. 3. direc. 3. p. q. 10. nu. 122. Genuenſ. in prax. cap. 79. nu. 2.*

4 Ampliatur primo, in cōfeſſore, qui in confeſſionario vel alio loco ſub prætextu confeſsionis ſequutæ ſollicitauerit fœminam, nā erit denunciandus ex verbis bullæ (qui prætextu cōfeſsionis fœminam ſollicitauerint, *Scorz. in Bull. epit. 77. Theorem. 197. Dian. var. reſol. 13. & 23. de denunciat.*

5 Ampliatur ſecundò, ſiuè ſollicitatio fuerit facta ante ſiuè poſt per verba expreſſa bullæ (in actu ſacramentalis confeſsionis, ſiuè ante vel poſt immediatè) ante eam *Margar. caſ. cōſc. verb. confeſſarius, & dixit etiam Dian. reſol. 14. Seſſ. deciſ. Aragon. deciſ. 454. nu. 1. & 4.*

4 Ampliatur tertio, vt ſit denunciandus non obſtante paruitate materiæ, idem *Dian. reſolut. 21.* nā conſtitutio generaliter loquitur, nec diſtinguit inter paruā, & magnam materiam, & generaliter eſt intelligenda *l. filium ff. de leg. præſt.* hinc videmus excōmunicationem incurri etiam pro re leui, dummodo adſit culpa mortalis *c. nemo 11. q. 3. Nauarr. man. cap. 27. num. 9.* & proinde vſurpans bona Eccleſia in parua quantitate erit excommunicatus in bulla cœnæ, *Macer. reſol. 73. num. 11.*

7 Ampliatur quarto, vt Epiſcopi poſsint cognoſcere, de hoc crimine hodie poſt bullam Gregor idem *reſol. 29. & diximus in compend. Bonacin. verb. ſollicitans.*

8 Ampliatur quinto, vt ad conſumandum hoc delictum ſufficere vnū quodlibet nempe, vel verba, vel ſigna vel tactus, vt exp reſsè hic habetur, *& declarauit S. Congreg.*

9 Ampliatur ſexto, quod quando eſſet ſollicitata monialis, vel filia, ſeù vxor viri optimatis, vel ſollicitās commiſiſſet tale crimen cum pluribus mulieribus, aut crimen eſſet notorium

Digitized by Google

& scandalosum populo; tunc augeri deberet pœna; nam hoc relinquitur arbitrio Iudicis, vt habetur in hac bulla, quæ extendi deberet ad triremes.

10 Ampliatur septimo, vt pœna huius constitutionis extendatur non solum ad confessarium sollicitātem; sed etiam mandantem sollicitationem, puta si committeret alicui vetulæ, vt ipsa extra confessionem sollicitaret formosam mulierem. Nam licet regula sit satis clara, quod constitutio excommunicans, vel pœnā inijciens facienti non includat mandantem, *iuxta gl. in vlem. 1. de cõsang. & affin. Cæt. in sum. verb. excommunicatio cap. 46. Nauar. man. cap. 27. nu. 51. & communem appellat Macerat. resolut. 69 lib. 1.* Attamen hoc videtur expressè colligi ex verbis dictæ bullæ ibi (*qui personas, quæcumque ille sint ad inhonesta siuè inter se, siuè cum aliis quomodolibet perpetranda.*

Et ratio videtur esse, quia est peccatum eiusdem generis tendens ad finem libidinosum, & sacrilegium, quod verè diceretur committi, ac si pœnitentem formosam sollicitasset argum. *text. notab. in c. mulieres 5. vnico de sent. excomm.* vbi mandans clericum percussi erit excommunicatus, cum is committat verè, cuius authoritate, vel mandato delictum committit, & ita in terminis dixerunt *Sanctarell. de heref. cap. 44. dub. vnico num. 19. Diana resolut. 19.*

11 Ampliatur octauo, quãuis sollicitatus consenserit confessario sollicitanti; nãadhuc erit confessarius denunciandus, nec ipse sollicitatus tenetur propalare proprium consensum, nec erit interrogãdus ab inquisitore, siuè eius Vicario, vt rescripsisse *Sacram Cõgreg. Eminentissimorum bona memoria Card. Garrafa die 27. Septembris 1624. habetur in bull. recent. fol. 66.*

12 Ampliatur nono, vt sollicitatio probetur per testes singulares, *Suar. de pœnit. disp. 53. sect. 8. quem allegaui in compend. Bonac. verb. sollicitatio,* quod compendiũ à nobis ab hac ciuitate absẽtibus elaboratũ fuit, & in lucem æditum sub vmbra D. Riccij à biblioteca, vbi illius nomen carius, ac facilius venderetur, sed vide

in-

infra num. 17. vbi contraria opinio habetur.

13 Declaratur primo, si cõfessarius sollicitaret puerũ, nã non erit denunciandus, qa bulla loquitur de sollicitantibus fẽminas, & tanquã lex pẽnalis non est extendenda ad alios casus ex idẽtitate rationis, *Salas de leg. tract. 14. disp. 21. sect. 13. num. 29. in fi. Valer. differ. virtus. que for. verb. lex. diff. 5. n. 2.* & in terminis huius casus *Dian. variar. resolut. tract. de leg. resolut. vigesimasexta & resol. 12. de denunciat.* sed tu aduertas bullam loqui generaliter ibi (qui personas quæcumque ille sint) *vide Rodriq. tom. 1. q. reg. 59 art. 4. tom. 2. Santarell. de haeres. cap. 45. Graff. conf. 1. de cognat. spirit. à num. 45. Bonacin. tom. 1. disput. 5. p. 3. sect. fin. num. 16. Sess. decis. arag. 454. tom. 4. vide Quarant. in sum. bull. verb. confessor vers. amplitatur,* & ita practicari audiui in tribunali inquisit. vt comprehendat hunc casum.

14 Declaratur secundo, si confessarius à fẽmina sollicitatus consentiat ad actus turpes, & inhonestos, nam non erit ab alijs scientibus denunciandus, *Santarell. de haeres. cap. 46. nu. 2. Dian. resolut. 11. de denunciat.* & ratio est, quia in bulla sermo est de sollicitantibus confessarijs, *Graff. conf. 7. n. 8. de pœnit. & remiss. Bonac. loc. cit. num. 17.*

15 Declaratur tertio, non comprehẽdi laicos, vel clericos non sacerdotes fingentes se confessores, nam non erunt denunciandi, *Santarell. cap. 46. dub. vnico núm. 9. Dian. resolut. 15. & resolut. 16.* concludit nec esse denunciandos inquisitoribus licet contrarium sentiat de sacerdote non habente facultatem audiẽdi confessiones fingente illam habere.

16 Declaratur quarto, non esse denunciandus confessarios, qui sollicitauerint ante pũblicationem bullæ Gregorij *idem Dian. resol. 25.* ex quo constitutio prædicta non respexit præteritos casus, sed futuros, *ad text. ine. quoniam de constit. & in l. leges C. de leg. & l. cũ lex ff. eod.*

17 Declaratur quinto, vt crimen sollicitationis non probetur per testimonia duarum fẽminarum, *Santarell. de haeres. cap. 44. dub. vnico num. 6. Dian. resol. 28.*

vbi

vbi inquit esse remictendũ iudicio, & arbitrio Dominorum inquisitorũ, qui cõsiderare debent circumstãtias, & qualitates fœminarũ denunciantium, quam sacerdotum denunciatorum, sed quamuis posset dici cõtrarium nempe sollicitationem probari per testes singulares per verba bullæ ibi (*cum difficilis probationis sit testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus indiciis, & aliis adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicãdi*) ex quo videmus etiã, quod fractio sigilli etiam probatur per testes singulares, *Suar. de pœnit. d. 37. sect. 8. num. 3. Henriq. lib. 6. cap. 19. nu. 10.* Tamen quia id nimis rigidum videtur, est remictendum arbitrio Inquisitorũ, & ordinariorum, *vide Bonacin. disput. 7. p. 3. num. 15. sect. fin. tom. 1.* Sed ipse consulerem, quod quando casus eueniret, Episcopus, vel inquisitor consuleret sacrã Congregationem referendo ei merita causæ, & testes examinatos, & fidem, quæ illis potest adhiberi.

18 Declaratur septimo, vt huiusmodi pœna cessabit quoties confessarius in confessione sollicitaret mulierem, vel pœnitentem ad alia peccata veluti ad furtũ, homicidium, & ratio est, quia pœna non extenditur ad aliud genus peccati, de quo non loquitur constitutio, & in pœnis non debet fieri extẽtio *c. 1. de pœnit. c. in pœnis de reg. iu. in 6. Dec. in l. facti §. in pœnalibus de reg. iur.* licet veniret punidus pœna grauissima, quia abuteretur sacramento ad rem illicitam videas *decis. sess. aragon. decis. 454. tom. 4. num. 5. & in terminis, Molf. in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 24 num. 31. Dian. resol. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Spolio clericorum succedit Camera Apostolica. Declarantur num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

2 *Clericus de quibus bonis testari valet.*

12 *Camera Apostolica an teneatur ad debita defuncti, & funeralia.*

De

De ſpolijs clericorum.

Super bulla Pij V.

1 IN *hac conſtit. incip. Romani Pontificis prouidẽtia adita de anno* 1567. agit Sanctiſſimus de ſpolio clericorum cui ſuccedere debet Camera Apoſtolica, de qua materia vltra *Rodoan. in toto tract. de ſpol. vide latè D. Ricc. in prax. reſolut.* 425. *cum infinitis ſeqq. p.* 3.

2 Fac igitur cõcluſionem, quod clericus ſiuè Prælatus de bonis acquiſitis ſiue mobilibus ſiue immobilibus ex hæreditate artificio, vel doctrina ad libitum teſtari & de illis diſponere poteſt, & in illis habet etiam hæredem ab inteſtato non ſecus ac laicus *c.* 1. & 2. 12. *q.* 3. *c. quia nos, & cap. relatum il ſecondo verſ. cæterum, qua ex hæreditate, & cap. requiſiſti ante fin. de teſtam. Butrig. in l.* 2. *ad fin. C. de Epiſc. & cleric. auth. licentiam, & ibi Bal. num.* 1. & *ſeq. C. eod. Alex. conſ.* 101. *ſuper prima nu.* 1. & *ſeq. vol.* 7.

De acquiſitis vero per Eccleſiã, ſeu eccleſiæ intuitu de iure teſtari non poteſt *d. cap.* 1. & *cap. cum inofficioſis d. cap. quia nos & cap. relatum il ſecondo de teſtam. Franc. ſuper rubr. de teſtam. lib.* 6. *Hoſt. in ſumma de pecul. Cler. §. quot ſunt, et Card. in rubr. eod. tit. verſ. ſed quoad clericos*, & in his ſuccedit Camera Apoſtolica *latè Seraphin. deciſ.* 13.

3 Limitatur primo, tenor huius bullæ in bonis quæſitis per Eccleſiaſticas perſonas ante Clericatum tunc enim non ſuccedit Camera, ſed eius parentes, *Rot. diuerſ. dec.* 16. *p.* 2. & *facit tex. in cap. quia ingredientibus* 11. *q.* 3.

4 Limitatur ſecundo, & verum eſt procedere in bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ, nam in iſtis ſuccedit Camera Apoſtolica, ſecus in acquiſitis ex bonis patrimonialibus, tunc enim nullũ ius habet Camera Apoſtolica, ita pulchrè deciſum refert *Pereira dec. Luſit.* 95.

Sed q̃ſtio eſt an in dubio bona præſumantur intuitu Eccleſiæ quęſita, vel ex bonis patrimonialibus, & *tex. in cap.* 1. *de pecul. cleric.* ſanciuit in dubio præsumi intuitu Eccleſiæ, & propterea *Maur. alleg.* 5. refert deciſũ in bonis Prælati Sedẽ Apoſtoli-

stolicam habere intentionem fundatam, vt bona quæsita sint intuitu Ecclesiæ, & ita pariter refert iudicatum in causa cuiusdam Cardinalis in alleg. 15. & ad materiam videndus est omnino *Barbosa de potest. Episcop. p. 2. cap. 11.*

5 Limitatur tertio, non procedere bullam in scamnis sed ijs, & paramentis Ecclesiæ, nam in his non fit spolium, *Rot. diuers. dec. 40. par. 3. vnde Grillenson cons. 114.* refert acriter fuisse reprehensum quendam Nũcium Apostolicum qui de prædictis fecit spolium.

6 Limitatur quarto, non procedere, vbi Ecclesiasticus esset in minoribus ordinibus, & beneficium Ecclesiasticum non obtineret, *Sair. decis. 3. de success. ab intest.*

7 Limitatur quinto non procedere spolium in dispositis inter viuos, *Nauar. cons. 59. de regul.*

8 Limitatur sexto, non esse faciẽdum spolium, nisi deductis expẽsis *idem Nauar. cons. 18. de regul.*

9 Limitatur septimo non procedere spoliũ quando beneficium non excederet 30. duc. de camera, vt habetur in dicta bulla re lata per *Rodoan. de spoliis quæst. 1. nu. 53.*

10 Limitatur octauo, non procedere in pensione Ecclesiastica quando nõ excedit 60. ducatos de Camera, *Gonzalez ad reg. 8. Cancell. num. 22.*

11 Limitatur nono, vt non possit fieri spolium in personis Ecclesiasticis morientibus in vrbe vel intra decẽ milliaria *Sair. d. decis. 19. in fine.*

12 Sed an Camera Apostolica succedens spolijs teneatur creditoribus defuncti, *Rot. decis. 14. de probat.* in nouis affirmatiuã firmat sententiam, nam succedit vti hæres *Farin. decis. 114.* & quod teneatur soluere expensas funeralium, *Capie. decis. 24. idem D. Ricc. resol. 428. & 429.*

SVMMARIVM.

1 *Collector generalis Cameræ Apostolicæ, subcollectores, Aduocati Procuratores fiscales, & Notarij in causis spoliorum durante officio sunt exempti à iurisdictione Ordinarij, & lucrãtur distributiones quotidianas.*

3 In-

3 *Inquisitores,& alii ministri Sancti Officii lucrantur distributiones quotidianas dum huiusmodi ministerio vacant, & an Consultores Curiæ Archiep. num.4.*

De Subcollectoribus Aduocatis,procuratoribus fiscalibus, & Notarijs.

Super Bulla Sixti V.

1 NOn solum Collector generalis Camerę Apostolicæ Subcollectores, Aduocati, Procuratores fiscales, & Notarij in causis spoliorum, & iurium præfatæ Cameræ eorum officio durante, sunt exempti a iurisdictione Ordinariorum,vt pătet *ex literis Pauli III.Pii IV.Grego.XIII. & Sixti V. & notat Zerola in prax. 2.par. §.exemptio vers.* 5.

2 Sed etiam lucrantur distributiones quotidianas in absẽtia, iuxta bullã Sixti V. sub die 8. Maij 1590. incip. cum sicut accepimus, vbi adest clausula sequentis tenoris. (*Concedentes eis, & eorum cuilibet eorum officio durante, quod omnes & singulos fructus,ac distributiones,etiam merè quotidianas, quorumcumque beneficiorũ, & præbendarum suarum, etiam si dignitates maiores post pontificales, vel officia, in Catedralibus, vel Metropolitanis Ecclesiis etiam Canonicatus insimul de iure consuetudine, vel Sedis Apostolicæ indulto, & dispensatione quilibet eorum obtinuerit in absentia integrè liberè & licitè percipere valeat.*

3 Sed quid dicendum de Canonicis deputatis inquisitoribus, seu aliis ministris Sancti officii an lucrentur distributiones quotidianas dum huiusmodi ministerio deseruiunt affirmatiuè censuit *S.Congr. teste Garz.de benefic. p.3. cap.8.num.356. sequitur Moneta de distrib. quotid.par.2.q.12.num.111. Spina in spec.test.gl.3.princip. num.78. quidquid dicat Ceuall.comun contr. com.q. 585.num.11.* & ita obseruatur in Cur. Archiep.Neap. nam quando DD.Canonici Consultores sancti officij, congregantur in loco solito excusationem petũt, & lucrifaciunt distributiones

nes quotidianas, secus autẽ
4 obseruatur cũ nobis Consultoribus causarum ciuilium & criminalium eiusdem Curiæ Archiep. vt dicam in decis. quamprimum in lucem ædendis.

SVMMARIVM.

1 *Tertiarij an sint personæ Ecclesiasticæ.*
2 *Tertiarii an sint exempti à solutione gabellarum.*
3 *Tertiarii an gaudeant beneficio si quis suadente diabolo.*
4 *Decretum S. Congr.*
5 *Velum supra caput, pectorale, & patientia, an possint deferri à tertiaria mortua sic mandante in vltima eius voluntate.*

De Tertiarijs.

Decretum Sacr. Congr.

1 QVoniam disputabatur inter Doctores, si Tertiarij, & sic tã viri quã mulieres tertij ordinis in priuatis domibus degentes, dicerentur personæ Ecclesiasticæ puta de tertiarijs Sancti Francisci si gaudere deberent immunitate Ecclesiastica, & cognosci à Iudicibus Ecclesiasticis, de quo *Viuius decis.49. nu.10. Graff. effect. cleric.1. num.92 & seq. D. Ricc. collect.105. et Dian. resol.84. de imm. Eccl.* & de Tertiarijs Diui Augustini, Carmelitarum, & Minimorum, dixit *Roderic. q. reg.72. art.4.* vbi loquitur de habitu, quo præfati ter-
2 tiarij vtuntur, & an sint exempti à solutione gabellarum idem *Graff. effect. 3. num.47.* & an gaudeant beneficio si quis suadente diabolo *Crauett. cons. 303. nu.10. Baiard. ad Clar. q.77. num.4. & idem D. Ricc. dec. 88. par.2.* qui omnes in affirmatiuam opinionem concurrunt.

Meritò Sacra Congreg. Emin. Card. edidit infrascriptum decretũ, quod in omni materia amplectẽdũ erit, virtute cuius priuilegia, cõceduntur prefatis tertiarijs obseruantibus tamen illius requisita, & ita *Cherubin. in compend. bull. tom.1. bull.22 Leon. schol.2.*

4 *Sacra Congr. Cardinalitũ ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & superiores regularium super immunitate, & exemptione tertiariarum, quæ in priuis*

tis

tis domibus degunt, vulgo bizoche, seu alio quouis nomine nuncupatarum; in primis, & ante omnia in memoriam reuocat eaque sacra Congr. in eandem sententiam respondidit, 03.

Sacr. Congr. Card. Conc. Trid. interpr. sæpius respondidit minime posse sacerdotes regulares mulierum tertij ordinis, quas de pœnitentia, vel bizocas vocant, confessiones sacramẽtales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum secularium audiendas, quemadmodum nec posse illis sacrosãctum Eucharistiæ Sacramentum administrare, in die paschatis resurrectionis D. N. Iesu Christi. Verum quo ad sepulturam, atq; alia priuilegia fratres tertiarios mantellatos, corregiatos aliosque similes ita demum ordinis cuius tertii habitum assumpserunt, priuilegiis potiri, & ab Ordinarii iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seù cum claustralibus habitẽt, & mulieres virginalem, seù celibẽ, aut castã vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu, vitã traduxerint quemadmodum cauetur in const. Concil. Later. sub Leone X. quæ habetur sess. 21. in fin. Hoc autẽ voto mulierum, duo scilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi, quinimò huiusmodi mulieres si vitam virginalem, aut celibem simpliciter expressèque vouerint etiam in consanguineorum, & affinium suorum aut proprijs domibus, seù seorsum habitãtes supradictis priuilegijs ordinis, cuius tertia regula habitum deserunt exemptionemque ab Ordinarii iurisdictione frui debere, vt idem Leo postea declarauit const. eadem die 1. Martij 1518. quæ an predictæ qualitates in huiusmodi tertiarijs cõcurrant Ordinariis loci esse iudicium.

Præterea si contingat aliquas ex predictis tertiariis absque sepultura electione decedere, eas sic decedentes, ita demum in Ecclesijs ordinis, cuius habitum assumpserunt si in ipsis earum communis sepultura reperiatur, sin minus in Ecclesijs parochialibus sepeliendas esse decreuit.

Superioribus regularibus sufficienti facultate ad id, à Sede Apostolica suffulcis (Capuccinis exceptis licere mulieres ad huiusmodi habitum recipere atque ad ipsos

Digitized by Google

vestiendi officiũ recipere atq; ad ipsos vestiendi officium [illegible] bitum admictendas, & recipiendas esse, nisi probata vita, ac bonis moribus praditas, atq; in ætate saltim 40. annorum constitutas, quæ de proprio habeant, vnde sufficienter viuere possint, nec cũ alijs viris, quam cum consanguineis vel affinibus in primo tantum gradu sibi coniũctis cõhabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter concedat, nisi de praditis præuio examine diligenti sibi constiterit.

Verum in huiusmodi habitu concedendo, & respectiuè deferendo omni modo à velo supra caput, quod supraiectam vocant, à pectorale, quod vulgò dicitur sottogola, & à patientia abstinendum esse, quinimo si supradicta tria, vel aliqua ipsorum deferre deprehensæ fuerint illa dimictere, etiam per censuras Ecclesiasticas ab Ordinariis locorum compellendas esse decreuit.

Supradictis verò decretis, mulieres tertii ordinis, quæ collegialiter viuunt non comprehendi, quinimò dispositionis constitutionis Pii Papæ V. edita Romæ 1566. 4. Kal. Iulij, quæ incipit circa [illegible] expresiè declarat non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Datum Romæ die 20. Decemb. 1616.

Antonius Card. Saulus.

Locus † Sigilli.

Scatynus Secret.

5 Dubitatum autem fuit pro choronide huius materiæ, & casus singularis mihi consulendus transmissus p parte Admodũ Reuerendi Patris Prioris Ordinũ Prædicatorum Sanctæ Mariæ Sanitatis, in qua sepelienda erat, quædam nobis mulier quæ in eius vltima voluntate mandauerat, vt ob deuotionem, permicterẽt ab ipsa mortua deferri velum supra caput, seu supraiectã, pectorale, quod est (il soccãno) ac patientiam, & negatiuam opinionem protuli, vt non potuisset deferri supraiecta, pectorale, seu il soccanno, & patientia, ex regula nam omnia quæ prohibẽtur fieri cum homine viuo, dicuntur etiam prohibita cum homine mortuo, per

glos.

Digitized by Google

glos. celebrem in cap. ad hæc verb. cui communicamus de priuil. Vnde infertur, mortuum posse absolui ab excommunicatione, quemadmodum, & viuum, *cap. d nobis il secondo de sent. excommun.* prout etiam sicut percutiēs clericum viuum incidit in excommunicationem, ita & pari modo percutiens clericum mortuum conferunt tradita per *Craff. de effect. cleric. effect. 9. num.*

SVMMARIVM.

1 *Visitari possunt parochiales Ecclesiæ Militum Hierosolymitanorum ab Ordinariis locorum, non autē non parochiales num. 2.*

De visitatione Militū Diui Ioannis curam animarum habentiū.

Super Bulla Pij V.

1 EX *constit. Pii V. incip. exposcit sub die 22. Septembris* 1571. sancitum traditur Ecclesias parochiales Militū Hierosolymitanorū posse visitari ab Ordinariis locorum, quo ad ea tantū, quæ ad curam animarum, & sacramentorum administrationem spectant, quam bullam refert *Nald. in sum. verb. miles*, loquitur de hac materia *Gochier. de iurisd. ordin. in exemptos p. 2. q. 145 nu. 11. Piaseg. in prax. Episc. p. 2. c. 3. n. 46. Viuald. in spec. visit. fol. 33. nu. 6. & D. Ricc. in prax. resol. 176.* quarè meritò idem fuit confirmatū *per Gregor. XV. de qua supra in tit. de exempt.* Vnde hi milites quatenus beneficia curata non obtinent nō possunt ab Ordinariis visitari, *Armendar. in addit. ad recopil. leg. Nauarr. lib 1. tit. 6. l. 5. §. 2. nu. 101.* quia sunt verè, & propriè religiosi *de Pont. conf. 14. Frās. decis. 749. Molfes. conf. 24. & 33. D. Ricc. coll. 216. & 2242. late Craff effec. clerici n. 109* in quos nullam iurisdictionē habet Ordinarius præter sacramentorum administrationem, & ita etiam determinauit S. C. T. sess. 25. cap. 11. de regul. vigore cuius permissum est Episcopis in exemptos exercere visitationem Ecclesiarum in concernentibus curam animarum, tradunt D. *Ricc.*

in

Digitized by Google

in prax. tit. de visit. par. 1. dec. 608. & Macer. resol. 18.

2 *lib. 1.* Et quod Ecclesias militum Hierosolymitanorũ visitare nequeat, *censuit S. Congr. sub die 12 Februarij 1596. apud recoll. per Farin. decis. 152.*

SVMMARIVM.

1 *Societas in qua socius asseturat capitale, & soluit certum lucrum pro incerto est vsurario. Declaratur num. 2.*

De Vsuris.

Super Bulla Sixti V.

1 PEr *hanc bullam incip. detestabilis* damnatur societas, in qua socius assecurat capitale, & soluit certum lucrum pro incerto tanquam vsuraria, adeo vt nulla etiam obligatio oriatur, vide supra in tit. de societate officiorũ, & *Megal. tom. 2. var. resol. 106.*

2 Cuius constitutionis tenor declaratur primo non comprehendere societates officiorum Romæ consuetas, vt in specie notat, *Philiard. lib. 5. c. 10. circa finem.*

3 Declaratur secũdo prohibere contractum societatis, in quo capitale assecurari cõtingeret per solum contractum societatis non etiam si periculum capitalis reiiciatur in socium per alium contractum assecurationis licitum, & omni iure concessum, non enim intendit ibi Summus Pontifex prohibere contractus de sui natura, & iure communi licitos si vniãtur cõtractui societatis, & hoc siuè explicitè, siuè implicitè intendantur à contrahentibus huiusmodi assecuratio adiuncta principali contractui societatis. Vnde euenit quod cõtractus viduarum, & similium personarum tradentium pecunias suas mercatoribus cum pacto accipiendi certum lucrum pro centenario plus, vel minus pro ratione lucri, quod solet ab illis mercatoribus percipi ex tali negotio, cum intentione explicita, vel implicita contrahendi eo modo quo licitè posset de iure vt in specie asserui in compendio *Bonac. per nos elaborato de contract. disput. 3. q. 3. punct. 11. qui plures refert, & postea confirmauit Rot. dec. 304. n. 7. p. 2. tom. 1.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ALFREDO FARNESI
ROMA
Via di Ripetta 19-20
Legatore di Libri

Digitized by Google